M.S. pergamino bien tratado, con 250 hojas y 2. de indice

Philosophia rationalis sive logica. Per P. de Cardenas 1655.

Rotulata

Logica de Cardenas

Ænigma.

=Vale.= Sume tibi Caput Veneris,
Corpusque Dianæ,
Priora Lupi,
et Posteriora ranæ.

aliud.

Mus catum (1 2 3 / 4 4) Si Caput est: Currit,
Volitat cum Ventre per auras,
Si addes, pedes, edes,
et Sine ventre bibes.

aliud

=os= Bos non loquitur.
truncato capite loquitur.

aliud

=ave.= Mitto tibi navem, prora, puppique carentem.
~~Prora, puppique carentem~~.

PHI=
LOSOPHIA
RATIONALIS,
SIVE
LOGICA

iuxta miram Angelici Præceptoris mentē, & Aristotelis Stagiritæ Peripateticorum Prin= cipis doctrinam.

elaborata a P. Ioanne de Car= denas, & Mendieta

C. R. M.

PHylosophiæ Lectore

Annis 1674 & 75.

Pro cursu ab 1674 anno Domini ad 1675

Proœmium.

Licet Aristoteles Stagirita Peripateticorum Princeps Logicam incoasset ab Antepraedicamentis, sive apraedicamentis, quibus praeposuit tractatum de aequivocis, univocis, et denominativis, (quibus adiungunt analoga), et etiam de divisione eorum quae dicuntur, &c. Usus praevaluit his temporibus de aliis exagitandis quaestionibus ante Praedicamentorum, et praedicamentorum decisionem, ut earum intellectus instructus notitia facile ea quae ibi Aristoteles docet percipiat. Nos academicum morem insequentes simul et brevitati consulendo antequam alios Logicae tractatus disquiramus operaepretium duximus aliquas proemiales quaestiones inserere, ubi de Logicae fine, seu de eius obiecto, habitu, et necessitate disputabimus quod magis nobis expedire libuerit. Et exinde ad alia maioris notae transeamus.

Sit nam fauste.

LIBER PRIMUS QUAESTIONUM

Proœmialium Logicæ

§

Varijs omissis acceptionibus Logicæ, cuius varietas ex eius nomine etimologia, significatione, et origine ortus duxit, solus agimus in præsenti de Logica prout contradistinguitur a Grammatica, Rethorica, et Poesi, sive prout idem est, ac habitus intellectualis præstans scientificæ et artificiosæ cognitionis modi sciendi in communi, sive diximus de Logica quius prout alij loquuntur est ars seu scientia, quæ præstat præcepta et regulas diffiniendi, dividendi, et argumentandi. Sive prout idem est, disquirimus in præsenti de Logica quatenus est ars vel scientia artificialis docens verum a falso diiudicare. quarum omnium descriptionum cognitione valet consequenter natura ipsius logicæ demonstrari. Supposita Logica in prædicta acceptione inquirimus primo:

Quaestio Prima

Utrum obiectum Logicae sit ens reale vel ens rationis?

§

2 In qua difficultate enodanda, ut cum claritate procedamus, aliqua notabilia notatu digna oportet praemittere. Primo est notandum, quod obiectum Logicae, sicut et cuiuslibet alterius Scientiae, Potentiae et habitus, aliud est, et vocatur formale, aliud vero materiale; obiectum materiale Logicae illud dicitur, et est quod non ratione sui, sed ratione alterius attingitur, vel solum pertinet ad logicam quatenus cadit sub eius obiecto formali, et ab illo ultimo formalizatur: Sicut v.g. in potentia visiva, corpus dicitur et est obiectum materiale illius, quia licet a visu percipiatur, non videtur ratione sui, sed ratione coloris lucidi, qui obiectum formale visus est. Obiectum vero formale Logicae est illud quod ratione sui, et non ratione alterius attingitur a logica, vel hoc obiectum formale primario pertinet ad Logicam, primo et per se illam specificat et constituit distinguitque a quacumque alia scientia seu habitu. praesens ergo difficultas praecipue procedit de obiecto formali:

3 nam obiectum materiale ex dicendis facile constabit quale sit.

Secundo notandum est quod obiectum formale logicae, sive alterius cuiuslibet scientiae, potentiae vel habitus, sumi potest dupliciter, nempe ut quod et ut quo. Obiectum formale quo est ultima forma ultimo formalizans obiectum formale quod seu est ratio formalis sub qua attingitur obiectum formale quod: obiectum vero formale quod est illa ratio quae attingitur mediante ratione formali sub qua. quod totum patet in obiecto visus: dicimus ergo quod obiectum formale quod visus

est color

est color lucidus, Lux v. est obiectum quo quia mediante Luce attingitur ut quod color lucidus. Et in Metaphysica dicimus quod obiectum quod Metaphysicae est ens, obiectum vero quo est abstractio ab omni materia quia quod immediate et ut quod concernit Metaphysica est ens, non quomodocumque sed ut abstractum ab omni materia, ac proinde abstractio omni materia est obiectum quo Metaphysicae. Sic similiter et in logica est obiectum quod, et obiectum quo in praesenti difficultas procedit de obiecto quod non vero de obiecto quo namque hoc constat quod est abstractio a materia, sic l. sic, ut postea videbimus. quia abstractio a materia est indispensabilis ratio ut intellectus, ac proinde eius habitus, quales sunt scientiae attingant suum obiectum.

Tertio notandum est: obiectum quod adhuc posse dividi duplicitur nempe adaequate, et inadaequate. obiectum inadaequatum, et partiale [sive partiale et totale] cuiuslibet scientiae l. habitus illud dicitur quod l. posse ... primario attingatur non adaequat l. exaurit attingibilitatem adhuc eiusdem scientiae l. habitus, s. relinquit locum ut aliud attingat, e contra vero obiectum adaequatum et totale cuiuslibet scientiae l. habitus illud est intra cuius sphaeram, continetur activitas scientiae, l. habitus taliter quod nihil possit attingere, nisi ratione illius, ut in potentia visiva color albus est obiectum partiale, et inadaequatum, quia alius color etiam potest attingi, e contra vero color lucidus est obiectum totale, et adaequatum quod visus, quia ultra lucidum coloratum nihil a potentia visiva potest attingi, et in Metaphysica substantia est obiectum quod partiale, et inadaequatum, ens vero obiectum adaequatum et totale quia l. substantia posse attingatur non sola attingitur, e contra vero omnia attinguntur sub ratione entis; in praesenti ergo difficultas est de obiecto formali quod adaequato et totali Logicae =

Quarto denique notandum est quod ut aliquid possit esse obiectum totale et adaequatum alicuius scientiae l. habitus debet habere tres conditiones indispensabiliter, 1a conditio est quod taliter debet adaequare habitum l. scientiam quod neque excedat neque excedatur; unde de omni eo quod in illa scientia l. habitu tractatur debet praedicari in recto l. in obliquo. 2a conditio est quod tale obiectum sit finis primarius illius scientiae l. habitus. 3a quod illud obiectum quatenus cadit sub obiecto quo seu sub ratione formali sub quo taliter specificet illam scientiam, l. habitum, quod tum scientiae quam habitus distinguantur a quacumque alia scientia, habitu ... ... praenotatis. Sit 1a Conclusio. ~~Obiectum~~

Obiectum formale quod adae=

quatus Logicae est ens rationis. in hac sententia sic universaliter sumpta
conveniunt omnes Thomistae unde illos nominatim referre videtur superfluum
illam etiam amplectuntur fere omnes Scotistae, ut Mexirenus q. 9. sect. 1. et alij
Rodriguez q. 5 n. 1. quos recitat Pontius disp. 2. q. 3, ex Societate illam amplectuntur Joseph q. 5.
Rub. q. 6. et alij. Et apud ipsos validior sit sententia asserens obiectum
Logicae esse ens reale. Sed quidquid sit de sententiarum diversitate
probatur nostra sententia 1o ex Arist. 4. Meth. c. 2. et ibi D. Th. lect. 4.
ubi Philosophus ait logicam et Metaphysicam agere de omni ente
unde et ibi subdit D. Th. hoc illud potest verificari agendo in Metaph.
de omni ente reali, in logica vero de omni ente reali quatenus substat 2ae in
tentioni rationis. Et ibidem postea subdit Philosophus et ait: Dialectici
disputant de omnibus, ens vero omnibus commune est, et ratio suadet quia sicut
nullum est ens reale quod sub consideratione Metaphysicae non cadat, ita
similiter nullum est ens reale quod non possit logice denominari aliqua
2a intentione, vel generis, vel speciei, vel differentiae, vel individui, vel termini etc.
ergo logica habet pro obiecto suo Philos. ens rationis.

7 Probatur etiam ex D. Th.
loco citato ex 4. Meth. lec. 4. ubi sic ait Angelicus Magister: ens est du
plex, ens scilicet rationis, et ens naturae, ens autem rationis dicitur proprie de illis inten
tionibus quas ratio adinvenit in rebus consideratis, sicut intentio generis, et spe
ciei et similium, quae quidem non inveniuntur in rerum natura, sed considerationem
rationis consequuntur, et huiusmodi, scilicet ens rationis, est proprie subiectum logicae,
ubi expresse tradit nostram sententiam.

8 Ratione 1o probatur nostra sententia quia illud est
obiectum formale quod adaequatum cuiuslibet scientiae quod ratione sui
attingitur, et ratione cuius obiecta materialia attinguntur; sed huiusmodi
est ens rationis in logica; ergo obiectum formale quod adaequatum logicae est ens ra
tionis, consequentia infertur legitime, maior ex notabilibus constat. Et minor
in qua est difficultas suadetur: quia omnia quae logica tractat est vel ipsum ens
rationis, vel si aliquid reale tractat est quatenus denominatur aliqua secunda in
tentione generis, vel speciei, etc. constat hoc discurrendo per omnes trac
tatus logicae, ut sunt de ente rationis, de universalibus, praedicabilibus, et de
praedicamentis de quibus non tractat demonstrando naturam entis realis, sed
quatenus fundant secundas intentiones, ergo vera est minor ac proinde
obiectum formale logicae est ens rationis.

Secundo

Secundo pbr: V1o q.a Logica respicit tamquam pprium 9
finem dirigere operationes intellectus, ut docet D. Th. 1. post. lect. 1.
g.o eius obj. formale erit formalissime illa directio; nam finis, et
obiectum cuiuslibet scientiae coincidunt: Bene sic, sed illa directio
pprie consistit in aliquo rationis g.o obiectum forle logicae est aliquid
rationis. min. Subsumpta pbr: quia illa directio consistit in
una secunda intentione denominante tam conceptus formales, quam
obiectivos passive intrinsece directos; g.o est ens rationis. Ma pt.
ans pbr: quia usque dum talis 2a intentio denominans conceptus for-
les, et obiectivos passive intrinsece directos n. salvatur finis intentus a
Log.a g.o directio consistit in illa secunda intentione denominante tam
conceptus forles, quam obiectivos passive intr.e directos. ans pbr: et explicatur
q. etiam si pro priori ad 2am intentionem supponatur, tum conceptus forles, tum
obiectivi, tum dirigibilitas passiva horum, tum actio dirigens, tum deno-
minatio extrinseca denominans extrinsece directos illos conceptus,
tamen in nullo horum salvatur obiectum logicae, g.o usque dum ponatur illa
secunda intentio denominans intrinsece illos conceptus passive directos
n. salvatur obiectum logicae, Ma pt. ans suadetur exsimili in arte
domificatoria, cuius obiectum n. salvatur usque dum ponatur forma intr.a
domus, etiam si pro priori ad illam supponatur mat.a dirigibilis, diri-
gibilitas passiva, actio dirigens, et denominatio extr.a denominans, ex-
trinsece directus, g.o similiter in Log.a etiam si supponatur totum illud
usque dum intelligatur 2a intentio rationis intrinsece denominans directos
conceptus forles, et obiectivos non salvatur obiectum logicae.

Tertio pbr: 10
V1a. q.a Logica e. modus sciendi, quae tradat rationem diffinitionis, divisionis
et argumentationis, sed nequit habere rationem modi sciendi si eius obiectum
n. e. ens rationis, g.o eius obiectum e. ens rationis. mai. constat et min. pbr:
q.a implicat quod cognoscatur ratio diffinitionis, n. cognita ratione generis
et diff.ae, sed genus, et diff.a forliter important aliquid rationis, ipsas
nempe 2as intentiones generis, et diff.ae, et idem dico de divisione, et arg.e
g.o Log.a nequit obtinere rationem modi sciendi si eius obiectum n. ens rationis

4.o Pbr. V1o 11
q.a logica nequit habere pro obiecto aliquid reale g.o e. aliquid ratio-
nis, cons.a pt. ans pbr: nam ut Log.a haberet pro obiecto aliquid reale

erat

erat necess., quod haberet aliquam specialem abstractionem a materia, qua mediante attingeret suum obiectum; sed nulla est abstractio a materia qua mediante Logica attingat ens reale; ergo non habet pro obiecto aliquid reale, maior patet cum omnis scientia et quilibet habitus intellectualis respiciat suum obiectum abstractum a materia. Secunda etiam patet. Et minor probatur: quia triplex genus abstractionis a materia tantummodo reperitur, nempe, a materia singulari, sensibili, et ab omni materia, sed nulla ex his Logicae potest deservire cum prima sit propria Philosophiae, 2.a Mathematicae, 3.a Methaphysicae, ergo nulla est abstractio a materia qua mediante Logica possit attingere suum obiectum si est aliquid reale, unde ut aliquam abstractionem possit habere, debet suum obiectum esse aliquid rationis ut nempe habeat abstractionem ab omni materia negative, quae quidem negativa abstractio debet esse ob imperfectionem sui obiecti,

12.

Dices quod stat quod obiectum sit aliquid reale nempe, operationes intellectus, quas dirigit et poterit habere eandem abstractionem ac Metha.ca quin sequatur quod ab illa non distinguatur, assumptum probatur, quia ut a Metha.ca distinguatur sufficit quod Logica limitetur ad directionem operationum intellectus, quas directionem Metha.ca non considerat nisi sub ratione diviss.o entis, sicut licet Geometria, et Arithmetica habeant eandem abstractionem generica non distinguuntur ob attingentiam diversae materiae;

13

Sed contra primo quia Arithm.ca et Geom.a habebunt eandem abstractionem genericam non specificam ac proinde distinguuntur si vero Log.a haberet eandem abstractionem ac Metha.ca esset eadem specifice cum attingerent sub eadem ratione suum obiectum, neque scientiae non distinguuntur specifice precise quia una considerat unam materiam alia aliam, sed quia diversimode, patet in Philosophia, ubi X.es Doctores quae in Proemialibus Philosophiae tenemur, in libris Physicorum solum attingit ens mobile, in libris de Caelo, Caelum, in libris de generatione, ens generabile, et in libris de Anima ens animatum, et non omnes hi tractatus non distinguuntur specie, sed attingunt sub eadem abstractione a materia; ergo si Log.a haberet eandem abstractionem cum Metha. a materia erunt eiusdem speciei quod nullus cordatus dixit.

14

Secundo quia Log.a non considerat operationes intellectus formaliter sed materialiter

precise

praecise quia neque in illis introducit formam rationis quam mediante intelligitur directe; ac proinde obiectum logicae non sunt operationes intellectus materialiter consideratae, sed quatenus sub formali inspectu, neque quatenus subsunt secundae intentioni. 15

Secunda sententia obiectum formale quod, adaequatum logicae est secunda intentio rationis universaliter sumpta, quatenus abstrahit ab omni secunda intentione rationis completa, sive denominante naturas completas, quales sunt omnes illae quae per se et directe attingunt a logica, ut sunt diffinitio, divisio, et argumentatio, genus, species, differentia, et alia praedicabilia, propositiones, orationes, et omnia praedicamenta. Caeterae secundae intentiones incompletae, sive quae denominant naturas ex se incompletas solum indirecte attinguntur a logica, ut sunt intentiones termini signi, nominis, verbi, modi, maioris vel minoris extremitatis, subiecti, et praedicati. ac proinde modus sciendi obiectivus late sumptus est obiectum adaequatum logicae. hanc sententiam tenent fere omnes Thomistae praecipue Soto, Complutenses, et Lerma, hic. et novissime M. Aguirre hic. disp. 8. sect. 3. aut secundae intentiones quae solum abstrahit a diff. div. et arg. ac proinde ad strictum modum sciendi obiectivum limitant magister sententiae Ioan. a S. Th. Massius, Pana et novissime Domin. Sincer. Sed quidquid sit de hoc probatur nostra sententia. illud est obiectum adaequatum formale logicae in quo continetur omne illud quod per se, et directe logica tractat; sed huiusmodi est modus sciendi obiectivus late sumptus, sive secunda intentio qualiter a nobis posita; ergo obiectum formale adaequatum logicae est secunda intentio prout abstrahit ab omni secunda intentione completa sive est modus sciendi obiectivus late sumptus. maior patet. et sola infertur probatur minor. quia logica per se et directe non solum tractat de modo sciendi stricto nempe de diffin. div. et arg. sed etiam tractat per se et directe de praedicabilibus, et praedicamentis, ergo agit per se omni secunda intentione completa ac proinde eius obiectum quod adaequatum est modus sciendi obiectivus late sumptus.

Confirmatur quia cum logica sit directiva operationis intellectus debet per se considerare illas vel illas secundas intentiones quibus mediantibus potest per se dirigi aliqua, vel aliquae operationes intellectus; sed aliquae operationes intellectus possunt dirigi, et de facto diriguntur per aliquas secundas intentiones, quae stricte non pertinent ad modum sciendi; ergo obiectum adaequatum completum ex omni secunda intentione completa, sive obiectum logicae est modus sciendi obiectivus late sumptus. maior est 16

terminis

quis ē aliā, loca infecta. prob. min. q.ᵃ in assignatione, mag generis, v. speciei, v. alterius prædicabilis, et in ordinatione prædicamentorum pot. intellectus errare, ergo debet intellectus dirigi aliquo mediante 2.ᵃ intentione generis, et speciei et aliorum prædicabilium, et per usque oes has 2.ᵃˢ intentiones per se expectant ad logicam.

17 Confirmatur ex D. Th. loco alegato n.° 7 ubi assignando D. Th. obiectum logicæ ait quod intentio generis, et speciei, et similium, quæ n. inveniuntur in rerum natura, sed ratio ad invenit in rebus consideratis est obiectum logicæ; nunc sic, sed illæ intentiones n. sunt stricte modus sciendi, ergo obiectum logicæ adæquatum n. ē modus sciendi strictus, sed modus sciendi obiectivus late.

18 Sed dices contra hanc D. Th. quod illud ē obiectum adæquatum logicæ quod ē artificialiter directivum operationum intellectus; sed operationes intellectus præcise artificialiter diriguntur per strictum modum sciendi obiectivum; ergo modus sciendi obiectivus stricte ē obiectum adæquatum logicæ. maior supponitur, et minor probatur q.ᵃ illa 2.ᵃ intentio pot. artificialiter dirigere operationes intellectus quæ ē manifestativa ignoti, sed hæc ē modus sciendi obiectivus strictus; ergo modus sciendi obiectivus stricte solus pot. dirigere operationes intellectus.

19 Sed contra arguitur sic q.ᵃ ad hoc ut operationes intellectus dirigantur n. requiritur necessario quod 2.ᵃ intentio directiva sit stricte modus sciendi, sufficit enim quod dirigat absolute illas operationes ne genus, de nomine diff. v. e contra ac proinde possit per se attingi aliqua illarum 2.ᵃˢ intentionum, et ratio huius ē quia cum n. oes operationes intellectus possint pati eundem errorem n. oes exigunt eundem modum gubernationis per strictum artificium, n. solum operationes quæ faciunt diffinitionem, divisionem, v. argumentum petunt strictum artificium, at pa. operatio solum attingens genus v. diff. v. propositiones, solum potest errare in assignatione, nempe assignando mag generis diff. v. e contra hypotheticam pro categorica, v. e contra unum prædicandum pro alio. ergo solum hæ operationes exigunt artificium n. ita strictum.

20. Sed replicabis quod et si ibi sit adhuc n. solvatur quod modus sciendi obiectivus late, sit obiectum logicæ; ergo nuit solut.°

ary

ans probatur: quia etiam si ita sit omnes illae secundae intentiones ordinantur ad modum sciendi in iis, quia modus sciendi in iis est obiectum adequatum logicae

ars probatur quia propositio ad syllogismum, et genus, et differentia ad definitionem ordinantur, quia una 2a intentio ordinatur ad aliam, quia omnes non intrant aeque primario ad constituendum obiectum logicae. 21

Sed contra argumentatur sic quia etsi verum sit quod syllogismus componitur ex propositionibus, et definitio constet ex genere et differentia tamen primarius finis propositionis non est ordinari ad syllogismum, nec primarius finis generis et differentiae est componere definitionem, quia restat locus ut per se attingantur a logica. Hoc probatur quia quoties aliqua habet aliquam rationem primariam et aliam secundariam per eam considerata et attendita sub sua ratione primaria; ars quia suadetur quia logica in tractatu de propositione solum attingit ipsam propositionem sub sua ratione primaria, quae non est nisi oratio verum vel falsum significans, in qua definitione, et considerata ratione nullus ordo formaliter explicatur ad syllogismum, et in praedicabilibus solum definiuntur genus et differentia secundum suas rationes primarias [illegible] nullo inspecto ordine ad definitionem, quod constat attendendo ad considerationem horum praedicabilium, solum namque ibi probatur et explicatur quod genus praedicatur in quid, et differentia in quale quid, in qua consideratione primario non importatur ordo ad definitionem, quia restat locus ut hae 2ae intentiones primario inspiciantur a logica ac proinde obiectum adequatum logicae debet coalescere ex omnibus 2is intentionibus completis.

Et probatur solutio ratione in adversa rationes sic: definitio et divisio sunt partiale obiectum logicae quia etsi argumentatio ex definitione et divisione coalescat tamen, definitio, et divisio ex primaria ratione non ordinantur ad illam, cum habeant suas rationes completas, quas logica considerat; sed similiter currit in genere, et differentia et in propositione; quia erunt partiale obiectum logicae. — 22

Sed iterum replicatur quod genus, et differentia non considerantur per se a logica, quia non pertinent ad obiectum primarium, et directum logicae, ars suadetur quia tam genus quam differentia est quid incompletum, sed quod est quid incompletum, non consideratur per se; quia non consideratur per se, ars minor quoad [illegible] probatur quia genus consideratur ut perfectibile, sed perfectibile 23

est quid

e q. incompletum, ergo genus est quod incompletum. quoad 2am probat 1o quia differentia est pars actualis perficiens, ergo incompleta, 2o quia differentia ponitur indirecte et ad latus in praedicamento, ergo est quid incompletum.

24 §. 2o ad 2m q. logice vi considerat genus nec differentia ut quid incompletum, sed genus ~~[struck out]~~ est quod est totum potentiale, et omne totum in linea ingenerabile totum quid completum est, et patet quia tangens quod differentia consideranda sunt quod sunt quaedam species universalis quae praedicantur de suis inferioribus, unde ordinatur ar. esse... neg. ant. ad probationem nego mai., et ad probationem dist. mai. genus consideratum ut perfectibile, formaliter nego, fundamentaliter concedo et ad min. dist. etiam quod est perfectibile est incompletum, si sit perfectibile formaliter concedo, aliter nego min. et cons. ad 2am cons. respondetur cum eadem dist. ad primam probationem. ad 2am dist. ant. differentia ponitur indirecte, si consideretur fundamentaliter i. in esse entis concedo ant. alio modo i. formaliter nego ant. et cons.

25 Hinc fit 2o pro conclusione quia cum 2ae intentio termini, nominis, verbi, subiecti, praedicati, maioris, minoris extremitatis per se ordinentur ad alia artefacta logicalia vi pertinent per se ad logicae considerationem, sed genus ad alia ordinantur ac per se de secundario.

26 Contra 1am conclusionem obicies. illud est obiectum forte quod adequatum logicae, quod resultat ex directione logicae, sive illud in quo formalissime salvatur forma artefacti logici; sed quod resultat ex directione artificiali logicae, sive illud in quo formalissime salvatur forma artefacti logici est ens reale; ergo ens reale est obiectum formale quod adequatum logicae; cons. infertur, et maior videtur evidens; quia cum omnis scientia vel ars intendat introducere suum obiectum, vel suam formam in materia sibi subiectam, ut patet discurrendo per omnes et praesertim in artefactis, quibus saepe D. Th. logicam comparavit, v.g. illud est obiectum ~~[struck out]~~ artis domificatoriae in quo formalissime salvatur forma domus, sive illa est forma per se inspecta ab arte domificatoria, quae resultat in materia disposita ab obviis medii arte; ergo similiter illud erit obiectum forte quod per se ins. probatum a logica quod resultat in artefacto logico. probatur ergo min. quia ~~[struck out]~~ forma artefacti logici est illa quae resultat in materia dirigibili a logica; sed forma quae resultat in materia dirigibili a logica est ens reale; ergo illud in quo formalissime salvatur forma artefacti logici est ens reale.

maior

maior ē evidens, et min. pbr: q.º cum Logica sit directiva operati-
onum intellectus, maa propria circa quam versatur logica sunt actus intellectus;
sed forma quae resultat in actibus intellectus prout sunt directi a logica, ē
ens reale; ergo forma quae resultat in maa dirigibili a log.ª est ens reale.
mai. ē certa et min. pbr: nam id quod habent actus intellectus sive conce-
ptus formales ex directione logicae, ē ordinate repraesentare conceptus ob-
iectivos; sed haec ordinata repraesentatio ē ens reale; ergo forma quae
resultat in actibus intellectus prout sunt directi a Logica ē ens reale
ac proinde obiectum formale logicae ē ens reale. 27

S. 1. argumentor sic: q.º finis
proprius logicae est dirigere conceptus obiectivos et consequenter conceptus formales, hi enim di-
riguntur extrinsece unde illud illud erit obiectum formale quam logicae, quod
resultat in conceptibus obiectivis dispositis, et cum forma quae resultat in conce-
ptibus obiectivis dispositis sit forma rationis inde ē quod obiectum logicae ē
ens rationis, unde ad primum arg. resp. concedendo mai, et neg.º min. et ad
probationem similiter concedo mai, et neg. min. et ad probationem dist. mai: propria maa
circa quam versatur log.ª sunt actus intellectus, prout dirigibiles primario, et im-
mediate, sive intrinsece nego mai. prout dirigibiles extrinsece, secundario et
mediate concedo mai. et concessa min. dist. cons. ergo forma quae resultat in maa
dirigibili a log.ª ē ens reale; in maa extrinsece et mediate sive secundario
dirigibili concedo cons, in maa intrinseca primaria et immediate ac per se intenta a
logica; nego cons. 28

S. dices quod etsi in conceptibus obiectivis resultet illa
forma rationis tamen antecedenter ad illam salvatur obiectum logicae, ergo ruit solutio. cons.
suadetur 1º q.º si per impossibile nil resultaret in conceptibus obiectivis dummodo
conceptus formales essent recte dispositi ac proinde ordinate repraesentarent ob-
iecta, salvaretur finis Logicae, qui est videlicet alius quam certificare intellectum
ne erret in suis operationibus, ergo cum talis recta ordinatio, et repraesentatio
sit quid reale, si aliqui ē finis logicae, ut certe videtur esse, obiectum logicae erit
ens reale 29

2º q.º Sicut Philosophia moralis est directiva operationum
voluntatis, ut docet D. Th. in Proemio Ethicorum, sic log.ª est directiva operationum
intellectus; sed obiectum formale quod per se inspectum a Philosophia morali, ē
illa rectitudo, seu ordinatio actuum voluntatis, ergo etiam obiectum formale quod
logicae debet esse illa rectitudo seu ordinatio operationum intellectus.

Et paritas haec in super fulcitur ratione. Quo ideo obiectum fale quod
per se impeditur a Philosophia morali est rectitudo illa et ordinatio
quae in actus voluntatis introducit quo voluntas errare potest moraliter in
deficientia suorum actuum; ac proinde eget voluntas habitu recti-
ficante et ordinante suos actus; atqui etiam intellectus errare potest
in coordinatione conceptuum formalium; ergo Logica cuius munus est dirigere
operationes intellectus habet pro obiecto formali quod huiusmodi coor-
dinationes conceptuum formalium, et cum illa sit aliquid reale obiectum
Logicae erit ens reale.

30 Secundo. In replica argumentor sic: quo licet verum
sit quod quasi in executione prior sit directio activa conceptuum formalium
quam directio et ordinatio conceptuum obiectivorum, tamen in genere causae finalis
et specificative prius est coordinatio obiectorum ac proinde ab hac, et
non ab illa specificatur Logica; unde illa respicit tamquam suum obiectum formale
quod unde nego quod prior sit ordo rationis quae resultat in concep-
tibus obiectivis intelligatur obiectum Logicae, ac proinde si per impossibile non
resultaret illa forma non daretur obiectum Logicae.

31 Ad secundum concedo
maiorem, et minorem nego consequentiam, et reddo disparitatem: quia cum voluntas cir-
ca actus morales sit potentia libera potest proinde errare moraliter in
deficientia suorum actuum; at vero intellectus cum semel habet propositum
obiectum necessario illud cognoscit ac proinde nequit errare in sua
cognitione, unde solum indiget intellectus habitu coordinante obiecta
et haec semel coordinata ordinate necessario cognoscuntur ab intellec-
tu, unde quod primario respicit Logica est haec obiectiva rerum co-
ordinatio, semel enim hac posita nequit intellectus inordinate pro-
cedere; quod bene illustratur et explicatur eleganti exemplo quo
utitur D. Th. 1. p. q. 106 ar. 1. ut explicet illuminationem Angelorum
dicens quod: Superior Angelus veritatem quam universaliter concipit quodammodo di-
stinguit ut ab inferiori capi possit. Sicut etiam apud nos Doctores quod
in summa capiunt multipliciter distinguunt providentes capacitati aliorum.
Magister, ut inquit D. Th. modo quo dirigit intellectum discipuli
est ille ordinate et proportione quadam proponendo obiecta, haec namque
semel disposita absque difficultate, immo necessario intelliguntur et
cognoscuntur a discipulo, et sic similiter Logica dirigit intellectus

conceptus

conceptus obiectivos proportionando et coordinando, ~~quemadmodum~~
hisque semel dispositis, intellectus necess° ordinate intelligit, quemadmodum
naalis, et quae libet naalis caa debite applicata nequit n° operari, ut
evidenter ~~quod~~ cognoscitur quod finis sive obiectus logicae, est illa direc
tio passiva obiectorum quae absdubio aliquid rationis est, et per conseq
directionem conceptuum formalium tantum occasionaliter et mere secundario et
extrinsece respicit logica. Et per hoc patet ad rationem quae confulcitur
paritatis adducitur: resp. disting. mai. quod voluntas errare potest
tam elicitive quam occasionaliter concedo mai. praecise quod errare potest occa
sionaliter nego mai. et dist. min. sed intellectus errare potest se
mel ordinate proposito ob.° neg.° min. si sic clare et ordinate propo
sito concedo min. et neg. cons. solutio pt. ex dictis. 32

Ex dictis in
solut.e huius arg.ti manet solutum aliud argumentum quo SS. P.
M. Somoza intendit probare obiectum logicae esse aliquid abs-
trahens ab ente reali et rationis, nempe a directione passiva
conceptuum obiectivorum, et a directione seu repraesentatione conceptuum
formalium, sic enim ait illud est obiectum logicae quod per se tamquam finis
inspicitur a logica: sed logica respicit tam directionem conceptuum obiecti-
vorum, quam formalium. ergo obiectum logicae est aliquid abstrahens a directione
obiectiva et formali, nempe respectus modi sciendi ut sic prout abstrahit
a modo sciendi obiectivo et formali. hoc est argumentum Reverendi M. in
Salmantina Academia vespertinae cathedrae moderatoris dignissimi.
manet itaque solutum hoc argumentum quod finis primarius logicae so
lus est ordinatio conceptuum obiectivorum, nam ut vidimus conceptus
formales cum sint operationes necessariae nequeunt n° ordinate procedere
sequenter ad ordinationem obiectorum; et ob. quod alicuius scientiae solus
sumitur a suo fine primario et intrinseco. 33

Secundo obiicies illud
est obiectum formale quod logicae quod cadit sub consideratione logicae;
sed actus intellectus, sive conceptus formales cadunt sub consideratione logicae;
ergo conceptus formales pertinent ad obiectum formale quod logicae; item sic
sed conceptus formales aliquid reale sunt; ergo obiectum logicae, est aliquid reale.
minor subsumpta cum cons.a patet. prima conseq.a infertur, et maior vi-
detur certa; probatur: ergo minor in qua posita videtur difficultas. quia
ideo

q mos conceptus obiectivi pertinent ad obiectum formale Logicae quia cadunt sub consideratione logicae; et ideo cadunt sub consideratione Logicae, quia illos denominat Logica aliqua secunda intentione; sed sic est quod etiam conceptus formales denominantur a logica ergo conceptus formales cadunt sub consideratione logicae.

34 Ex loge argumentandi forma facile solvitur quia inprimis solum probat quod conceptus formales prius denominantur a logica pertineant ad illius mere materiale, et per accidens inspectum a logica non vero ad obiectum formale quod logicae, ratio est quia etiam conceptus obiectivi non pertinent formaliter ad logicam secundum illud quod mere de materiali in ipsis importatur, nempe secundum materiam supra quam cadit denominatio, vel in quam introducitur forma artificij logicalis; hinc quia antecedens hoc laborat in aequivoco nam illa consideratio conceptuum formalium iam pertinet formaliter ad conceptus obiectivos, sumuntur enim reflexe prius nempe sunt obiectum alterius actus reflexi intellectus, et hoc modo iam sunt formaliter obiectivi conceptus, unde non mirum quod considerentur a logica sed non considerantur formaliter etiam prius obiectivi secundum se, sed prout denominantur a logica est quod in ipsos introducta forma artefacti logici; unde prout sic cum formaliter importent aliquid rationis, infertur probatur quod obiectum formale quod adequatum logicae est ens rationis.

QUAESTIO. V.

Utrum logica sit scientia.

1 Postquam de obiecto specificativo logicae egimus, consequens videtur ut de habitu specificato constituto disseramus, et quamvis plura quae in hac, et sequentibus quaestionibus discutienda sunt ex cognitione distinctionis habitus logicae, in docentis, et utentis dependere videantur, hac non obstante dependentia prius hanc, et sequentes quaestiones examinandas proponimus, quam illam distinctionem disquiramus, cum ad quidditatem logicae ~~[illegible]~~, et illa ad quotuplex sit, pertineant. Ut vero ut cum claritate procedamus aliqua notabilia instituemus.

Primo igitur ex dicendis notandum et supponendum est logicam dividi 2
et dissecari in docentem, et utentem. non idem quod pars demonstrativam
amplectitur, secundo etiam quod ad topicam, et sophisticam ampliatur; et
nunc inquirimus utrum logica tam ut docens, quam ut utens 3
sit simpliciter et rigorose scientia?

Secundo notandum est scientiam
posse accipi tam pro actu, quam pro habitu, et actualis scientia ut
in lib. 1. Post. dicitur nil aliud est quam rem per causam cognoscere, et
quod illius est causa, et quod aliter se habere non potest. habitualis vero
scientia, est habitus verus certus et evidens per demonstrationem acquisitus
Suppono ergo difficultatem praecipue esse de habitu logicae docentis, et utentis
quam de actu, quia si semel verificatur habitus logicae sub munus
docentis, vel utentis est rigorose scientificus a fortiori manifestum in
dicetur de actu logicae docentis, et utentis. his igitur ut certis
suppositis sit 1a. Conclusio. 9

Habitus logicae sub munus docentis, est ri-
gorose, et simpliciter scientificus. est D. Thomae 4. Meth. lect. 4. et
alibi, quam illa doctrina eius discipuli amplectuntur. et probatur ratione
deducta ex definitione habitus scientifici. ille habitus est simpliciter
et rigorose scientificus, qui est verus, certus, et evidens, per demon-
strationem acquisitus; sed habitus logicae, sub munus docentis, est hu-
iusmodi; ergo est habitus rigorose, et simpliciter scientificus. maior su-
ponitur, quia est evidens; probatur minor, ille habitus est verus, certus, et
evidens per demonstrationem acquisitus qui procedit modo resolu- /
tivo demonstrando passiones de suo obiecto; sed huiusmodi est
habitus logicae sub munus docentis, ergo est habitus verus, certus, et evi-
dens per demonstrationem acquisitus; maior est evidens ideo namque
habitus Philosophiae naturalis, et Metaphysicae sunt habitus per demonstrationem ac-
quisiti quia procedunt modo resolutivo, speculativo, et contemplativo
demonstrando passiones de suis obiectis. minor ergo probatur: quia habitus
logicae docentis demonstrat de suo obiecto plures passiones, nempe
demonstrat quod secunda intentio obiectiva universalis, est praedi-
cabilis, tribuit quae regulas, et praecepta speculativo modo ad
has demonstrationes efficiendas. ergo procedit modo speculativo
ac proinde habitus logicae sub munus docentis est simpliciter scientificus.

5 Confirmatur 2°. Et log.ca sm. munus docendi versatur etiã in syll. pure probabili sive topica, et in parte pure so-
phistica, e etiã modo scientifico demonstrando verum quod syl-
logismus constans ex medio probabili generat opinionem, et syllog.s
constans ex medio sophistico est falax; sed hic modus docendi
cendi e scientificus, ergo log.ca docens sm. oes suas partes e sim-
pliciter, et rigorose scientificus, minor e certa, eque demonstra-
tivi sunt oes hi syllogismi: ois syllogismus constans ex medio
probabili, est opinativus; sed hic syllog.s, signando v.g. unum probabilem
e constans ex medio probabili; ergo e opinativus; et ois syllog.s constans ex
medio falaci, falax e; sed hic syllogismus, signando topicum, constat ex
medio falaci ergo falax e. et hic ois syllogismus constat ex medio
demonstrativo e scientificus, sed hic, v.g. signando demonstrationem cons-
tat ex medio demonstrativo, ergo e demonstrationis, et scientificus. ergo
logica docens sm. oes suas partes e simpliciter et rigorose scienti-
ficus habitus.

6 2a. Conclusio. habitus logicae sm. munus utentis non e simpliciter sci-
entificus sed tm. secundum quid, at specificative sumptus prout e idem ac habitus
logicae docentis dicitur absolute scientificus; hec prima pars e contra Conclusionem e
etiã Thomistarum unol. altero dempto. 1a. pars probatur: quia habitus logicae sm.
munus utentis non procedit modo resolutivo, et speculativo sed modo com-
positivo, et practico, at hic modus procedendi non absolute et simpliciter
scientificus, ergo habitus logicae utentis sm. hoc munus non e simpliciter scienti-
ficus. maior e evidens quia log.ca sm. munus utentis procedat introducen-
do formam artefacti logici in mea, sive in conceptibus obiectivis, ergo non
procedit modo resolutivo, contemplativo, et speculativo, sed modo practico
compositivo, et operativo; minor vero probatur: quia habitus simpliciter scientificus
debet procedere demonstrando veritatem, sed modus demonstrandi veritatem
formaliter dicit procedere speculative, et non compositive, modus namque compo-
sitive procedendi e proprius modus habitus operabilis; ergo modus proceden-
di logicae utentis, ut utens est non e absolute et simpliciter scientificus.
2a. pars probatur: quia licet log.ca prout utens procedat modo compositivo tm. quia hec
compositio sit tm. mea simpliciter speculativa non obstat ut logica utens sm. quid
sive realiter sit scientia. 3a. pars probatur: quia cum habitus logicae docentis et
utentis, ut postea videbimus sit idem habitus identice requisit non ee scientia.
siquidem identice est idem cum habitu logicae docentis.

Sed dices

Sed 2.° hoc dices cum SS. P. M. Aquino Tract. 1. disp. 4. Sect. 2. 7
n. 25 quod Logica etiam secundum munus utentis est simpliciter habitus scientificus;
et probat: quia in logica utente possunt considerari tres actus, nempe usus tenta-
tivus, seu probabilis; usus sophisticus, et usus constructivus syllogismi
demonstrativi; et ait quod actus logicae utentis quo construitur syllogismus
probabilis vel sophisticus, non est actus scientificus, usus vero quo construitur
syllogismus demonstrativus est simpliciter scientificus, et cum habitus
specificentur per actus, sequitur quod logica utens quoad usum, seu extra
ditur ad partem demonstrativam sit simpliciter habitus scientificus. atque in
de in hac parte erit formaliter et simpliciter scientia. 1.° et 2.° Quoad
legitime inferuntur ex praemissis; minor est evidens, et maior probatur: 1.°
quia usus construendi syllogismum demonstrativum, nihil aliud est quam actu-
alis constructio syllogismi demonstrativi; sed actualis constructio syllo
gismi demonstrativi, est simpliciter actuale exercitium demonstrandi; ergo
est simpliciter actus demonstrativus et scientificus, quia actualis constructio
est actuale exercitium demonstrandi seu actualis demonstratio; sed actua
lis demonstratio est actus simpliciter scientificus. ergo usus demon
strativus est actus simpliciter et formaliter scientificus.

Secundo quia in logica 8
est impossibilis actus simpliciter scientificus, qui non sit actuale exercitium
demonstrandi; sed actuale exercitium demonstrandi est actualis constructio
syllogismi; ergo actualis constructio syllogismi demonstrativi est actus simpliciter scien-
tificus.

Et postea infert quod logica secundum quod concurrit in aliis scien 9
tiis in parte demonstrativa ipsarum, etiam secundum munus utentis est simpli
citer et formaliter scientia, quod probat quia actus construendi in Metha[physica]
v.g. syllogismum demonstrativum est actus scientificus. ergo logica utens secundum
quod concurrit cum aliis scientiis in parte demonstrativa ipsarum est simpliciter
et formaliter scientia.

Sed contra arguitur sic: et primo instatur quia actus construendi 10
vum syllogismi probabilis, sive usus logicae in parte probabili si ratiocin-
natio traditas tenet etiam est usus scientificus, ergo logica utens etiam
secundum partem probabilem erit formaliter scientia: antecedens probatur: ideo usus constru
tivus syllogismi demonstrativi est usus scientificus quia procedit ex [...]

regulas, et precepta tradita a Logica docente; sed etiam ad construendum syllogismum probabilem, sive sophisticum procedit per regulas et precepta tradita a logica docente; ergo erit logica utens sub ratione suas formales simpliciter scientia si ratiozinatio regularum traditarum tenet.

2 1 Urgetur amplius predicta instantia, quia Logica in parte probabili solum docet quod syllogismus probabilis solum generat opinionem, et in parte sophistica quod syllogismus sophisticus generat errorem sive quod talis syllogismus non generat scientiam, sed tamen evidens est quod syllogismus probabilis generat opinionem, et syllogismus sophisticus est fallax, quam quod syllogismus demonstrativus generat scientiam; ergo si ideo usus constructivus syllogismi demonstrativi est actus simpliciter scientificus quia est demonstratio exercita, etiam syllogismus probabilis, et sophisticus erit simpliciter actus scientificus, quia talis est actualis constructio eorum scientificus, ac proinde logica utens sub ratione suas formales erit simpliciter scientia, quod et ipse renuit concedere.

2 2 Ad replicam dico usum constructivum syllogismi demonstrativi, vel alterius syllogismi ideo non est simpliciter scientificus quia fortitur esse huius constructionis non procedit logica modo speculativo, sed compositivo, et cum actus simpliciter scientificus debeat procedere modo simpliciter speculativo, et non compositivo inde est quod logica utens sub ratione minus utentis non simpliciter et fortiter habitus speculativus, sed solum sub ratione quid et similitudinarie: unde ad replicam in forma respondeo negando maiorem. Et ad probationem dist. mai usus constructivi syllogismi demonstrativi nil aliud est quam actualis constructio, speculative procedendo neg. mai. compositive, et modo practico concedo mai, sed actualis constructio est simpliciter actuale exercitium demonstrandi, dist. min. speculativo, contemplativo neg. min. compositivo et practico concedo min. et neg. cons. ad probationem quae prius potest obstare huic solutioni dist. mai. est actualis demonstratio, hoc est constructio, compositio, factio, seu operatio demonstrationis concedo maiorem est actualis demonstratio speculativo, seu contemplativo modo neg. mai, et eodem modo dist. min. et nego cons.

Ad 2ᵘᵐ

Ad 2m. illationem. Neg. mai. claritatis gratia disting. mai. 13
impossibilis e actus scientificus in logca qui n. sit actuale exercitium
si sit sermo de actu similitudinarie practico, sive de actu utente. Concedo
mai. si sit sermo de actu speculante, et dirigente neg. maiorem
neg. q si illa ratiocinatio subsisteret confunderentur actus logicae
utentis, et docentis. Ad similiter ad illationem quae infert ex dictis
asserendo semper qd logica utens, sive usus logicae in qua demonstr.
practica aliarum scientiarum e actus simpliciter scientificus, nega-
tur similiter assumptum; qa talis actus fortassis solum e expositio
et introductio quaedam syllogisticae, in materia aliarum scientiarum, qui actus
cum n. procedat fortassis modo speculativo, et resolutivo, n. e simpliciter
scientificus, sed tantum secundum quid. sed de hoc postea redibit sermo.

Contra

Obiicies varia testimonia Aristotelis. 1um ex lib. 1. Rhetor. cap. 12 [illegible]
Siquis Dialecticam, et Rhetoricam ut scientias, et n. ut facultates
imprudens e, et earum naturam subvertit: ergo logica sive dialectica n. e
entia. Secundum est ex lib. 2. Metha. cap. 3. ubi sic ait. absurdum e simul quaerere
scientiam, et modum sciendi; sed logica e modus sciendi; ergo n. e scientia.

Ad 1um respon 15
deo quod qn. Philosophus ait quod est imprudens qui ait dialecticam esse
scientiam, e sermo de dialectica tantum munus utentis, n. v. de dialectica tantum
munus docentis, quam interpretationem necess. debent oes admittere qa Philoso
phus lib. 1. Post. cap. 10 ait quod dialectica e simpliciter scientia, ergo
ne dicamus esse sibi contrarium debemus stare praedictae solutioni, et insuper
qm Philosophus loco in arg. alegato loquitur de dialectica tm quod habet
quandam similitudinem cum Rhetorica, sed similitudo e solum tm munus utentis
n. v. tm munus docentis, ergo sic intelligendum e. Ad 2um communiter res
pondent aliqui quod logica e modus sciendi objective, n. formaliter, et subiective
acquirit n. opposite Philosophus; sed licet vere obtineat hac solutio
potest insuper responderi, quod Philosophus ibi n. loquitur de logica
sed dat regulam generalem quam debemus observare in acquisitione scien
tiarum, quaerendo semper primum modum sciendi, hoc e se disponendo ad scien
tiam, quae dispositio consistit praecipue in Magistri optimi electione. et variis experi
mentis, et notitiis quibus intellectus instructus possit faciliter scientiam addiscere
unde authoritas ex illo loco n. urgit adhuc.

16 Obiicies 2.° quod ut diximus q. 1. obiectum Logicae est ens rationis; sed de ente rationis non potest dari scientia, ergo Logica non est scientia. minor probatur. 1.° quia ens rationis est ens tantum secundum quid non simpliciter ergo de illo non potest dari scientia, Conseq. probatur: 1.° ex D. Tho. 1. p. q. 16. ar. 3. ubi ait unumquodque in quantum habet esse intantum est cognoscibile. Sed solum habet esse secundum quid. ergo solum est cognoscibile secundum quid, ac proinde de ente rationis non poterit dari scientia. 2.° quia Philosophus 7. Metha. de ente per accidens non datur scientia, sed ens rationis est ens per accidens, sive secundum quid, ergo de illo non datur scientia.

17 Respondet Ioan. a S. Tho. quod ens rationis subiective est tantum secundum quid, obiective vero est ens simpliciter, ac proinde quod de illo obiective considerato potest dari scientia.

18 Sed haec solutio non fortificata solutione infra apponenda sustineri nequit quia ens rationis idem est consideratum subiective, et obiective, cum esse entis rationis sit solum esse obiective in intellectu ergo si subiective non est scibile, neque obiective. Ut ergo ut hoc argumentum solvatur notandum est quod ens potest sumi dupliciter incomplexe prout nempe dividitur in 10 praedicamenta, et complexe prout nempe dicit conexionem cum suis proprietatibus licet ergo ens rationis incomplexe sumptum non sit simpliciter ens, tamen complexe est rigore scibile cum ut sic habeat tantum essentialem conexionem cum suis passionibus sicut quod libet aliud ens. unde si Ioan. a S. Tho. vult dicere quod ens rationis obiective sumptum prout nempe fundat conexionem cum suis passionibus quod est simpliciter scibile, verum dicit sed melius explicatur per terminum complexe. nec datur locus replicae a nobis factae. Et instatur argumentum in obiecto Geometriae, Arismetricae, musicae, Perspectivae et aliarum scientiarum, quarum obiectum est ens accidentale, et tamen quia complexe sumptum prout nempe fundat conexionem cum suis passionibus est simpliciter scibile accidens, ita potest esse obiectum scientiarum. ergo idem dicendum est de ente rationis.

19 Sed dices quod obiectum logicae nullas habet passiones; ergo neque poterit fundare conexionem cum illis. ans probatur quia passiones dimanant ab essentia ~~[illegible]~~ dicuntque coexistentiam cum illa, sed ab ente rationis non dimanant passiones, neque cum illo dicunt coexistentiam ergo ens rationis non habet passiones. maior supponitur et minor probatur: quia cum essentia entis rationis sit quid fictum nequit ab illo resultare aliqua passio sed cum aliqua dependeat a consideratione intellectus, potest intellectus non considerare

rare passiones, ergo non dicunt essentialem coexistentiam cum ente rationis.

Ergo Dico quod 20

Licet ens rationis non habeat passiones, quae vere et physice conveniant, habet tamen passiones quasi logice sumptas, et hoc sufficit ut cum illis dicat connexionem. Ad cuius pleniorem intelligentiam notandum quod passiones possunt resultare, et dimanare physice et realiter ab aliqua essentia, ut visibilitas ab homine, et calor ab igne. alie vero non per resultantiam veram, sed per connexionem logicam, quomodo Metaphysica physicam ut currentem, connectuntur suae quasi passiones nempe verum, bonum, etc. et cum universali praedicabilitas, dicimus ergo quod passiones quae physice dimanant ab essentia illae dicunt coexistentiam physicam, aliae vero passiones solummodo dicunt coexistentiam quoad implicitum, vel virtualiter, et exigentialiter unde ut de ente rationis detur scientia sufficit quod habeat passiones logice et virtualiter, et per hoc patet quod de ente quod non est subjective sive incomplexe ens simpliciter, imo neque ens absolute datur scientia neque ut dicit D. Tho. 7 Meth. lect. 9. de non ente necessario non esse ens ergo scientia extenditur ad non ens nempe ad connexionem suarum passionum vel ad negationem connexionis cum aliqua passione. 21

Sed dices quod si de ente rationis complexe sumpto et quatenus fundat praedicata logica seu viribus connexiones cum suis passionibus daretur scientia sequeretur quod tunc conceptus esset perfectius ipso habitu logicae; sed hoc est falsum; ergo non datur scientia de illo etiam complexe sumpto, et prout fundat connexionem. Consequentia infertur. et minor videtur clara quia cum habitus logicae sit facultas realis intellectualis perfectiva intellectus nequit non esse perfectior ente rationis quomodocumque considerato. Sequella vero maioris probatur quia quodlibet specificativum ex terminis, debet esse perfectius suo specificato, sed si de ente rationis complexe sumpto datur scientia ens rationis erit specificativum habitus logicae; ergo erit absolute ens rationis perfectius habitu logicae.

Sed Confirmatur si 22

Ex prima parte argumentum ipsum ens rationis complexe, et incomplexe sumptum in omnibus substat actus intellectus, et est eius specificativum; ergo ens rationis est perfectius actu intellectus. minor consequentia. similiter accidens malum, et peccatum sunt objectum actus intellectus cognoscentis; ergo sunt perfectiora actu intellectus. minor consequentia. ergo similiter erit minor consequentia facta.

Resp. 23

23 Respondeo ergo quod dirediuus logice, sicut et cuiuslibet al terius habitus, licet tum modo est specificatiuus extrinsecus, ac proinde non requiritur quod entitative sit perfectius speci ficato. quia specificando solus extrinsece non dant esse specifi cato per verum influxum, ac proinde non requiritur quod in se habeat omnem perfectionem entitatiuam specificati.

24 Ultimo obiicies logica est simpliciter ars; ergo non est simpliciter scientia; ans probatur: probanda postea consequentia quia illud cui proprie convenit ratio, et deffinitio artis, est proprie et simpliciter ars, sed logicae convenit proprie, ratio, et deffinitio artis; ergo simpliciter ars. min probatur: quia ars est recta ratio operum faciendorum, sed logica est recta ratio operum intelligibilium faciendorum, ergo logicae convenit simpliciter ratio artis. probatur ergo consequentia primo quia ars procedit modo compo sitivo, et constructivo, scientia vero modo resolutivo, et contemplativo, ergo illud quod est simpliciter ars nequit esse simpliciter scientia. probatur 2° quia ars petit subiectari in intellectu practico, scientia vero in intellectu spe culativo, ergo quod est simpliciter ars non potest esse simpliciter scientia.

25 Respondetur quod etsi logica sit vere et proprie ars, potest tamen esse simpliciter scientia, quia ars liberalis cum sit directiva operum in tellectualium non opponitur rationi scientiae, quia ars illa non sistit in opere fa ciendo, sed potius transit ad contemplationem veritatis, ac proinde optime stat quod aliquid sit ars liberalis, et rigore scientia, unde ad 1um probationis respondetur quod ars liberalis procedit modo compositivo in materia speculati va, non in materia externa, ac proinde componi potest quod sit scientia, ad 2um dicitur quod ars mechanica subiectatur in intellectu practico non vero ars libera lis, = Nec valet dicere quod logica non est vera ars, ac proinde potest esse scientia, quia D. Tho. 1. 2. q. 57. ar. 3. ad 3. ait quod scientia quae perse ordinatur ad constructionem syllogismi est tamen ars per similitudinem ergo falso admitimus quod logica est ars vere, et proprie. Non inquam id valet quia logica tamen non vocatur ars similitudinarie ratione materiae unde restat locus, ut sit vera ars ratione sui, et quod sit ars simi litudinarie ratione materiae constat enim materia circa quam versatur logica est materia speculativa, non vero materia externa, a qua sumitur denomi natio artis et operis simpliciter unde logica solum comparative ad artes mecha nicas dicitur similitudinaria ars, absolute vero denominatur ars simpliciter

quaestio 2

Quaestio 3.a

Utrum Logica sit scientia unius athomae speciei.

§

Primo notandum quod unitas alia est numerica, alia formalis, uni- 1
tas numerica est quae attenditur penes principia materialia et individua-
lia, et de hac unitate non procedit quaestio praesens sed pertinet ad libros de
generat. ubi explicatur a quo sumatur unitas numerica cuiuslibet ac-
cidentis. unitas formalis adhuc est duplex unitas generica, et specifica, et
utraque dicitur formalis quia utraque est essentialis et sumitur penes principia for-
malia unitas generica est quae sumitur penes principia essentialia communiss.a unitas
vero specifica est quae sumitur penes principia formalia essentialia non ita communia sed
magis determinata; et unitas specifica adhuc est duplex specifica sub-
alterna, et specifica athoma, seu infima species. subalterna est quae
iterum est divisibilis in alias species; infima vero quae non est divisibilis in
alias species sed ad summum dividitur in individua; quod totum patet in
huiuscemodi exemplis. substantia v.g. habet unitatem genericam quia attenditur eius
constitutio ad praedicata communiss.a vivens habet unitatem specificam subalternam quia
est divisibile in alias species viventium, ut puta sensibilium, et in-
sensibilium, ut irrationalium, et plantarum. homo vero est species infima et
athoma quia non dividitur in alias species, sed solum multiplicatur in individua
et petrus habet unitatem numericam, quae attenditur ad principia individuantia
ingredientia ergo inquiritur utrum logica habeat unitatem specificam athomam, vel subalternam.

Secundo notandum est unitatem specificam scientiarum sumi ab 2
obiectis non quomodocumque inspectis, sed formaliter prout obiecta sunt. ut v.g.
visus ideo est una potentia quia licet respiciat album, et nigrum quae di-
stinguuntur in esse entis tamen respicit illa quatenus adunantur sub una
ratione formali nempe sub ratione lucidi colorati in qua ratione indivisibiliter
conveniunt: sic similiter ut logica sit una scientia in specie athoma
debet habere unam rationem formalem sub qua attingat quaslibet secundas intentiones
rationis, licet aliae sint diversae specifice in esse entis. quae suppositio
sumitur ex Philosopho. 6 Meth. tex. 2 et ibi D. Tho. lect. 1. et priorum
post. lect. 41. ubi obiter notat quod ad specificandum scientiam non solum
requiritur abstractio a materia sed etiam unitas principiorum, ut patet ex
D. Tho. loco citato ex 1. post. ubi sic ait: Et sic patet quod unitas generis
scibilis in quantum est scibile, ex qua accipiebatur unitas scientiae, est unitas proxim

cipiorum sed quae accipiebatur scientiae diversitas sibi mutuo correspondet et lib. 1. de anim. tex. 2. ait ubi diversae definitiones rerum diversa principia essendi demonstrat — et ratio suadet. quia illud quod dicit dependentia ab aliquo in eo genere in quo est dependentia specificatur ab illo sed scientia non solum dicit dependentiam ab obiecto, sed etiam a principiis; ergo specificatur scientia tam a principiis, quam ab obiecto. totum patet in motu et relatione quae specificantur illo non solum ad terminum ad quem sed etiam a termino a quo. Obiec atio, et fundamento his igitur positis facile solvitur dubium.

3 Sit conclusio. habitus logicae, sumptus quoad ad omnia, quae in logica tractantur extenditur est unius atomae speciei. Probatur: quia logica respicit omnes suas conclusiones omnes quos suos tractatus sub unica ratione formali, nempe sub abstractione ab omni materia negative. alias etiam oritur eisdem principiis, ergo habitus logicae est unius speciei atomae. Consequentia patet. antecedens suadetur quia logica etsi respiciat plures secundas intentiones, ut puta definitiones, divisiones, argumentationes, et omnia praedicabilia quae omnes secundae intentiones in esse entis specifice distinguuntur tamen omnes illas respicit quatenus conveniunt in una ratione formali nempe quatenus habent eandem abstractionem a materia, ergo respicit illas sub unica ratione formali ac proinde erit una scientia in specie.

4 Si dices quod etsi logica respiciat omnes secundas intentiones sub unica ratione formali stat quod logica non sit unius atomae speciei, ergo ratio conclusionis non suadet. antecedens probatur: nam Mathematicae ut v.g. Arismetica, et geometria specifice distinguuntur inter se, et tamen habent eandem abstractionem a materia; ergo stat quod logica habeat eandem abstractionem a materia prout ad omnes suos tractatus extenditur et tamen quod non sit unius atomae speciei.

5 Nec valet dicere quod Arismetica, et Geometria solum habent eandem abstractionem generice non vero specifice, ac proinde stat inter illas distinctio specifica; et ratio assumpti est quia Arismetica habet diversam abstractionem formalem, ac Geometria siquidem illud quod haec considerat ut figura nempe quantitatem continuam considerat illa ut magnitudinem numeri.

6 Non inquam valet haec solutio quia etiam id quod in uno tractatu considerat logica ut forma, considerat in alio ut materia v.g. in tractatu propositionis consideratur ut forma ipsa forma propositionis

nis, et fra propositionis est materia in tractatu de Syllogismo. et similiter deffinitio habet pro materia. Genus et differentia quae in praedicabilibus formaliter considerandur. 7

Nec huic replicae valet dicere quod in tractatu de propositione non consideratur propositio, ut dicens ordinem ad Syllogismum, et differentia et genus in praedicabilibus etiam non considerantur ut sunt materia deffinitionis. ac proinde etsi aliqua ad alia ordinentur non est illa ordinatio de conceptu primario, sed secundario. 8

Non inquam valet haec solutio quia etsi verum contineat tamen non vitatur argumentum quia etiam Geometria taliter considerat quantitatem continuam quod non considerat illam prout est materia numeri, vel si aliquam est materia numeri hoc ibi convenit secundario. ergo idem verificatur in Mathematicis ac in logica ac proinde quemadmodum in mathematicis est diversitas specifica, ita etiam in logica.

Ad argumentum 9 respondeo quod verum est quod abstractio quae reperitur in Mathematicis est abstractio generica hoc est sufficit diversificare Arithmeticam, et Geometriam sed hoc est non praecise quia una respicit ut sic quantitatem, alia respicit ut magnitudinem, quare ut replicae probant aliquam non diversitatem paritas in logica. et ratio est quia Arithmetica, Geometria, et Astrologia, et aliae mathematicae licet aliquam conveniant in principiis universalissimis in principiis particularibus differunt, et ratio est manifesta quia non utitur eodem medio Geometria ad suas demonstrationes conficiendas ac Arithmetica. ut patet. Et cum ut diximus unitas scientiarum non sumatur praecise ab abstractione, sed ab unitate principiorum inde est quod in Mathematicis potest stare distinctio. at vero in logica non solum stat unitas abstractionis sed etiam unitas principiorum, in omni n. tractatu logicae deserviunt eadem principia.

Quaestio 4a

Utrum habitus logicae sit simpliciter habitus speculativus, vel practicus?

§

Primo notandum est quod habitus practicus, et speculativus variantur distinctione inter se ex triplici capite. 1o distinguuntur ex parte obiecti, quoniam nempe obiectum habitus speculativi est veritas ipsa in se; obiectum vero habitus practici, est praxis.

Quia obiectum etiam se habeat ut finis, sumitur quoque caput distinctionis inter habitus ex parte finis quia ut ait Philos. 2 Meth. cap. 2. finis habitus speculativi est veritas, practici vero praxis. Tertio distinguuntur ex modo procedendi, quia habitus speculativus procedit modo resolutivo, et contemplativo, habitus vero practicus procedit modo compositivo, et operabili. Verum inferatur hos habitus denominationem sumere a suis obiectis, nam habitus speculativus denominatur talis a contemplatione et speculatione veritatis, et practicus a constructione praxis.

2 Secundo quod maxime pro oculis notandum est: quod praxis a qua denominationem sumit habitus practicus distinguitur essentialiter ab speculatione, seu contemplatione a qua denominatur habitus speculativus. nam praxis est operatio, et exercitium alterius potentiae ab intellectu; speculatio vero est actus solius intellectus. ut unanimiter docent Selectiores Thomistae, et Scotistae cum suis Magistris, et cum Philosopho. nam D. Tho. 1. 2. q. 57. art. 1. expresse docet opus esse industrici differentia, eamque aliud internum, et aliud externum, et ait denominationem habitus practici quod dicitur et speculativus sumi ab opere externo &c., ad quod ordinatur habitus speculativus. Verum male accedit Serna qui q. 8. de Prooem. log. ait quod actus intellectus potest habere rationem praxis. nam etsi verum sit quod in intellectu dentur habitus practici hoc ideo est quia illi eliciant praxim sed quia dirigunt praxim, et ordinantur ad praxim quae est actus alterius potentiae ab intellectu. Et probatur ex D. Tho. 1. p. q. 79. art. 11. et ex Philos. 3. de Anim. tex. 49. asserentibus quod intellectus extensione fit practicus. ex qua auctoritate sic efformo rationem: ergo si aliqua operatio intellectus posset esse praxis, intellectus ideo extensione, sed inde praxim haberet a qua inde esset practicus absque extensione; atqui intellectus ut vidimus extensione fit practicus; ergo nulla operatio intellectus est praxis. Conseq. probatur: quoties fit praesens aliqua denominatio aliqua denominationem et propria, et intrinseca, illa denominatio quae illud cui illa fit est intrinseca habet non dicitur venire ab extrinseco, l. per extensionem ut fit. ergo si aliqua operatio intellectus esset vere praxis intellectus ideo extensione, sed ... esset practicus. = praeterea nam tempore ... dicitur quod aliqua potentia extenditur ad suas operationes, ergo si intellectus est practicus extensione, est quia nulla eius operatio est praxis.

nec valet

Nec valet dicere quod prudentiæ actus, et imperium sunt actus intellectus, et tamen sunt actus praxes. ergo aliquis actus intellectus est praxis. = Non inquam id valet nam aliud est quod illi actus sint practici, aliud quod sint praxes, primum est verum quia ut denominentur practici sufficit quod ordinentur ad opus externum, illudque dirigant ut de facto accidit. 3

Ex hoc ostiore deffinitur praxis per deffinitionem traditam a Scoto in q. Prologi. Sent. n. 3. dicendo: praxis est actus alterius potentiæ ab intellectu, naturaliter posterior intellectione, natus elici conformiter rationi rectæ ut sit rectus. actus ponitur pro cogeneris. alterius pot. ab intell. est differentia per quam excluduntur actus intellectus. naturaliter posterior intellectione ponitur ad denotandum solum actus liberos posse esse formaliter praxeos, aliæ particulæ denotant quod quæ sit praxis exigit elici conformiter rectæ rationi ut sit operatio bona moraliter et laudabilis; unde infertur perperam impugnari a Lerma hanc deffinitionem. = Speculatio, a qua denominationem accipit habitus speculativus est actus intellectus ex se non ordinatus ad aliquid extra suum genus. 4

Ex ratione notandum est scientias aliquas practicas esse posse, alias non daretur locus huic questioni, quia cum logica sit vere et simpliciter scientia, si alias scientia, eo quia scientia, non posset esse practica, logica non posset esse practica ac proinde non relinqueretur locus questioni. Et ratio suadet quia Medicina est vere et rigorose scientia, et tamen est in via communi scientia practica, ergo stat quod detur scientia practica. Et a priori probatur quia aliquis habitus obtineat rationem scientiæ sufficit quod procedat demonstrando passiones de suo obiecto: et ut alias sit practica sufficit quod illæ demonstrationes ordinentur ad aliquid extra intellectum, nempe ad opus externum. Et cum hæ rationes non videantur inter se repugnare constat quod non repugnat quod detur scientia practica. unde relinquitur locus nostræ questioni. 5

D. Th. 6. Meth. lec. 1. et 2. ait scientiæ activæ dicuntur scientiæ morales.

Ultimo notandum est divisionem, quam supra insinuavimus, logicæ in docentem, et utentem, et de illa sub utroque munere procedit questio utrum logica secundum munus docentis, et utentis sit simpliciter speculativa, vel practica; his igitur positis sit 1a Conclusio. 6

logica nullo modo est simpliciter practica, et simpliciter speculativa = 7

Probatur Concl. 1° ex D. Th. 1 p. q. 1. ar. 4. ubi docet Practicum et speculativum in habitibus naturalibus, alium atque aliam scientiam constituere. Tunc sic ea differentiae quae constituunt aliud, et aliud sunt differentiae essentiales quae proinde nequeunt adunari in aliquo inferiori, ergo implicat quod logica sit simul practica, et speculativa. Ratione probatur Concl. quia si logica posset esse simul practica et speculativa posset simul habere pro fine ultimo praxim, et speculationem, sed implicat quod logica habeat pro fine praxim, et speculationem; ergo logica non potest esse simul practica, et speculativa. maior est evidens, et minor probatur quia duo fines nequeunt adequate respici ab uno effectu.

8 Secundo probatur Concl. quia ut logica esset simul habitus practicus et speculativus erat necesse quod procederet simul modo resolutorio, et contemplativo, et modo operabili et compositivo, sed implicat quod simul possit procedere modo resolutorio, et compositivo, et modo compositivo, et operabili; ergo implicat quod logica sit habitus simul practicus, et speculativus. Consequentia infertur, et maior videtur certa, quia ut videmus in notabilibus habitus speculativus procedit modo speculativo et contemplativo, nempe sistendo in contemplatione, et non ordinando primario illam cognitionem ad aliquid extra intellectum. et quia vero habitus practicus taliter debebat procedere quod non sistat in contemplatione, sed ordinetur, et tendat ad aliquid extra intellectum. Minor ergo probatur quia ex terminis videtur implicare habitum particularem et inferiorem qualis est logica quod possit procedere modo contemplativo, et resolutivo sistendo nempe in contemplatione veritatis, et modo compositivo, et operativo non sistendo nempe in veritatis contemplatione sed illud ordinando ad aliquod extrinsecum.

9 Sed dices quod ex terminis non implicat quod aliquis habitus adunet, et amplectatur rationem practici, et speculativi simpliciter, siquidem theologia nostra in probabilioris sententia est simpliciter speculativa, et practica ut cum D. Th. tenent quamplurimi Thomistae 1. p. q. 1. ar. 4 et in intellectu adunatur ratio practici, et speculativi, ergo ex terminis non implicat quod aliquis habitus adunet, et amplectatur rationem practici, et speculativi. Tunc sic, si non in aliquo habitu debent adunari rationes practici, et speculativi maxime in logica siquidem est scientia universalissima ergo logica potest esse simpliciter speculativa, et practica.

10 Respondetur quia in intellectu debent assignari habitus intellectu-

ales

ales perfectionē ipsius intellectus sēcundum oēs suas facilitates, ergo debet assignari habitus qui perficiat intellectum sēcundum se quatenus nempe abstrahit a practico, et speculativo; sed nullus habitus videtur aptior ad sic perficiendum intellectum quam Logica, ergo illa perficit quatenus abstrahit a practico, et speculativo, ac proinde Logica est simpliciter practica et speculativa. 11

Confirmatur quia repugnantia adunationis practici, et speculativi, est in habitibus inferioribus, et naturalibus; non vero in habitu superioris ordinis qualis est sacra Theologia, neque illa repugnantia est respectu Logicae, neque hoc ob amplitudinem sui obiecti debet se extendere ad oēs rationes, quae possunt cadere sub obiecto specificativo cuiuslibet alterius habitus ~~[illegible]~~ ex quo colligebatur repugnantia respectu habitus naturalis inferioris quia iuxta oē Philosophorum axioma quae in superioribus sunt unita in inferioribus sunt dispersa. Et instatur nam nulli dubium est quod habitus primorum principiorum qui ob suam amplitudinem vocatur intellectus sit habitus universalior quocumque habitu intellectuali, et tamen habitus iste non se extendit ad contemplanda prima principia practica, ad hoc namque deservit Synderesis, ergo potiori titulo Logica non se extendere debet ad practicum, et speculativum 12

Ad rationem facile dicitur quod non datur habitus qui sit perfectivus intellectus ut sic quatenus complectitur rationem practici, et speculativi, nam alias hic habitus esset ita universalis ac ipsa potentia, et alias etiam etiam superfluerent habitus intellectuales perficientes intellectum speculativum ut sunt intellectus, sapientia et scientia, et etiam superfluerent habitus perficientes intellectum practicum, ut sunt Synderesis, ars, prudentia, Eubulia, Synesis, Gnome, Epicheja etc. ergo negamus hoc debemus dicere quod Logica solum est perfectiva intellectus speculativi simpliciter. Sequella probatur: quia si ideo Logica esset simul practica, et speculativa, ut ~~[illegible]~~ perficiat intellectum sēcundum se, sicut intellectus extenditur ad practicum, ita et Logica extenderetur ac proinde esset ita universalis, et sic alias iam intellectus sufficiat ad eliciendas oēs cognitiones cuiuslibet scientiae, si Logica esset perfectiva intellectus in illa amplitudine, Logica per se absque aliis habitibus modificaret et perficeret illas cognitiones ac proinde superfluerent illi habitus.

Si replicabis instando in eo 13 quod practicum et speculativum possunt adunari in Logica quia ideo practicum, et speculativum non possent adunari in Logica quia sunt differentiae essentiales; sed hoc est falsum. possunt adunari in Logica maior est nostra ratio. Et probatur minor.

neq illud quod solum distinguitur ab alio per solam connotationem accidentalem ad aliquid extrinsecum solum distinguitur accidentaliter ab illo alio sed cognitio practica solum distinguitur ab speculativa per connotationem ad aliquid extrinsecum, nempe ad praxim, ergo cognitio practica et speculativa solum distinguuntur accidentaliter, ac proinde practicum, et speculativum non sunt differentiae essentiales.

14 Respondeo negando antecedens quia cognitio practica et speculativa non distinguuntur solum accidentaliter in ordine ad habitum sed essentialiter licet alias in ordine ad potentiam solum distinguantur accidentaliter, et ratio est quia ~~[illegible]~~ actus practicus, sive cognitio practica essentialiter importat connotationem ad praxim, quae connotatio essentialiter non importatur ab actu speculativo, et quando aliqua formalitas importatur essentialiter in aliquo primo specificativo alterius illa formalitas nequit non distinguere essentialiter. Cum actus practicus qui est specificativus habitus practici essentialiter importet connotationem ad praxim inde est quod practicum et speculativum sunt differentiae essentiales.

15 Dices quod logica habet actus qui essentialiter ordinantur ad praxim, et cum alias habeat actus qui essentialiter ordinantur ad speculationem nequit non esse logica simul practica et speculativa. ars quo ad logicam [illegible] in qua est difficultas probatur: quia logica essentialiter dirigit Medicinam quae est scientia simpliciter practica, ergo habet actus essentialiter ordinatos ad praxim.

16 Respondeo negando antecedens quia logica cum Medicina solum concurrit ad speculationem non ad praxim, et si alias speculatio illa ordinatur ad praxim est ab extrinseco fine operantis nempe Medici, a quo fine non sumitur ratio practici.

17 Sed ad omnia logicae dices quod rationibus usque nunc assignatis ad summum convincitur unicum et indivisibilem habitum logicae non posse esse simul practicum, et speculativum, non autem probatur quod logica saltem secundum suos partiales habitus non sit practica, et speculativa, quod probas, ex eo quod habitus logicae docentis, videtur distinctus ab habitu logicae utentis, ergo poterit secundum unum, nempe secundum habitum logicae docentis esse simpliciter speculativa, et secundum habitum logicae utentis esse simpliciter practica.

Respondeo negando 1° quia licet

18 huc usque non sit demonstratum in logica non esse plures habitus, tamen suppositis supponendis infra rationes absolute probant quod logica non est simul

practica

practica, et speculativa, quod est postea, agendo de distinctione, voluntate in habitu logicae docentis, et utentis, videbimus nulla inter illos dari distinctio realis, ac proinde non remanet locus ut unus sit simpliciter practicus, et alius simpliciter speculativus. Dico 2° quia gratis admissa distinctione reali inter habitus logicae docentis, et utentis adhuc logica non erat simul practica, et speculativa; ergo impugnatio facta non subsistit. ans probatur: quia utrumque habitus esset simpliciter speculativus, quia ad hoc aliquis verbi gratia habitus logicae utentis esset simpliciter practicus erat necessarium quod haberet pro fine praxim nempe opus extra intellectum ut late probavimus, atqui logica utens nullo modo ordinatur ad opus extra intellectum; ergo logica neque sub habitu logicae utentis est simpliciter practica ac proinde manet probatum quod habitus logicae non potest esse simpliciter practicus, et simul simpliciter speculativus.

Sit 2a conclusio logica sub 19

habitu docentis est simpliciter speculativa, et nullo modo practica. Haec 2a conclusio probatur: primo ex D. Thoma q. 5 a. 1 ad 3 ubi sic ait: quod in speculativis alia rationalis scientia est Dialectica, ~~et alia scientia demonstrativa, quae est veritatis determinativa~~. quae ordinatur ad inquisitionem inventivam, et alia rationalis scientia demonstrativa, quae est veritatis determinativa. en D. Thomas ubi expresse docet quod rationalis scientia sive logica computatur inter speculativas scientias, et quod est ordinata ad veritatis inquisitionem determinata, ex qua auctoritate sic efformo rationem, illa scientia est simpliciter speculativa quae ordinatur ad contemplationem, et inquisitionem veritatis, et consequenter procedit modo demonstrativo: sed logica ut D. Thomas dixit supra ita se habet logica; ergo est simpliciter speculativa.

Secundo ratione probatur: 20

Et 1° probatur ex triplici capite, quod requiritur ad constitutionem habitus speculativi. illa scientia quae habet pro fine, et obiecto contemplationem veritatis, et consequenter procedit modo resolutivo, est simpliciter speculativa; sed logica ut docens simpliciter procedit modo resolutivo, et alias finis logicae docentis est speculatio, haec eadem est eius obiectum intentum; ergo est simpliciter speculativa, maior cum dicta tenet; minor probatur: quia illa scientia quae solum versatur circa principiis speculabilibus, necessario debet procedere modo resolutivo et debet pro fine et obiecto habere speculationem; sed logica solummodo versatur principiis speculabilibus, verbi gratia quodlibet est vel non est, quaecumque sunt eadem uni tertio sunt eadem inter se, dici de omni, dici de nullo; ergo logica solummodo et simpliciter est scientia speculativa.

21 Sed dices quod logica etiam ut docens ordinatur ad opus, et quidem quod est practica, et non speculativa, ans probatur: quoniam logica etiam ut docens ordinatur ad actus logicae utentis; sed actus logicae utentis sunt opus, et praxim sunt enim constructio, factio, et compositio syllogismi. ergo logica etiam ut docens est simpliciter practica.

22 Sed contra quoniam logica ut docens nullomodo est practica quoniam logica ut docens in primis non ordinatur primario ad actus logicae utentis, sed solum secundario. deinde quoniam actus logicae utentis nullo modo sunt praxis, et si aliquomodo nempe similitudinarie, et secundum quid sint practici, ergo etsi logica docens ordinetur ad actus logicae utentis non erit practica. ans probatur quoniam actus logicae utentis non sunt opus alterius potentiae ab intellectu, quod requiritur ut supra vidimus ad rationem praxis. sed sunt actus intrinsece et essentialiter ipsius intellectus, ac inde nullo modo sunt praxes, sed ad summum sunt practici similitudinarie, ut postea videbimus.

23 Deinde probatur: Conclusio quoniam scientia quae exterminis perficit intellectum speculativum, scientia speculativa, et non practica est, sed logica docens exterminis perficit intellectum speculativum, ergo est scientia speculativa, et non practica. mai. de se tenet. min probatur: quoniam scientia quae non dirigit praxim, non perficit intellectum practicum sed speculativum; sed logica non dirigit praxim; ergo non perficit intellectum practicum; sed speculativum. mai de se tenet, min probatur: quoniam logica solum dirigit actus intellectus; sed actus intellectus non habent rationem praxis, praxis namque est actus alterius potentiae ab intellectu; ergo logica non dirigit praxim.

24 Sed dices quod logica perficit intellectum practicum, siquidem perficit ad constructionem, et factionem syllogismi ergo dirigit praxim, ac proinde est practica.

25 Sed contra quoniam etiam Methaphysica sive alia hic discursus erit practica, quoniam Methaphysica etiam perficit ad efformandum discursum methaphysicum et Mathematica, perficiunt ad numerandum et metiendum. ergo similiter etsi logica perficiat ad syllogismi constructionem non erit practica, et ratio omnium est quoniam operationes hae sive logicae, sive Methaphysicae, sive Mathematicarum sunt actus intellectus ac proinde non habent rationem praxis, et proinde habitus sunt simpliciter speculativi, et non practici quia ad hoc ut sint practici requiritur quod ordinentur ad praxim.

3.a Conclusio.

Tertia Clo. Logica reduplicative ut utens est simpliciter 26
speculativa, et possit dici secundum quid, et metaphorice, sive similitudinarie practica. Pr: Clo. 1° ex S. Th. 2.2. q. 47. ar. 2. ubi ait: Rationis speculativae facere syllogismum, propositionem, et alia huiusmodi. ex qua authoritate sic efformo rationem. facere syllogismum, et propositionem, et alia huiusmodi, est munus proprium logicae utentis ut utens est; sed S. Th. vocat speculativae rationis illam, quae est instrumentorum, sive artefactorum huiusmodi factiva; ergo iuxta S. Th. logica utens est simpliciter speculativa. 27

Ratione probatur Clo. quia ideo logica reduplicative ut utens non esset simpliciter speculativa, quia ut sic fortitur ordinem ad constructionem artefactorum logicalium, sed etiam si hoc verum sit non ideo est practica; ergo est simpliciter speculativa; maior est potissimum fundamentum contrariorum, et min. probatur: quia constructio, et factio cuiuslibet artefacti logicalis non habet rationem praxis; ergo ideo logica ut utens ordinetur ad constructionem artefactorum logicalium non erit practica. Cons. patet quia ut constat ut aliquis habitus sit practicus requiritur essentialiter quod ordinetur ad praxim. et ans probatur: quia constructio, et factio logicalium artefactorum cum sit opus internum non habet rationem praxis. nam ut ait S. Th. 1.2. q. 57 ar. 1. duplex est opus, scilicet exterius, et interius; practicum ergo vel operativum quod dividitur contra speculativum sumitur ab opere exteriori ad quod non habet ordinem habitus speculativus. 28

3° Probatur Clo quia logica etiam ut utens utitur principiis speculabilibus, et ordinatur ad veritatis contemplationem; ergo est simpliciter speculativa. ans est certum cum utatur eisdem principiis quibus logica docens utitur. et cons patet. =

Secunda Clis pars etiam est certa quia ut dicatur logica utens metaphorice, et secundum quid practica sufficit quod habeat quandam similitudinem habitibus practicis, et cum logica utens in modo procedendi habeat praedictam similitudinem procedit namque modo constructivo, et compositivo. ergo secundum quid et similitudinarie potest dici practica. 29

Obiicies ad probandum quod logica etiam ut docens est simpliciter practica. quia ratio 30

Dixit 1° Aless. apud D. Tho. lect. 3. log.am n. quaerit propter se sed introductoria ad alias scientias; p(ro)pterea sic esse habitum speculativum, utpote ordinatum ad veritatis contemplationem, propter se quaerita ergo log.a n. est habitus speculativus.

31 Sed contra usque distinguendo D. Ter- plicando D. Tho. log.am n. quaerit propter se, sed propterea dicendo ratione finis ultimi, secundo, maioris. Non propter dicendo rationem finis proximi; et ut log.a sit habitus speculativus, sufficit quod finis primarius, proximus et immediatus sit speculatio sui obiecti, licet alteri ordinetur tamquam ad finem remotum mediatum, et ultimum ad alias scientias: et insto in scientiis subalternatis speculativis, ut v.g. perspectiva, etc. et in supernaturalibus vera theologia, quae quamvis scientiae, eo quod ad suas subalternantes tamquam ad suos fines ultimos ordinentur, tamen sunt speculativae, et ratio est quia finis proximus harum scientiarum, est contemplatio sui obiecti.

32 Sed dices quod finis primarius log.ae est ordinare actus intellectus, sed haec ordinatio est quid practicum, ergo log.a est habitus practicus.

33 Sed contra, quia log.a solum speculando dirigit actus intellectus, et hoc solum dirigit illos qui habentur per speculationem siquidem illos ordinat disponendo modum sciendi obiectivum.

34 Sed replicabis: quod Prudentia etiam dirigit actus speculativos, et tamen est habitus practicus, ergo similiter log.a etiam si dirigat actus speculativos practica erit.

35 Sed contra quia Prudentia vere et materialiter respicit actus speculativos, non illos formaliter ut speculativos sed respicit; et ratio est quia Prudentia solum directive moraliter se habet ad quam moralem directionem per accidens est quod illud quod moraliter dirigitur sit quid speculativum, vel quid practicum. Ex quo vero log.a se habet quia essentialiter ordinatur et dirigit speculationem ac proinde habitus log.ae est simpliciter habitus speculativus.

Quaestio V.

Utrum

Utrum habitus Logicae sit simplex, vel composita qualitas? 1

§

Quaestio praesens, quae aequaliter excitari potest de qualibet scientia ut locum habeat debemus supponere id quod late resolvitur in Metaphysica nempe quod scientia consistit in habitu quodam seu facilitate quadam relicta in intellectu, ad prompte, faciliter, et delectabiliter assentiendum conclusionibus; non vero consistit in speciebus ad intelligendum deservientibus. Quae suppositio, licet communiter solum debeat supponi, tamen non suadetur, tum citra authoritate, et ratione, authoritas quia semper D. Th. scientiam habitum appellat, ut patet 1.2. q. 54. ar. 4. ubi concludit quod habitus scientiarum causatur in intellectu secundum quod movetur a primis propositionibus. Et ar. 3 seqq. ait: habitus scientiae possibile est causari ex uno rationis actu quantum ad intellectum possibilem. Et ar. 4. seqq. ait quod ~~scientia~~ est habitus simplex ex D. Th. qui scientiam habitum appellat.

2 Ratione potest suaderi hoc pariter aliorum habituum intellectualium v.g. ad assentiendum veritatibus fidei praeter species ad fidem deservientes requiritur lumen fidei, et ad assentiendum in cognitione prophetica praeter repraesentationes quae fiunt mediis speciebus requiritur lumen propheticum. Et ad videndum Deum, sive in theologia subalternante praeter speciem quae est ipsa essentia divina quae unitur intellectibus Beatorum per modum speciei requiritur lumen gloriae. Ergo similiter ad assentiendum conclusionibus praeter species ad scientiam deservientes requiritur habitus facilitans ad prompte et faciliter et delectabiliter assentiendum.

3 A priori probatur: quia ut homo denominetur sciens requiritur quod habeat facultatem expeditam ad assentiendum veritatibus ad illam scientiam pertinentibus; sed haec denominatio non provenit a speciebus; ergo solum potest provenire ab habitu. Maior patet. Et minor probatur: quia non solum potest probere intellectui illam denominationem ferre se habens ex parte intellectus; sed species non se habent ex parte intellectus, sed ex parte objecti ut docetur in lib. de Anima. Ergo illa denominatio non potest tribui a speciebus, sed ab habitu.

Nec valet dicere 4 cum Gonzinate 6. Meth. q. 7. quod ad hoc ut denominetur homo sciens verum est quod non sufficiunt species non se et absque ordine, sed cum constitutis in vero cum ordine.

5. Non tamen valet solutio quia ordo ille nequit aliunde provenire
nisi ab habitu; consistit ergo scientia in habitu. ans. probatur: quia ordo ille specierum
non est ordo situalis, ut patet. cum non sint in subjecto quanto, et extenso, sed in indivisibili
intellectus nec est ordo secundum modum intelligendi quia una species non indiget
determinante alia; nec est ordo prioris, et posterioris, cum ordo prioris et
posterioris non requiratur essentialiter in scientiis, scientia enim non petit
determinate incipere ab hac vel ab illa demonstratione, ergo de primo
ad ultimum ordo ~~ille~~ ille solum potest provenire ab habitu determinante, et
disponente ordinate species; scientia ergo consistit in habitu. hoc ergo ut certo
supposito sit Conclusio:

6. Habitus logicae seu quod omnes suos tractatus, omnesque conclusiones extenditur est una simplex et indivisibilis qualitas. Probatur: Conclusio primo ex D. Tho. 1.2. q. 54. ar. 4. ubi loquens de indivisibilitate habituum scientiarum ait in arg. sed contra: Habitus cum sit qualitas quaedam est forma simplex; sed nullum simplex constituitur ex pluribus; ergo unus habitus non constituitur ex pluribus habitibus. et postea in corpore articuli ait: habitus est qualitas simplex non constituta ex pluribus habitibus, etiam si ad multa se extendat. non enim unus habitus se extendit ad multa nisi in ordine ad unum ex quo habet unitatem.

7. Probatur Conclusio ratione deducta ex D. Tho. loco citato quam sic efformat a priori: habitus ad operationem ordinatus est perfectio potentiae; omnis autem perfectio proportionatur suo perfectibili: sed sicut potentia cum sit una ad multa se extendit secundum quod conveniunt in aliquo uno idest in generali quadam ratione obiecti, ita etiam habitus ad multa se extendit secundum quod habet ordinem ad aliquid unum; puta ad unam specialem rationem obiecti, vel unam naturam, vel unum principium; quam D. Tho. rationem sic constituo. ideo potentia una existit simplex et incomposita qualitas ad plura se extendit absque detrimento suae simplicitatis, quia omnia illa respicit sub una ratione formali; sed etiam habitus logicae omnes suos tractatus, omnesque suas conclusiones respicit sub unica et indivisibili ratione formali; ergo habitus logicae, seu quod ad omnia se extendit est una simplex, et incomposita qualitas. maior patet quia quod est fere in terminis D. Thom. suadetur quia eo ipso quod potentia omnia sua obiecta materialia respiciat sub unica ratione formali respicit illa quamvis divisa, et multiplicata materialiter formaliter quatenus in una indivisibili ratione conveniunt: ergo

ad omnia

ad omnia seextendit absq detrimento sue simplicitatis. Quod pt
a paritate rationis. Comin. videtur certa cum log. oes secundas intentio-
nes sub unica, et indivisibili ratione consideret. 8

Si dices quod stat
quod potentia sit una etiam si ad plura se extendit, et tamen ex hoc non
sequitur inferre quod habitus cum ad plura se extendit sit simplex, et incom-
posita qualitas. assumptum probatur. ex eo quod potentia non generatur nostris
actibus; secus vero habitus, ac proinde medio quolibet actu generatur parti-
alis habitus ex quorum congerie conflatur habitus totalis. 9

Sed contra argumen
tor sic quia disparitas assignata non venit ad rem non attingit nec
leviter rationem ob quam potentia est una, simplex, et incomposita, non enim est una
quia non generatur nostris actibus, sed quia omnia attingit sub unica ratione
formali, et cum hoc idem habeat habitus. sequitur quod sit simplex qua
litas, generari vel non generari nostris actibus mere materiali se
habet. et pt ut v.g. si Deus infunderet habitum logicae in aliquo intellectu
tunc ille habitus non haberet per quod multiplicaretur cum non esset genitus
nostris actibus, et alias ad plura se extendat sub unica ratione formali.
Ergo ille habitus per accidens infusus esset eiusdem ordinis cum habitu acqui
sito sequitur quod habitus acquisitus sit simplex, et incomposita qualitas.

Si replicabis. 10
quod habitus logicae non solum est perfectio potentiae nudae sed ut actuatae medijs
speciebus; ergo ut sit etiam perfectio specierum requiritur quod sit composita
qualitas. 11

Sed contra quia pluralitas illa specierum mere materialiter se habet
illuminantur non omnes illae ab habitu nisi quod conveniunt in una ratione
formali, ac proinde non relucet aliqua diversitas ex parte habitus. et in statu
in qualibet ratione formali quae unica existens ad plura se extendit.

Si dices quod 12
acquisito per primam demonstrationem habitu per secundam demonstrationem
debet etiam generari novus habitus; ergo ex habitu preexistente, et ex habitu
novo genito componitur habitus ac proinde non est simplex qualitas. ans pro-
batur quia per secundam demonstrationem perficitur habitus; sed illa perfectio
non potest intelligi absque eo quod aggeneretur novus habitus. ergo generatur

novus habitus. min. videtur certa nam nova perfectio atque nova reali-
tate in intelligibilitate est, et secundo nulla alia nova realitas potest intelli-
gi nisi novus habitus, ergo generatur novus habitus.

Secundo quia ut ait

13 D. Tho. in Resolut. ad 3. ex loco citato. ille qui in aliqua scientia ac-
quirit per demonstrationem scientiam conclusionis unius, habet quidem habitum, sed im-
perfectum cum vero acquirit per aliquam demonstrationem scientiam conclusionis alte-
rius non aggeneratur in eo alius habitus (nota) sed habitus qui prius in-
erat fit perfectior ut potote ad plura se extendens eo quod conclusiones, et
demonstrationes unius scientiae ordinatae sunt, et una derivatur ab alia.
en ubi D. Tho. fatetur quod habitus praeexistens fit perfectior absque eo
quod novus habitus generetur. Ad probationem in contrarium dico quod stat
quod habitus praeexistens fiat perfectior absque eo quod illi aliqua no-
va realitas superaddatur, est namque perfectio quae illi supervenit solum ex-
tensiva, quia nunc ad plura se extendit. Et etiam si sit perfectio,
intensiva cum videatur quod magis radicatur in intellectu tunc non
obid est addenda aliqua nova maior perfectio entitativa, sed solum
terminativa sicut dicitur in libris de generatione intensio qua-
litatis fit absque additione alicuius partialis entitatis sed solum
per maiorem radicationem in subiecto quae ut in terminatione dis-
tinguitur. De quo intensivo augmento nunc non disputo, sed ad libros
de generatione est illud remittendum.

Alia ratione probatur: conclusio quia habitus

14 logicae non potest componi ex pluribus habitibus partialibus nec solo numero
nec specie diversis; ergo est simplex qualitas, consequentia patet cum non sit excogitabi-
lis alius modus habendi compositionem. Antecedens pro 1.a parte probatur quia ut di-
citur, et probatur in libris de generatione duo accidentia solo numero diver-
sa nequeunt esse in eodem subiecto cum ab illo suam individuationem ac-
cipiant. ergo habitus logicae non potest componi ex pluribus habitibus solo numero di-
versis, alias cum in eodem intellectu deberent esse essent plura acciden-
tia solo numero diversa in eodem subiecto. Pro 2.a parte probatur: tum quia habitus
logicae non habet unde sumat diversitatem specificam cum omnes suas conclusiones
respiciat sub eadem ratione formali: tum quia habitus unus nequit perfi-
ci, et augeri per habitus specie diversos, una namque species non

perficitur

perficitur per alia calor per frigus nec e contra non adinvicem perficiuntur. ergo habitus logicus non potest componi ex pluribus habitibus partialibus specie diversis. 15

Nec valet dicere quod componitur ex pluribus habitibus partialibus specie incompleta diversis: et ratio est quia conclusiones in logica respicientur diversas conclusiones et diversa motiva, neque ratio probativa unius conclusionis non est probativa alterius ex diversitate horum sumit diversitatem habitus. Et instas in probabilissimo [illegible] admittente modo in augmento intensivo, et extensivo habitus qui modi specie incompleta dicuntur distingui. ergo similiter poterit habitus logicus componi ex habitibus partialibus specie incompleta diversis. 16

Respondeo nego id valet neque illa diversitas ex parte conclusionis et modorum est mere de mali et per accidens inspecta ex parte habitus [illegible]. illa enim non sufficit ad causandam distinctionem formalem ex parte habitus logici alias non esset unius alicuius specie habitus logicus. ad instantiam ex parte modorum desumpta facile dicitur quod cum modi non ponant in numero cum entitate sed identificentur entitative cum habitu potest componi quod distinguantur specie modali quae non est specifica distinctio perfecta si sit distinctio est ut sic dicamus respectiva, habitus non unus entitative est quasi multiplex respective ob respicientiam ad diversos terminos; pluralitas vero diversitas entitativa non est, et quod convenit cum haec sit diversitas sub[iecti] et obiecti acquirit non potest habere diversitatem specificam licet incompleta. 17

Obiicies quod habitus logicus augetur per additionem, ergo non est simplex qualitas. antecedens probatur: ex Divo Thoma 1.2. q. 52 ar. 2 ubi sic ait: Similitudo etiam est scientia potest augeri secundum seipsam per additionem. Et ratione probatur: quia scientia expulsiva erroris necessario debet esse scientia distincta ab illa cum qua talis error compatiebatur sed cum habitu solum ad unam conclusionem terminato compatitur error ad aliam conclusionem, qui error postea per aliam demonstrationem expellitur ergo per aliam demonstrationem genitus fuit novus habitus ad expellendum errorem acquisitus ex illo, et ex praeexistente fiet una compositio habitus. 18

Variae huic argumento occurrunt Auctores. 1º Respondent

ad authoritatem D. Th. habitum posse augeri extrinsece; non vero intrinsece
idem, scilicet augeri secundum quod ad diversa obiecta materialia, et inadaequata
extenditur. Ad 2.um ad argumentum in contrarium respondent habitum erroris expelli per
eundem habitum ut extensum ad novam mag.

19 Sed contra quia haec solutio non videtur
satisfacere authoritati D. Thomae nec rationi; non authoritati, quia Angeli-
cus Mag. ait scientiam augeri secundum se ipsam ergo intrinsece, nam augmentum
intrinsecum non videtur aliomodo posse convenire scientiae quae secundum se ipsam;
non rationi quia evidens videtur quod scientia intrinsece perfectior est
in homine qui omnes conclusiones valet demonstrare, quam in illo qui
solum unam illarum perfecte cognoscit. ergo augmentum non est solum intrinsecum sed
etiam intrinsecum.

20 Alii respondent habitum augeri secundum ordinem ad
obiectum non vero secundum ordinem ad subiectum, et cum ordo ad obiectum conve-
niat habitui secundum se ipsum inde est quod augetur scientia secundum se
ipsam.

21 Sed haec solutio est insufficiens quia non salvat quomodo ~~augeatur~~
aucta scientia secundum se ipsam sit per additionem, et qualis sit haec ad
ditio.

22 Ideo aliter ad argumentum respondeo nempe quod quilibet
habitus cum respiciat subiectum, et obiectum augetur intensive, et ex
tensive, intensive prout respicit subiectum ~~magis~~ magis dispositum, et ex
tensive prout ad alia obiecta materialia extenditur. utrumque aug
mentum fit absque additione novi habitus .i. novae entitatis sed solum per
additionem novae terminationis, vel novi modi iuxta varia Thomis
tarum placita in explicando intensionem qualitatum. Vel ad au
thoritatem respondetur distinguendo et explicando authoritatem scien
tia augetur secundum se ipsam per additionem; si sit sermo de additione
modali, respectiva, vel terminativa concedo. si sit sermo de addi-
tione entitativa nego. quae solutio est iuxta mentem Angelici prae
ceptoris affirmantis intensionem qualitatum non fieri per additionem
gradus ad gradum, ut patet in libris de generatione. et affirman
tis etiam augmentum extensivum fieri etiam absque additione partialis
habitus. ut patet loco allegato. ex quo ad argumentum in forma

respondeo

quod habitus erroris non expellitur a habitus exsistente secundum terminationem vel modum quem habet in suo esse, sed expellitur per eundem habitum ut habet novam terminationem vel novum modum quem acquirit ex eo quod ad novam materiam extenditur et applicatur. 23

Si dices quod semper quod est aliqua nova difficultas vincenda requiritur nova virtus vel novus habitus quo mediante illa difficultas superetur, sed stante habitu solum extenso ad unam demonstrationem, et stante erroris habitu circa aliam est nova difficultas vincenda, ergo requiritur novus habitus vel nova aliqua alia virtus qua mediante vincatur. 24

Secundo dico quod difficultas respectu alicuius obiecti est duplex alia essentialis, accidentalis alia, sive alia formalis, alia materialis. difficultas essentialis et formalis exigit necessario novum habitum et novam virtutem quibus mediantibus superetur, ut v.g. habens habitum logicae solum et non Methaphysicae non potest conclusiones Methaphysicas demonstrare absque additione novi habitus methaphysicae. Et haec difficultas vocatur essentialis et formalis, at vero ille qui habet habitum logicae quo valet unam conclusionem demonstrare, iam habet superatam difficultatem formalem nam omnes conclusiones logicales unum eundem habitum sibi ex formale eminenter continet in virtute omnes actus, et omnes demonstrationes logicales, unde difficultas quae remanet vincenda circa alias conclusiones est solum materialis, et accidentalis quia solum est circa impedimenta materialia, non vero circa impedimenta formalia cum iam sciat rationem formalem attingendi omnia materialia obiecta et difficultas essentialis vocatur etiam quasi obiectiva, et quasi subiectiva vocatur difficultas materialis, quia prima difficultas est circa rationem formalem obiecti, et secunda circa obiecta partialia et materialia secundum se. 25

Si item dices quod signum realis distinctionis est realis separatio: sed habitus qui est circa unam demonstrationem separatur ab habitu, qui est circa aliam demonstrationem, ergo realiter distinguuntur hi habitus, ac proinde ex his habitibus componitur habitus logicae. antecedens patet in illo, qui per oblivionem unius demonstrationis amittit scientiam illius. 26

Secundo dico quod solum separatur ab habitu logicae illo casu ~~ter~~ terminatio illa. l.

modus ille quo ad aliā demonstrationem extendebatur v. solus
arguitur distinctio a modo, l. determinatione, n. v. ab aliquo alio
partiali situ ac per inde situs logicus n. est composita qualitas
sed simplex, et indivisibilis.

27 Secundo dices quod 2a demonstratio ex
terminis n. est productiva novae terminationis l. novi modi eius-
dem situs, sed est productiva novi situs; ergo per oblivionem n. fuit
amissus novus modus l. nova terminatio, sed partialis
situs: ans est certum. tum quia 2a demonstratio est eque activa
ac 1a. sed 1a produxit situm, et n. terminationem, l. modum; quod
et 2a. tum quia si 2a fieret 1o loco. et 1a in 2o loco. tunc
2a produceret ~~terminum~~ situm; ergo ex terminis 2a demonstratio
est productiva partialis situs.

28 Secundo 2a quod licet verum sit quod 2a
demonstratio si primo loco fieret produceret situm, et n. termi-
nationem l. modum, n. tamen quod fit 2o loco. et ratio est quia quia iam ad
invenit situm productum, ac per inde solum pot. illum modificare, et de
novo terminare quod imitatur in Sacramentis mortuorum, quan-
do administrantur Sub. grato, que licet ex se sint produc-
tiva primae gratiae tunc per accidens illam n. producunt
sed augent. et in aliis quam plurimis instantiis. quae doc-
trina sumitur ex D. Ths. 1. 2. q. 52. ar. 2. ad. 2. ubi ait
quod agens semper nova actione facit aliquid novum, sed non
semper novam formam; sed quod forma quae erat magis extendatur

QUAESTIO. VI.

Quomodo distinguantur inter se Logica docens, et Utens?

§

1 Cum in logica formaliter duo munia reperiantur, unum quo re-
gulas doctrinaliter tradit explicando modum efficiendi instru-
menta logicalia in generali, vel puta diffinitionem, divisionem,
et Syllogismum et alia, proprietates eorumque explicando, et precep-
ta scientifice, et speculative procedendum demonstrando, et

etiam

stig reperiali aliud X munus ~~[illegible]~~ exempli, quo mediante talia precepta, regulasq; tradita et explicata in executione ponuntur, tam in mag. gloria ipsius log. quam in mag. aliarum scientiarum; inde ortum habuit omnis distinctio logice in docentis, et utentis a nris ab Ath admissa. D.no Gualsius, qui lib. de nomine log. hanc distinctionem sine fundamine niti-tur enervare. caeterum talis distinctio cum iam ab omnibus admit-tatur non amplius e persuadenda sed solum modo explicanda. vero his temporibus solum in dubium vocatur quomodo distinguantur inter se log.ca docens, et utens, reperiaturne distinctio realis entitative habitus, s. sit solum distinctio rationis cum fundamento quod est aliter dicitur, e virtualis distinctio.. quo supposito sit 1a. de Log.

Habitus log. docentis, et utentis e idem realiter et entitative habitus. probatur: de Lo 1o ex D. Tho. 4 Meth. lect. 4. ubi loquens de log.ca docente, et utente ait quod log.ca docens reduplicative ut talis, e scientia simpliciter, et ut utens non e simpliciter, sed sub quid, ex quo modo loquendi sic argumentor quia terminus denotans reduplicationem aliquam ex parte subiecti non arguit distinctionem entitativam illius supra quod cadit reduplicatio, sed solum distinctionem rationis. ut patet in homine qui dicitur quod sub quo animal convenit cum equo, et sub quo rationalis e, non convenit cum equo, ubi illa redupli-catio ex parte subiecti non denotat distinctionem entitativam animali-tatis a rationalitate sed solum distinctionem rationis cum fundamento. ergo si-militer illa reduplicatio quam utitur D. Tho. in log.ca docente, et utente non arguet distinctionem realem unius ab alia sed solum rationis cum fun-damento inre. 2

Ratione probatur 2o de Lo. habitus non debent multiplicari realiter ad vincendas distinctas difficultates formales, nempe quando dantur distincta formalia obiecta, diversaq; principia formalia; sed Log.ca utens non utitur diversis principiis formalibus, nec habet distinctum formale obiectum; ergo habitus log. utentis non distinguitur ab habitu log. docentis. cons. patet. et maior e certa quia cum habitus specifi-cetur ab obiecto, et a principiis formalibus quilibet novus habitus exi-git essentialiter diversum obiectum formale, et uti diversis principiis for-malibus. min. vero probatur: quia si log.ca utens haberet diversum formale obiectum et uteretur diversis principiis formalibus ac logica docens; log.ca 3

utens

utens esset necess. log.ca docens formaliss. ut utens e; sed hoc e fal
sum, ergo pt. q. log.ca utens non habet diversum formale obiectum, nec utitur
diversis principiis ac log.ca docens, subiecta maiori, probr. q.ae log.a
utens ut utens e debet explicare illud suum formale obiectum, nobis
que exponere illa principia formalia quibus utitur: ergo esset docens;
Soa pt. q.a ideo log.ca docens sic appellatur q.a tradit, explicat
cat, exponit, et dirigit, docetque praecepta ad instrum.ta logicalia efficienda.

4 Sed dices quod stat quod aliquis sit promptè, et faciliter dispositus ad ministranda praecepta, regulasque tradendas ad efficiendum aliquod artefactum logicale, et tn. quod habeat difficultates in constructione illius; ergo ad vincendas difficultates hasce erit necessarium novum habitum; ac proinde habitus log.ae utentis ab habitu log.ae docentis distinguetur realiter. ans probr: q.a stat v.g. facilitas et cognitio speculativa ad efficiendum aliquod artefactum manuale: v.g. ad citarizandum, et tn. in ipsa citarizatione e nova difficultas; ergo similiter poterit accidere in log.ca. Soa probr: q.a ideo ibi in exercitio citarizationis e illa nova difficultas quia ibi procedit practicè et in cognitione praeceptorum illius procedit speculativè sed etiam in log.ca docente nempe in tradendo, explicando, exponendo, et docendo procedit speculativè pure; at v. in efficiendo artefacto logico procedit modo practico. ergo erit necessarium novum habitum.

5 Sed 3.o q.a cum cognitione clara praeceptorum et regularum ad artefacta logicalia efficienda non pot. stare difficultas in eorum constructione sed facilitate intellectus ea efficiet; et ratio huius e q.a constructio horum logicalium artefactorum fit ab eadem potentia a qua traduntur regulae et praecepta; unde pt disparitas ad illud exemplum artefacti manualis nempe citarizationis; q.a non citarizare est exercitium alterius potentiae ab intellectu, nempe potentiae loco motivae. ac proinde nil mirum quod requiratur novum habitum ad efficiendum usum.

6 Sed replicabis q.a stat quod log.ca docens et utens pertineant ad eandem potentiam, et tn. quod requiratur novum

habitum

23

bitus ad log. utentis. ergo solutio tradita non subsistit. arg. prob.: quia ad eandem potentiam intellectivam pertinet cognitio viae et proprietatis citarizationis, et practice dispone de exercitio citarizationis hic, et nunc faciendo; sed nova difficultas insurgit ad hic, et nunc imperandum quod fiat citarizatio; ergo poterit pertinere ad eandem potentiam tradere praecepta et regulas ad efficiendum artefactum logicale, et [illegible] illis uti; et tamen hoc non obstante habitus log. docentis erit diversus ab habitu log. utentis. 7

Sed dico quod illa duo munia licet pertineant ad intellectum, non pertinent ad illum eodem modo procedentis quia ad cognitionem viae, et proprietatis citarizationis procedit solum speculativo modo; at 2o ad hic et nunc disponendum de exercitio faciendo procedit practice ac prorsus: et est necessarius novus habitus cum ad illa duo munia indigeat diversis principiis. Et ut facile obiectioni occurramus, cum log.a taliter pertineat ad eandem potentiam quum docens, et quum utens quod simpliciter pertineat ad speculativam rationem inde est quod non est alia nova difficultas formalis vincenda, ac proinde logicus utens non est habitus diversus ab habitu log. docentis. 8

Sed dices quod stat quod log.a docens, et utens pertineant ad eandem speculativam rationem, et tamen log.a utens debeat esse habitus diversus ab habitu log. docentis; ergo ruit solutio. ans. prob.: quia Ebulia et Prudentia circa idem obiectum, etiam si pertineant ad eandem practicam rationem, tamen S. Tho. 2.2. q. 51. ar. 2. distinguuntur realiter quia etsi illa sit de consiliandum de convenientia operis, et prudentia ad hic et nunc imperandum executionem illius, tamen utraque habet suam novam difficultatem vincendam: ergo similiter etiam si log.a docens, et utens pertineant ad eandem speculativam quia quaelibet illarum habet suam difficultatem vincendam utraque erit habitus [illegible].

Sed dico quod ideo Ebulia et Prudentia etiam si pertineant ad eandem practicam rationem sunt habitus realiter diversi quia habent diversum formale obiectum, vel etiam si aliquando sint circa eandem actionem non respiciunt illam eodem modo sed diversimode ac proinde quid mirum quod sint habitus diversi. log.a vero docens, et utens habent idem formale obiectum eiusdem quia

principiis elicitivis acquirendi non sunt habitus realiter entitative diversi

10 Secundo probatur: primo quia quoties aliquis habitus respicit aliquos actus quantumvis diversos ordine quodam inter se nempe ut primarium et alterum ut secundarium, habitus sic illos actus respiciens non habet aliquam realem distinctionem in se; sed habitus logicae respicit actus logicae docentis ut primarios, actus vero logicae utentis ut secundarios; ergo in se non habet aliquam realem distinctionem. Maior probatur tum paritate, tum ratione, paritate quidem in habitu charitatis, qui omnino cum sit elicit actus amoris Dei, et actus amoris proximi; et tamen quia actus amoris Dei respicit ut primarium alios vero ut secundarios non habet in se aliquam realem distinctionem; a ratione quidem quia quilibet habitus specificatur ab obiecto primario non a secundario; ergo solum multiplicabitur ad multiplicationem primariorum actuum, secus vero ad multiplicationem actuum secundariorum. Minor probatur: quia quoties aliqui actus taliter inter se comparantur quod unus ad alium ordinatur se habent ut primarii et secundarii. Sed actus logicae utentis ordinantur ad actus logicae docentis tamquam ad principaliores; ergo se habent ut primarii et secundarii: ergo principium elicitivum bonum et unum, et idem.

11 Si dices quia cum quilibet habitus specificetur ab actibus implicat quod actus logicae docentis sint diversi, ab actibus logicae utentis, et quod habitus logicae docentis non sit etiam diversus ab habitu logicae utentis. Sed actus logicae docentis sunt diversi ab actibus logicae utentis: ergo et habitus.

12 Respondeo negando quia habitus non specificantur ab actibus materialiter et in esse entis sed formalissime inspectis, neque specificantur ab actibus non ex aequo procedentibus nempe ordine primarii et secundarii, et actus logicae utentis sunt actus secundarii et ad summum materialiter diversi ab actibus logicae docentis acquirendi non possunt diversificare habitum. Ratio huius est quia cum habitus quilibet respiciat suos actus consideratos ut principium superius distinctio entitativa actuum non sufficit diversificare habitum iuxta illud de philosophorum effatum: quae in inferioribus sunt dispersa in superioribus sunt unita

2a Pro

Quo Concl. 2o. habitus logicae docentis reduplicative ut talis 13
distinguitur ratione ratiocinata sive cum fundamento in re ab habitu
logicae utentis: Colligitur ex Concl. 1o. ex D. Tho. loco allegato ex q. Metha.
lect. q. Et probatur ratione: ad distinctionem rationis ratiocinatae sive cum
fundamento in re sufficit quod intellectus in eadem entitate
valeat concipere unam formalitatem absque alia cum fundamento in re; sed
in logica reduplicative ut docente importata formalitas distincta
cum fundamento a formalitate importata a logica utente; ergo logica do-
centis et utentis distinguuntur per rationem. Maior est evidens; ideo
namque in homine verbi gratia distinguit intellectus rationalitatem ab anima-
litate quia ex parte entitatis habet fundamentum, virtualitatem et capacitatem
ad distinguendam ex parte obiecti unam formalitatem ab alia. Minor
infertur. Et minor probatur: quia logica reduplicative ut docens
est scientia, et reduplicative ut utens est modus sciendi quid scientia
ut videmus ex D. Tho. ergo advenit intellectus ex parte obiecti
fundamentum ad considerandam unam formalitatem absque alia, ac
proinde dabitur distinctio rationis ratiocinatae sive cum funda-
mento in re. 14

Obiicies 3o. 1. Concl. quia stat quod habitus logicae u-
tentis augeatur quin augeatur habitus logicae docentis; ergo habitus logicae uten-
tis distinguitur realiter ab habitu logicae docentis. Antecedens probatur quia implicat
quod eadem entitas, sive idem habitus augeatur, et non augeatur. Minor pro-
batur quia multiplicatis actibus logicae utentis, et non multiplicatis actibus
logicae docentis, ut potest accidere, augebitur habitus logicae utentis, et non au-
gebitur habitus logicae docentis. ergo stat quod augeatur habitus logicae uten-
tis quin augeatur habitus logicae docentis. 15

Sed ad hoc facile dicitur quod
implicat quod augeatur habitus logicae utentis, quin etiam et habitus logicae
docentis augeatur. Et ratio est quia implicat quod quis se exerceat
in actibus logicae utentis quin simul cognoscat se servare praecepta
et regulas logicales; ergo simul se exercet in actibus logicae do-
centis saltem equivalenter vel virtualiter ac proinde implicabit
quod augeatur habitus logicae utentis, quin et habitus logicae docentis
augeatur; sed contra etiam implicat quod quis se exerceat in actibus
logicae docentis quin simul equivalenter, et virtualiter se exerceat

in actibus logicę docentis accepinde implicat quod augeatur
sitas sm̃ unã raone quin simul augeatur sm̃ aliã.

16. Secundo ar-
guitur q̃. implicat quod de eadem entitate verificentur p̃dicata c̃o-
dictoria q̃. si habitus logicę docentis est idem cum habitu logicę utentis,
verificantur de eadem entitate p̃dicata c̃o-dictoria; g.º habitus logicę
utentis distinguitur realiter ab habitu logicę docentis. maior e
evidens et min. p̃bt: q.ª de eodem habitu verificabitur quod sit sim-
pliciter scientia, et quod n. sit simpliciter scientia, s.d hęc sunt
p̃dicata c̃o-dictoria g.º de eadem verificantur p̃dicata c̃o-dictoria.
mai. p̃bt: inprimis de habitu logicę prout docens e verificatur q.d
sit simpliciter scientia, et alias sm̃ quod utens e verificatur
q.d n. sit simpliciter scientia. g.º verificantur p̃dicta p̃dicata con-
tradictoria.

17. S.d c̃o insto 1.º in oium sententia; in Deo eadem entitas
e entitas iustitię, et misericordię, et tn̄ hęc propositio e fal-
sa iustitia in q̃tm̃ iustitia e misericordia; secundo in
ente verum et bonum identificantur et tn̄ hęc p̃positio e fal-
sa verum qut verum e bonum: g.º similiter poterit in habitu logicę
cum identificatione logicę docentis, et utentis esse falsa hęc p̃po-
sitio: habitus logicę docentis sm̃ q.d docens e. e utens. et rao
oium e q.ª p̃dicata ut sint c̃o-dictoria n. sufficit quod veri-
ficentur de eadem entitate, s.d requiritur q. sint sm̃ eadem forma-
litatem, et cum in nullo casu verificantur sm̃ eadem formalitatem
inde e quod n. sunt p̃dicata c̃o-dictoria ut de in sensu iden-
tico e falsa hęc p̃positio entitas logicę utentis n. e simpli-
citer scientia. g.º e q.ª habitus logicę docentis et utentis
realiter identificantur.

18. Arg.ta quę c̃o ag. Sc̃tum poss. fieri
c̃o modernos diluentur q.do agatur de distinctione obiectiva
inter gradus metha physicos. ibi neque p̃ma obtinent sedem.

QUÆSTIO. VII.

Quomodo concurrant logica docens, et utens ad actus sci-
entificos aliarum scientiarum? an ut utens concurrat effective?

Primo.

Primo notandum est quod in logica et in qualibet alia scientia dividuntur 1
in tres partes, nempe, demonstrativa; topica, seu probabilis et tentativa; et
ultima ut sophistica. ad partem demonstrativam pertinent omnes demonstrationes necessariae,
et cum omnis demonstratio debeat procedere ex praemissis necessariis, per se, et propriis. ut docet Philosophus. 1. Post. a cap.
2 usque ad cap. 6. et ibidem S. Th. sequitur quod ut aliqua
conclusio pertineat ad partem demonstrativam alicuius scientiae debeat
procedere ex propriis illius scientiae, quod non est extraneum alicui scientiae, cum
non possit deservire ad faciendam propositionem per se in illa scientia, non
potest deservire ad demonstrationem illius scientiae. Sed quodlibet medium
tamen poterit deservire ad demonstrandum in illa scientia, cum
est proprium, ut fusius explicatur in lib. Posteriorum. ad partem tentativam
topicam seu probabilem pertinent omnes conclusiones probabiles ad quas inferendas in qualibet scientia potest uti mediis extraneis, et tentati-
vis. ad partem Sophisticam pertinent omnes conclusiones apparenter illatae.

Secundo notandum est 2

et tanquam certum supponendum quod ~~logica~~ ~~[illegible]~~ in logica
et in qualibet alia scientia possumus considerare suos actus secundum
illud quod illis convenit ab intrinseco, et secundum illud quod illis convenit
ab extrinseco, quod aliis terminis solet dici possumus considerare actus
cuiuslibet scientiae quoad substantiam et entitatem ipsorum, et quoad
modum quem habent illi actus ut v.g. in hoc discursu: omne mixtum
constat ex elementis; sed homo est mixtum; ergo homo
constat ex elementis in quo discursu substantia assensus pertinet
ad Philosophiam naturalem; et modus artificij nempe Syllogismi
pertinet ad logicam. unde tanquam certum debemus supponere quod logica
reduplicative ut docens concurrit directive tantum ad modum actus
cuiuslibet scientiae, et in qualibet parte, etiam demonstrativa, tantum et
ad substantiam, non quod effective influat in substantiam assensus
quia hoc est impossibile cum ille actus non contineatur quoad substantiam
intra limites obiecti logicae docentis, et nullus habitus nullaque potentia
possit influere in actum qui est extra suam sphaeram, unde solus logica
docens directive potest concurrere ad substantiam illius assensus
quia logica est directiva omnium operationum intellectus. et parificatur
a simili in Prudentia quae ut dicitur lib. 6. Eticorum cap. 5.

C 13

13. Concurrit directive ad actus cuiuslibet virtutis moralis; et
cum aliis loquendo docens, quando a rebus est abstracta, et abutsa, non possit alio
modo concurrere quam directive, tota difficultas devolvitur ad logicam
ut utentem quae cum rebus sit concreta omnibus scientiis format syllo
gismos, et alia instrumenta logicalia est difficultas quomodo con
currat cum aliis scientiis an solum directive, an vero active effecti
ve, et si active, et effective utrum sit talis concursus ad subs
tantiam, et modum actus, an vero solum ad modum actus. et ut re
linquatur locus quaestioni supponendum est

3 Tertio tanquam certum habitus in
tellectualis effective concurrere cum intellectu ad suos actus sicut
cum elicit actus supernaturales non concurrit solus intellectus, sed habi
tus supernaturalis ut dicitur 1. p. q. 12. contra Baconem contenden
tem lumen gloriae nullatenus influere in visionem, et ratio est
quia debemus assignare causam particularem cuiuslibet formalitatis
actus intellectus, et cum in actu intellectus non solum sit ipsa subs
tantia actus sed modus vel logicalis, vel philosophicus, vel aliarum
scientiarum, et in actibus supernaturalibus reperiatur supernaturalitas
inde est quod intellectus solus non efficit illos actus sed etiam ad
illos efficiendos concurrunt habitus, naturales, si actus sint naturales, et
supernaturales si actus supernaturales sint. Verum hoc supposito stat difficul
tas quomodo logica utens concurrat ad actus aliarum scientiarum.

4 Quarto ~~clarius~~ supponendum est logicam utentem effective acti
ve non concurrere ad substantiam actus caeterarum scientiarum, et ratio est
manifesta quia nullus habitus potest effective influere in actus qui sunt
extra suam sphaeram, sed substantia actus cuiuslibet alterius scientiae,
v.g. philosophiae est extra sphaeram habitus logicae; ergo habitus logicae non
potest effective influere in actus caeterarum scientiarum. maior est e-
videns tum ratione tum paritate. paritate quidem quia intellectus nequit
effective influere in substantiam actus voluntatis, et e contra nec in
actu visionis non potest influere auditus et e contra et in supernaturalibus etiam
potest in actu fidei, non potest influere spes, vel e contra. ratione quia nullus
habitus per se potest influere in actus qui non continentur intra suam
activitatem, sed activitas cuiuslibet habitus est per se adaequate intra
suam sphaeram. ergo nullus habitus potest effective influere in actus qui

sunt extra

si extra sua sphaera: ig non. illa primi syllogismi pbti q̃ actus cuiuslibet scientiæ v.g. Philosophiæ si maa propria ipsius Philosophiæ ad qua n. se valet extendere habitus log: q̃ cu actus philosophiæ sint cognitiones rez naalius, ĉ talis cognitio extra capacitatê habitus log. qui solus ẽsiderat artefacta rationis. unde ig solus ẽ difficultas de concursu effectivo log. sterius ad modus actus alterius scientiæ

Quinto deniq supponendus ẽ quod log. usus pot. sumi dupliciter, active nempe, ĉ passive. usus activus log. a quo denominata utens ẽ quęda constructio, factio, ĉ dispositio instrumentorum logicalium ad ẽclos inferendos; usus vo passivus a quo utitata, sive utensilis l. usualis nuncupata ẽ q̃ utitr ipsa log. seipsa, l. q̃ aliæ scientiæ ipsa log. utuntr emendicando ab ipsa log. maa ad suas ẽclos inferendos. exemplus sit illud quod ẽ. Ar. apponit. 1. Post lect. 20. v.g. q̃do Physilosophus ad inferenda ẽ pbanda aliqua ẽclus in ppria maa utitr aliquo principio logico. ut cu pbat amorẽ ẽ odius pertinere ad eade concupiscibilẽ pot ex illo principio: contraria si circa ide: hoc discursu contraria si circa ids; sed amor ẽ odius si contraria, g.o si circa ids; sed amor ẽ in pt. concupiscibili; ergo ẽ odius in hoc casu certus ẽ logica utens effective concurre ad illa ẽclusionẽ, n. solus ad modus actus, sed ẽ tad similitudinẽ: raso ẽ. quia ut dicitur in lib. Posteriorus assensus pmissarus concurrit effective ad assensus ẽclis. g.o si una ex pmissis formaliter pertinet ad logica n. solus ratione, sed ẽ ipsa pmissa inse sive ratione maa inferita pinct logica ad hunc assensus concurrere effective. unde &c. 6

V. q̃do D. Tho. 4 Metaph. lect. 9. ait: quod in pt. log. quæ dicitr demonstrativa, sia doctrina pertinet ad logica, usus vo ad Physica, ĉ ad alias scientias particulares, pars autẽ log. tentativa, ĉ sophistica habẽt doctrina ĉ usus quibus verbis videtr negare quod logica utens reperiatr in parte demonstrativa cęterarus scientiarus; intelligendus ẽ quod negat: hunc usus passivus, cu quo logica concurrit ad assensus aliarus scientiarus effective, reperiri in parte demonstrativa cęterarus scientiarus; ẽ solus asserit hunc usus passivus reperiri in

de p. tentativa seu probabili, et sophistica, n. v. negat D. Tho. q. logica utens sm suos actus reperiatur in aliis scientiis sm oes suos partes, etiam in parte demonstrativa quia ut postea videbimus n. pot. negari talis usus in ea parte cuiuslibet scientiæ.

7 ex quo obiter nota cum SS. M. Aguirre in logica. tract. 2. disp. 5. sect. 3. n. 28. logicam utentem passive sumptam n. concurrere effective in parte demonstrativa cæterarum scientiarum, s. solum in parte probabili, et sophistica tum q. id denotat D. Tho. loco allegato. ex 4. Metho. tum q. ut vidimus primo notabili demonstratio debet procedere ex propositionibus necessariis, per se, et propriis, ut fusius dicitur 1. Post cum D. Tho. lect. ibi lect. 15 et alibi; s. q. do assumitur aliquod principium logicale ad inferendum in Philosophia v.g. tunc Philosophia n. procedit ex propriis, s. ex alienis ergo illa n. erit demonstratio Philosophica, s. logica id e. tunc solum dabitur demonstratio evidentiæ consequentiæ n. vero consequentis.

8 V. dicere cum Aguirre loco allegato. quod D. Tho. n. negat illum usum passivum in parte demonstrativa cæterarum scientiarum q. do logica illis pagitat principia communissima et universalia ut is dici de omni, dici de nullo l. similia, s. solum q. do logica probet aliquod, l. aliqua principia topica, et tentativa contenta in 8 libris topicorum quæ loca usque ad 259 numerantur cum quibus principiis logicalibus solum concurrit in parte tentativa cæterarum scientiarum. n. satisfit, nec D. Thomæ, nec rationi. n. D. Thomæ quia absolute negat usum passivum logicæ in parte demonstrativa cæterarum scientiarum ut vidimus 4. Metho. absque eo quod ibi D. Tho. distinguat principia universalissima et particularia, imo ibi indiscriminatim dicit quod usus passivus, sive sit probendo principia universalissima sive particularia n. reperitur in parte demonstrativa cæterarum scientiarum n. rationi fit satis, q. ut sæpe diximus demonstratio debet procedere ex propriis, et illa principia licet universalissima n. sunt propria Philosophiæ, s. logicæ quæ docet mag. prædicationis et consequentiarum ut vidimus in exemplo adducto. a moris, et ideo

ergo concurrit ille logica com. est in parte demonstrativa ceterarum
scientiarum, sed in tentativa, et probabili 9
Dicitur quarto aliquam logicam eodem modo
uteretur seipsa in parte demonstrativa, et probabili sui ipsius, ac aliq
scientiae utentis passive ipsa logica quod est contra D. Thom. et contra rationes
sequella probatur quia logica utens in parte demonstrativa sui ipsius tantum
modo potest assumi esse principia universalissima sive defi-
nitiones communes, et alia huius modi, et illa 259 loca ex
libris topicorum tantum modo possunt deservire ipsi logicae in parte tentativa
ergo si logica utens quamlibet aliis scientiis principia communia
reperitur passive in parte demonstrativa ceterarum scientiarum, et
quum praebet illis ex illis 259 locis unum vel plura reperitur
passive in parte tentativa ceterarum scientiarum eodem modo concurrit
logica passive in sua parte demonstrativa, ac in parte demons-
trativa aliarum, et similiter de parte probabili; quod est contra D. Thom.
qui usum quem praebet logica in parte demonstrativa, negat in
parte demonstrativa aliarum scientiarum; et contra rationes quia ideo semper
dixi quod demonstrativa ars cuiuslibet scientiae debet proce-
dere ex propriis et non ex alienis. 10

Et Tandem pergens difficultas solum
devolvitur ad usum activum logicae utentis, qualem nempe concur-
sum praebeat aliis scientiis tam in parte demonstrativa, quam
in partibus tentativa, et sophistica. utrum nempe logica utens
concurrat effective ad efformandum artificiosam formam syllogismi
in aliis scientiis, ac proinde licet non concurrat ad substantiam ac-
tus v.g. Philosophiae effective, concurrat tamen effective ad
modum illationis quem sortitur ille actus: an vero solum concurrat di-
rective modo quo actus intellectus concurrit ad actus volunta-
tis. ac proinde logica non concurrat per se active efformando illud
artificium, vel illum syllogismum in aliis scientiis, sed solum passive
quum nempe ceterae scientiae utantur directione logicae. Huic secun-
dus modus dicendi tuentur ex Thomistis Flandria 2. Meth. q. 5.
ar. 2. ad 1. Complut. disp. 1. q. 4. ortiz. conf. 4. Pama. disp.
1. dub. 4. ex aliis Beraguel disp. 1. q. ult. sect. 2. referendo
pro se Fonseca, et Conimbric. quibus etiam adscripsit Quiros tract.
2. disp. 8. sect. 1. = Primus modus dicendi tuentur ex

Thomistis. Sabel. tract. 1. cap. 6. Masius sect. 1. q. 3. Sanchez lib. 1. log. q. 5. Araujo lib. 2. Metaph. q. 3. ar. 2. Joannes Mart. de Prado lib. 1. log. q. 1. § 4. Lerma lib. 1. q. 6. Dominicus Lince lib. 1. q. 1. ar. 4. Aguirre tract. 1. disp. 3. sect. 2. ex aliis P. Alphonsus disp. unic. Proœm sect. 3. et alijs cum quibus sit

11 Logica utens effective concurrit cum intellectu, ad efformandum artificiosam dispositionem actuum ceterarum scientiarum, vel effective concurrit ad modum actus non solum in parte demonstrativa ceterarum scientiarum sed etiam in omni parte. Probatur 1a conclusio ex D. Thoma opusc. 70. q. 5. ar. 1. et 2. Metaph. lect. ultim. ubi expresse docet logicam praebere aliis scientiis instrumenta ad speculandum; sed ars quae aliis ministrat instrumenta effective concurrit ad artificiosam formam, et dispositionem: ergo logica effective concurrit ad efformanda instrumenta quibus inserviunt suas conclusiones ceterae scientiae.

12 Ratione probatur conclusio. quia cuiuslibet formalitatis vel modi reperti in aliquo effectu necessario debemus assignare causam efficientem illius; sed artificiosa dispositio in assensu cuiuslibet scientiae v.g. in assensu Philosophico nempe in hoc assensu omne mixtum constat ex elementis; sed omne animal est mixtum; ergo omne animal constat ex elementis. est aliqua formalitas, vel modus vere et realiter existens; ergo debemus assignare aliquam causam effectivam illius formalitatis, nempe illius artificiosae dispositionis: Tunc sic: sed nulla alia causa efficiens potest assignari nisi habitus logicae. ergo habitus logicae concurrit effective ad productionem illius formalitatis, et modi illius Philosophici assensus: maior est evidens cum omnis effectus denovo productus in rerum natura debeat habere causam efficientem, alias esset Deus qui solus cum sit omnium causa nullam habet causam. min. principalis etiam est evidens. et 1a conclusio infertur. 2a ex minori subsumpta etiam deducitur vel solum restat probanda minor subsumpta. quae sic probatur: quia intellectus solus, vel habitus Phylosophiae non potest esse causa illius formae artificiosae; ergo solus habitus logicae potest esse causa, illius artificiosae formae. Consequentia patet. Antecedens probatur: quia forma artificiosa est effectus artis ergo non potest procedere solum ab intellectu, qui ex se non habet

arte

artis. et motus artificiosus saltationis non pot. procedere quoad illum modum artificiosum a pota sola naturali destituta arte saltandi. ut docet ... Metaphys. 9

tus quia si intellectus solus posset producere effective illam figuram artificiosam syllogismi v.g. absque eo quod habitus logicae influeret in illam, sed tantum directive concurrendo; ergo posset etiam intellectus producere se solo effective actus supernaturales habitibus solum concurrendo elevative, et non influxive, ut discurrunt Baconistae, atqui hoc videtur absurdum etiam illis contra quos insurgimus; ergo omnes cogantur hoc concedere debent dicere quod intellectus solus non influit in illam figuram artificiosam habitu logicae solum concurrente directive et non influxive effective. quo ad 2am partem probatur: quia illa figura artificiosa est extra sphaeram habitus Phylosophiae, ergo habitus Phylosophiae illam non pot. causare. ideoque diximus quod substantia actus phylosophiae non pot. causari ab habitu logicae quia est extra sphaeram habitus logicae. ante probatur: quia illa figura artificiosa consistit formaliter in secunda intentione obiectiva modi sciendi; sed secunda intentio obiectiva modi sciendi cum solum sit obiectum logicae non continetur intra limites obiecti totalis Phylosophiae quod solum ens reale; ergo illa figura artificiosa non continetur intra sphaeram habitus Phylosophiae; ac proinde solum potest 13
causari ab habitu logicae cuius obiectum est.

Dices cum illis qui oppositam tuendam [illegible], quod intellectus instructus habitu Phylosophiae non solum producit substantiam huius actus: v.g. omne mixtum componitur ex elementis; sed omne animal est mixtum; ergo componitur ex elementis: sed supposita directione logicae etiam producit modum absque eo quod necessarium sit quod habitus logicae effective influat in illam artificiosam figuram. ergo logica non concurrit effective. assumptum probatur paritate intellectus et voluntatis; nam voluntas solum supposita directione intellectus elicit non solum substantiam actus appetitus, sed etiam modum illius appetitus, nempe electionem v.g. ergo similiter supposita directione logicae absque eo quod habitus logicae influat effective producet intellectus instructus habitu Phylosophiae non solum 14
substantiam illius actus sed etiam modum. sed consequentia [illegible] quia si voluntas se sola non solum elicit substantiam actus appetitionis, sed etiam modum, nempe ordinatam electionem absque eo quod intellectus influat effective, sed solum directive concurrendo; ideo est quia ille actus ad [illegible] continetur intra sphaeram obiecti voluntatis; at vero artificiosa figura modificans

illius Philosophiae actus non continetur intra sphaeram obiecti, et caritatis habitus Philosophiae, ac proinde nequit ab illo causari, sed solius ab habitu logicae effective influente; neque si habitus logicae effective non influit in illam formam artificiosam ex eo quod solius dirigat nihil intrinsece ponit in intellectu instructo habitu filosophiae; sicut ex eo quod habitus supernaturalis non influant effective in actus supernaturalis ex eo quod solius elevative concurrant inferunt omnes nostri et omnes Doctores quos in praesenti contra Baconistas quod intellectus tam impotens stat supplemento elevationis habitus supernaturalis, ac non supplemento ac proinde contra direction quam praestat habitus logicae docentis requirit necessario influxum logicae docentis.

15

Sed replicabis quod ab eodem principio a quo ponitur substantia alicuius effectus debet poni modificatio inseparabilis illius effectus sicut ab eodem principio a quo producitur quantitas producitur etiam eius forma sive figura; et ab eodem principio a quo producitur essentia aliqua producuntur etiam eius passiones. iuxta illud omnes Philosophorum axioma. qui dat formam dat omnia ad formam: ergo ab eodem habitu Philosophiae a quo producitur substantia praedicti actus producetur etiam modificatio illius nempe illa forma artificiosa.

26

Sed contra quia ergo solius producitur modificatio alicuius rei ab eodem principio a quo producitur illa, quando talis modificatio continetur intra limites et activitatis illius principii sensu primo et contra. et initatur in multiplici exemplo primo in actibus virtutis moralis naturalis in quibus rectitudo causatur a Prudentia, etiam si substantia actus v.g. temperantiae causetur a temperantia. secundo in supernaturalibus nam modus meritorius actus fidei, et spei secundum D. Th. 2.2. q. 2 ar. 9 causatur a Charitate, a qua effective derivatur meritum cum Charitas forma virtutis sit. tertio in subsistentia, et existentia Christi domini quae licet sint tri[?] nam, et ens Christi domini N. hi. causantur ab actione generativa Deiparae quamvis substantiam humanitatis Christi domini producat. ergo similiter in nostro casu poterit accidere quod substantia actus Philosophiae v.g. causetur ab habitu Philosophiae, et illa modificatio artificiosa causetur ab habitu logicae, et ratio omnis est quia omnes modificationes non continentur

intra

sibtrai spheras principij productivi subtrantiæ effectus. L7

S. insurges

Quia hoc quia ab eadem virtute morali temperantia v.g. a qua producitur substantia actus temperantiæ producitur etiam modificatio illius, rectitudo v.g. solus Prudentia directive concurrendo non effective, ergo similiter poterit accidere in assensu Philosophico non sicut Logica dirigit in Speculabilibus sic in Moralibus Prudentia. L8

Aliqui conantur reddere disparitatem affirmando quod Prudentia non concurrit effective ad actus virtutis moralis sed solum directive, et dicunt quod hoc ideo est quia Prudentia subiectatur in diversa potentia ac subiectantur virtutes morales, nam hæ subiectantur vel in appetitu, vel in voluntate iuxta varia Theologorum placita, et Prudentia residet in intellectu atque proinde non mirum quod Prudentia non possit effective influere in actus virtutis moralis sed solum directive. secus vero accidit in actu Philosophico ob oppositam rationem. — L8

Sed hæc solutio displicet his quia primo falsum est hoc his quia secunda ratio quia falsum est hoc quia ut vidimus cum Divo Thoma 2.2. q.2. ar.9. ait quod modus meritorius qui sortitur actus Fidei producitur effective a Charitate etiam si Fides sit in intellectu, et Charitas in Voluntate. Secunda ratio quia modus ille quem sortiuntur actus virtutis moralis nempe rectitudo illa est extra sphæram illarum ac proinde solus potest causari a Prudentia. nam Temperantia v.g. solum ex se habet producere actus cum mediocritate, confessus quod hic actus et hæc mediocritas fiat quando et quomodo convenit provenit a Prudentia quæ requirit ad hic et nunc iudicandum ad illam spectat iudicare de illa rectitudine ac proinde a sola Prudentia causatur. L9

Vide ad replicam nego quod Prudentia non influat effective in rectitudinem actus moralis temperantiæ v.g. quia ut vidimus solum illa rectitudo continetur intra activitatem prudentiæ. ac proinde etiam artificiosa illa dispositio assensus Philosophici cum solum continetur intra sphæram habitus Logicæ, cuius obiectum est intentio modi sciendi a qua provenit illa artificiosa dispositio solum proinde potest causari effective ab habitu Logicæ utentis non vero ab habitu Philosophico.

20 S. replicabis quod quando modificatio alicuius actus exigitur essentialiter ab illo actu tunc necesse est quod ponatur et producatur effective ab eodem principio ex quo illud quidditative [illegible] dat 2da ad 3am ac proinde cum modificatio assensus demonstrativi Philosophici v.g. dispositio syllogistica sit modificatio essentialiter, et intrinsece exacta ab illo assensu cum demonstratio essentialiter sit syllogismus inferens proinde quod debeat poni ab eodem habitu Philosophico a quo ponitur substantia demonstrationis. ac proinde dices quod exemplum de actibus virtutum moralium naturalium, ~~[illegible]~~ modificati a Prudentia et exemplum actus Fidei formati et modificati a Charitate non veniunt ad rem cum actibus virtutum moralium, et actibus Fidei, et Spei essentialis et intrinseca non sit rectitudo et modificatio Prudentiae, et Charitatis, ut patet in homine temperato sed alias imprudente, et Spe in peccatore Christiano.

21 S. Quarto quoniam etiam si modificatio sit essentialis et intrinseca respectu alicuius actus non tamen proinde debet poni ab eodem principio a quo ponitur substantia actus si non continetur intra limites, et sphaeram illius, v.g. actui Fidei Formatae essentiale est meritum et tamen non ponitur a Fide meritum sed a Charitate ac proinde etiam si demonstrationi Philosophicae sit essentialis artificiosa forma syllogistica quod libenter concedo tamen non ob hoc debet poni ab habitu Philosophico quia hic habitus non habet virtutem ad syllogismos efformandos ac proinde debet provenire et causari illa dispositio ab habitu Logicae qui solus potest syllogismos construere. Videre ex hoc principio vel sequenti quaestioni videbimus probabimus necessitatem Logicae ad alias scientias etiam ad substantiam scientiae cum non possit salvari substantia scientiae quin sit causata per demonstrationem, et cum demonstratio sit essentialiter syllogismus solummodo potest causari ab habitu Logicae qui habet pro obiecto rem intentionis modi sciendi.

22 S. Secundo dices quod etiam si illa modificatio et dispositio artificiosa illius assensus Philosophici pertineat ad obiectum formale Logicae neque sit modus sciendi obiectivus, tamen effective debet causari ab habitu Philosophico qui est causa substantiae illius actus. Ergo Logica utrumque non concurrit effective ad constructionem illius modificationis

ficationis artificiosæ. Ma(ior) p(ro)b(atur). Et a(ntecedens) pro(batur): q(ui)a etiam si recta dispositio artificiosa imaginis v.g. pertineat ad artem pingendi tanquam ad suum formale obiectum, tamen illa recta dispositio artificiosa producitur effective solum a potentia locomotiva manus quæ movendo penicillum illam struit et delineat arte solum concurrendo directive; ergo similiter etiam si illa dispositio artificiosa syllo(gismi) pertineat ad obiectum formale logicæ poterit tamen causari absolute a philosophia logica solum præstante concursu directivo. 23

Aliqui respondent huic replicæ dupliciter 1° reddendo disparitatem; quia inquiunt quod cum ars pingendi resideat in intellectu practico, et potentia executiva in manu non mirum quod ars pingendi non possit effective influere in illam rectitudinem illius imaginis; at vero cum habitus logicæ et philosophiæ resideant in eodem intellectu speculativo potest inde logica concursum effectivum præbere. 24

Sed hæc solutio displicet ob rationem allegatam supra num. 18. videlicet dicimus quod etiam ars pingendi influit effective in manum ut possit manus producere formam artificiosam imaginis. Ergo potentia executiva manus est causa instrumentalis et non principalis imaginis. Et causa instrumentalis ut dicitur 2. Physicorum indiget motione prævia agentis principalis quamediante elevetur ad attingendum effectum principalis agentis. Videlicet potius ex parit(ate) insurgit efficacissima ratio nostræ (...) q(ui)a ideo manus ad attingendam formam artificiosam imaginis indiget non solum directione artis pingendi, sed etiam influxum effectivum illius q(ui)a illa forma artificiosa cum pertineat ad obiectum formale artis est extra sphæram activitatis potentiæ locomotivæ manus; sed etiam forma artificiosa syllogismi quam habet ille assensus philosophicus est extra sphæram activitatis habitus philosophiæ cum ad obiectum formale logicæ pertineat ergo debet effective produci a logica. 25

Opponimus quod ideo logica concurrit effective ad modificationem artificiosam assensum aliarum scientiarum, philosophiæ v.g. q(ui)a illi præbet instrumenta ad speculandum; sed hæc ratio non convincit intentum; ergo logica utens non concurrit effective. Maior est certa et minor probatur nam etiam ars frenefactiva præbet instrumenta arti equestri; et

Ari ri concurrit effective ad actiones artis equestris, nempe ad equitationem. ergo similiter debet accidere in logica; ans pt et cons probatur: quia eodem modo concurrit et deservit ars frenefactiva equestri, ac deservit logica caeteris scientiis, cum utraque concurrat praebendo instrumenta necessaria illa ad equitandum, ad speculandum logice.

26 Sed nego paritatem; nam ars frenefactiva concurrit ad equitationem mere extrinsece logica vero ad assensum caeterarum scientiarum non concurrit mere extrinsece sed intrinsece cum concurrat ad conficiendam demonstrationem nempe syllogismum quem artificiosa forma syllogismi est quid intrinsecum respectu assensum philosophiae v.g. ad equitationem vero frenum solum concurrit extrinsece ac proinde non tenet paritas. vel ad formam arg.ti respondetur distinguo maiorem quia praebet instrumenta ad speculandum, instrumenta intrinseca concedo mai. extrinseca nego mai. et distinguo eodem modo min. neg. cons. et applicando eodem modo distinctionem ad probationem min. ~~[illegible]~~ concessa minori, negetur cons ob disparitatem assignatam.

27 ex tota hac quaestione colliges quod logica docens directive concurrit in parte demonstrativa, probabili, et sophistica caeterarum scientiarum, nam quemadmodum structio syllogismi demonstrativi solum continetur intra activitatem directionis logicae ita caeteros syllogismos, et caetera artefacta logicalia.

28 Colliges 2º quod logica utens active effective concurrit in parte demonstrativa probabili et sophistica caeterarum scientiarum quia structio artificiosa cuiuslibet artefacti solum potest effective causari a logica.

29 Colliges 3º quod logica utens praeter concursum activum quo effective concurrit ad efformationem artefactorum logicalium in parte probabili et sophistica caeterarum scientiarum praebere aliud concursum specialem quem non praestat parti demonstrativae caeterarum scientiarum nempe usum passivum; quod sic dicitur non quia non influat effective in assensum opinativum caeterarum scientiarum cum potius influat usque ad substantiam actus sed quia attita se ipsa ut de medio mediante qua infertur assensum caeterarum scientientiarum, unde ad inferendos illos assensus praestat logica duplicem concursum 1um generalem, efficiendi nempe artefactum logicale, 2um specialem praebendo nempe magis ad instrumentum logicale efficiendum.

Quaestio 8.

Quaestio VIII.

Utrum Logica sit simpliciter necessaria ad alias scientias acquirendas? vel tantum secundum quid?

§.

Primo notandum est logicam dupliciter discerni naturalem, et artificialem. logica naturalis nil aliud est quam ipsa facultas, seu potentia intellectiva sive nil aliud est quam ipse intellectus secundum se sumptus quo homo quasi distinctus ... intelligere, et discurrere potest, vel ad summum est logica naturalis lumen intellectuale, sive intellectus habitu primorum instructus. logica vero artificialis est habitus acquisitus humana industria ad recte, et sine errore ratiocinandum ... construere instrumenta logicalia, ipsaque construens et faciens ut puta ars quaedam quamediante fiunt non solum directive, et executive artefacta modi sciendi nempe hic habitus logicae de quo usque nunc egimus, eius objectum et naturam explicando. quaestio igitur procedit solum de necessitate logicae artificialis an sit vel non necessaria quia logica naturalis evidens est quod est simpliciter necessaria siquidem impossibile est quod quis sine intellectu scientiam habeat, sicuti est impossibile quod quis absque oculis videat, et absque auribus audiat. 2

Secundo notandum est aliquid esse necessarium ad aliquem finem dupliciter contingere potest. 1o taliter quod absque illo implicet quod finis ille consequatur, ut v.g. cibus requiritur ad vitam conservandam diuturno tempore, et manus requiruntur ad scribendum et lingua ad loquendum, et similia et hanc necessitatem vocant necessitatem simpliciter, et intrinsece talem. 2o taliter quod absque illo licet possit absolute consequi finis tamen cum illo melius, facilius, et commodius consequitur finis. ut v.g. ad iter agendum requiritur equus, sine quo absolute potest quis iter agere. sed facilius cum equo. difficultas procedit de necessitate tali, simpliciter, logica namque secundum quid et ad melius nullus dubitat quod sit logica artificialis necessaria cum illa doceat modum sciendi quo mediante commodius acquiritur scientia. 3

ex Arist. 9 Met. c. 5

Tertio notandum scientiam posse acquiri in duplici statu perfecto, nempe et imperfecto, non quia ut aliqui dicunt statum perfectum scientiae sit taliter assentiri alicui ... quod perfecte non sciat resolvere, ad prima usque principia, sed solum assentiat

52

illi Conclusioni cum aliqua certitudine, sed non immobiliter perfecte. Hic imquam modus explicandi statum imperfectum scientiæ insufficiens est. nam ut salvetur scientia in quolibet statu necessarium est quod salvetur cum prædicatis essentialibus illius quæ formalissime explicantur per diffinitionem scientiæ, nam cum quælibet definitio explicet essentiam rei illius nulla res potest salvari et verificari absque prædicato explicato in sua deffinitione ut homo non potest verificari in nullo statu quantumvis imperfecto absque eo quod verificentur sua prædicata essentialia nempe quod sit animal rationale; sic ergo similiter in nullo statu quantumvis imperfecto potest salvari essentia scientiæ absque eo quod in illo statu verificentur prædicata essentialia scientiæ et cum unicus modus cognoscendi prædicata quæ essentialiter conveniunt alicui rei, sit per suam deffinitionem, non poterit proinde etiam in statu imperfecto verificari scientia absque eo quod sit habitus causatus per demonstrationem et cum altius demonstratio sit: Syllogismus faciens scire, vel syllogismus constans ex veris, primis, immediatis, notioribus, prioribus, et causis Conclusionis, ut dicitur 1. post. non poterit proinde verificari scientia in nullo statu quantumvis imperfecto nisi hoc modo sit causata. Verum de scientiam in statu imperfecto vocamus scientiam partialem unius vel alterius Conclusionis quæ revera sit habita per demonstrationem illius Conclusionis ~~causata~~. scientiam vero in statu perfecto vocamus scientiam totalem aut fere totalem omnium Conclusionum pertinentium ad aliquam scientiam ac proinde ille qui sic in statu perfecto habet scientiam objectionibus omnibus satisfacere potest.

4. Quo imprimis ut certum supponimus logicam esse simpliciter necessariam ad scientiam acquirendam in statu perfecto, sive ad habendam v.g. Philosophiam perfecte nam ad hoc requiritur cognitio certa et evidens omnium Conclusionum quæ in Philosophia occurrunt quas perfecte cognoscere absque cognitione diffinitionis, divisionis, et argumentationis impossibile est cum quædam Conclusiones habeant valde remotam, et obscuram conexionem cum objecto quæ conexio non nisi cognitis regulis argumentationis aliorumque artefactorum logicalium cognosci non potest.

5. Ratio huius suppositionis sumitur 1º ex Divo quod passim docet felicissimo ex antiquis Philosophis errasse ob ignorantiam

logicæ

log. 8. enim Metaph. demonstrat errare ob ignorantiam artis de-
finiendi. et 1. Phys. cap. 3. et seq. ob ignorantiam artis dividendi,
et tex. 10. et tex. 20. docet similiter errare ob ignorantiam artis
arguendi. hoc ipsum supra dictis peritiores Philosophi ut ss.
Stoici apud Diogenem laertium in vita Zenonis Cittiei, et Cicero
contra Epicurum docuere. quod et etiam sensit Seneca Epist. 88. ubi
lt damnet abusum logicae ad paralogizandum in ma consentit 6
sententiae.

Confirmatur hoc ipsum probatam quia logica docet et instruit
intellectum ut sine errore procedat; ergo est simpliciter necess.
saltem ad statum perfectum et totalem scientiarum. ans est certum
tum ex D. Tho. 12. Metaphys. lect. ultim. tum 1. Post. lect. 1.
tum quia logica dirigit operationes intellectus, ergo facit logica quod in
tellectus sine errore procedat. Cons. vero probatur: quia processus sine erro
re in toto processu scientifico alicuius scientiae est opus valde
difficile indigens necessario aliqua arte, quae non est alia a logica
ergo est necessaria logica. tum quia prout aliqua conclusio esse valde remo
ta solum conexa cum primis principiis ergo ad illum conexionem in
feriendam acquirendam necess. cognitio artefactorum logicalium
quorum adiuvamine instructus intellectus possit remotam illam
conclusionis attingere intellectum. 7

Nec valet dicere quod intellectus ex
se habeat vim ad attingendum aliquam conclusionem quae immediate
conectitur cum lumine principiorum poterit per inde ex se habere
virtutem ad alias conclusiones cognoscendas quae non remote conectantur
cum primis principiis ac proinde logica non erit necess. logica ad scien
tias acquirendas etiam in statu perfecto. assumptum probatur: quia cum ita
immediatam conexionem habeat 2a conclusio cum prima, ac 1a cum primis
principiis, intellectus instructus cognitione 1ae conclusionis poterit cognosce
re 2am, et instructus cognitione 2ae poterit cognoscere 3am et sic de
aliis; ergo ex se poterit habere scientiam in statu perfecto absque logica. 8

Non inquam
valet haec solutio tum quia non 2a conclusio concludit quia ut postea
videmus intellectus nec 1am conclusionem absque logica valet percipere
tum quia etiam si possit unam vel alteram conclusionem cognoscere absque logica
non sequitur quod etiam omnes possit attingere, quia longo discursu

pot. decipi intellectus sicut est instructus arte arguendi. Sic ergo ut recte docent Thomistae cum D. Tho. 1.2 q. 110 ar. 3 et q. ... si voluntas posset in linea naturali unum vel alterum actum honestum elicere absque auxilio naturali speciali, non tamen omnes. Et similiter docent Theologi de intellectu quem dicunt non posse absque speciali auxilio omnes veritates naturales cognoscere, ut unam vel alteram solo auxilio Dei generali percipere valeat. videat ergo Ml. Prado quale argumentum efficiat ne cogatur concedere quod cum D. Tho. debet negare.

9 Nec iterum valet dicere quod logica non solum non est necessaria ad scientias acquirendas sed quod est inutilis et perniciosa. siquidem docet fallacias veritatem obscurat; siquidem logica ut inquit Seneca Ep. 88. logicus de Pitagora docet de omni re in utramque partem disputari posse ex aequo, et de hac ipsa. neque an omnis res in utramque partem disputabilis sit, scientia ergo quae in tot paradoxa futilia et inania trahit inutilis et perniciosa videtur.

10. Non inquam obstat objectio haec quia logica non docet paralogizare nec veritatem obscurat, nec fallacias protegit, nec in paradoxa futilia et exossa inclinat; sed potius dogmata, regulas, et praecepta quibus detegatur verum, abusus, sophisticarum, quo ipsi veritatem tenebris obnubilant, facile percipiatur, excludantur fallaciae, et tenebrae luce veritatis confundantur, explicat, et affirmat firmis principiis demonstrando. non ergo inutilis et perniciosa debet censeri logica sed valde utilis et necessaria valde ad scientifice in scientiarum progressu procedere. Vel ut inquit Hieronimus in Ezechielis quidquid in hoc saeculo perversorum dogmatum est arte dialecticae subvertitur et instar incendij in cineres favillasque dissolvitur.

11 Dicendum est ut certum debet supponi quod logica ad scientias in statu perfecto et totali acquirendas non solum est valde utilis sed simpliciter necessaria. tota ergo difficultas resolvitur ad indagationem necessitatis logicae ~~...~~ ad acquirendas scientias in statu imperfecto sive quoad unam vel alteram etc.

quaeinre.

Quarum tres versantur ss. 1a quae iam in notabili 12
e impugnata, asserens logicam non esse necessariam ad acquirendam
scientiam etiam quoad suam perfectionem totalem. Hanc tuentur aliqui
antiqui ut Javelus trac. 1. log. Conimbric. q. 1o. ar. 2. Fonsec.
in Metaph. cap. 8. q. 3. sect. 2. Noster P. Aversa q. 1. sect. 4. et alij
ex modernis eam amplectitur Martinez et Prado lib. 1. log. q. 6. §. 3.
Et hi omnes fatentur valde utilem esse logicam ad scientiam acquirendam 13
in statu perfecto.

Secunda sent.a media gradit via ait enim logicam
non esse simpliciter necessariam ad acquirendam scientiam in statu im-
perfecto, hoc est quoad unum vel alterum actum. At ad acquiren-
dam scientiam in statu perfecto, integro, et totali sit ut simpliciter
necessaria. Hanc tuentur Complutenses Carmel. q. 1o. ar. 2. D.
Joan. a S. Th. q. 1. ar. 1. Dominicus Lince lib. 1. q. 1. ar. 2o. Et
card. Linze lib. 2 Proem. cap. 7. et haec est inter antiquos valde 14
communis.

Tertia sent.a ait logicam artificialem esse simpliciter ne-
cessariam ad acquisitionem cujuslibet scientiae etiam quoad unum vel al-
terum actum sive in statu imperfecto et partiali sive in ratione scientiae. Ha-
bet. tuentur hanc ius selectiores thomistae. ita Soto q. 3. Proem. Ba-
varrete 2. p. contro. 1. Araujo lib. 2. Metaph. q. 3. ar. 3. Cama tract. 1.
disput. 2. dub. 9. Serna lib. 1. q. 2. Figuirre tract. 1. disp. 2. sect. 2.
et ex Societ. Quiros tract. 2. disp. 7. sect. 5. et alibique plurimi alij.

Quod tertia sen- 15
tia sit vera, probatur: et probatur multipliciter. 1o ex D. Aug. lib.
de ordine cap. 3. ubi loquens de log.a ait: Haec docet docere,
haec docet discere, sola haec scientes facere potest. Ergo si absque logica
posset acquiri vera et rigorosa scientia quamvis imperfecta, non sola
logica scientes facere potest quae propositio est contradictoria propositioni D.
Aug.i Voa pt. non eo ipso quod aliquis absque logica acquisiisset scien-
tiam unius actus Philosophiae v.g. iam denominaretur sciens absque
logica, ac proinde non sola log.a scientes facere potest. 16

Secundo probatur ex
D. Th. opusc. 7. q. ultima ubi ait: Necesse est acquirit ut in addis-
cendo incipiamus a log.a Et non sit facilior aliis scientiis quia aliae
scientiae

scientię dependent ab illa. ex qua authoritate sic efformo rationem: quia ex D. Thom. omnes scientię dependent a logica ergo non potest acquiri sine illa; tunc sic est mediante logica demonstratione generatur et acquiritur habitus scientię. ergo si non demonstratio philosophica v. g. posset fieri absque logica posset acquiri philosophicus habitus absque logica ac proinde philosophia non dependeret a logica quę propositio est contradicto propositioni Angelici Magistri.

17 Nec valet respondere haec testimonia utriusque Magistri intelligendos esse de necessitate logicę ad scientias in statu perfecto et totali quoad omnes suas partes, acquirendas = Non inquam valet hęc solutio quia uterque Magister absque restrictione et limitatione profitent necessitatem logicę ad alias scientias, et absque magno fundamento non licet eos interpretare aliasque nil firmum haberemus in illis si pro libito licet eos interpretare. tum quia ut in ratione ex illis authoritatibus a nobis efformata vidimus quod si non intelligitur de necessitate logicę etiam ad omnium partium adquisitiones falsificantur absolute illę propositiones utriusque Doctoris Mag.

18 Tertio probatur: Nec ex D. Tho. 1. Post. lect. 1. ubi loquens de logica sic ait: Ars quędam necessaria est quę sit directiva ipsius actus rationis, per quam scilicet, homo in ipso actu rationis ordinate, et faciliter, et sine errore procedat, et hęc ars est logica id est rationalis scientia: ex qua authoritate sic efformo rationem de ratione actus scientifici est procedere sine errore absque formidine, et dubietate sed logica est necessaria ut homo procedat absque errore, ut docet D. Tho. et ut etiam loquitur D. Augustinus lib. 1. contra Academicos cap. 7 ubi sic ait: de ratione scientię esse ut neque in ea quisquam errare neque quibuslibet adversantibus nutare debeat; ergo logica est simpliciter necessaria ad omnium actuum scientificorum acquisitionem. ac proinde est necessaria simpliciter ad acquirendas scientias etiam in statu imperfecto et partiali.

19 Quarto probatur: Nec ex ratione deducta ex Arist. 1. Post. cap. 2. ubi sic ait: Scire enim per causam cognoscere, et quod illius sit causa, et quod non potest res aliter sehabere: ex qua authoritate sic efformo et propono rationem a priori. ut verificetur conceptus essentialis scientię etiam in omnia

una demonstratione requisita essentialiter quod sit cognitio rei pcaq, & quod illius e caa, & quod aliter se hēre n. pot: s. hoc n. pot. verificari absq log.ca: q. log.a e simpliciter necess.a ad acquisitionem etiā unius h.lis scientifice: maior e evidens q.a uterq hic statu nequit verificari conceptus essentialis alicuius rei absq eo quod verificentur pdicata essentialia illius rei, quae pdicata n. poss alio modo cognosci nisi per diffinitionem illius rei. minor v.o pbr: q.a cognitio rei pcaq e cognitio rei deducta p illationem, s. illationis, & conseq.r cognitio unice et essentialiter dependet a logica q.o n. pot. estare cognitio rei pcaq absq log.ca. 20

Alio modo formatur ratio sive pcedens afirmata & ex pplicata. Nequit generari hitus scientificus v.g. Philosophiae, requiritur essentialiter & indispensabiliter quod sit mediante demonstratione cuius hitus scientiae definiatur in libris posterioris quod e hitus certus & evidens per demonstrationem acquisitus; s. natura demonstrationis quamediante unice generatur hitus scientificus dependet essentialiter a logica, cum demonstratio sit syllogismus faciens scire constans ex veris, certis, immediatis, prioribus, notioribus & caus. h.lis. q.o implicat quod pducatur aliqua demonstratio Philosophiae v.g. & aliquis hitus scientificus, absq logica. P 21

— V. Angelicus Preceptor loquens de certitudine essentialiter exacta ab actu scientifico qualis e demonstratio 1. Post lect. 1. sic ait: quia iudicium certum de effectibus hēri n. pot. nisi resolvendo usq ad 1.a prin.p. ideo haec pars analitica vocatur: Certitudo autem iudicii quae p resolutionem hētur s. e ex fa syllog. ad quod ordinantur libri Priorum s. ex mā & ad hoc ordinantur libri Posteriorum, ac proinde certitudo resolutiva sive quae e p demonstrationem requisita essentialiter ad generationem hitus scientifici; demonstratio essentialiter et unice fit a log.ca cum fa constitutiva demonstrationis sit secunda intentio obiectiva modi sciendi quae e obiectum per se inspectum a log.ca q.o log.a essentialiter requisita ad cuiusvis demonstrationem constitutionem. acceptione log.a e simpliciter necessaria ad acquirendam scientiam etiā in statu imperfecto.

22 Huic argumento, in quo potissimum fidit via 1a. respondes quod demonstratio sumi pot. dupliciter signate nempe, et exercite et quod licet verum sit quod demonstratio signate sumpta reduplicative ut est artificialis e. nt possit fieri absq. logica secus de demonstratione exercite sumpta, quia inquis quod absolute pot. esse quod quis solo acumine naturali sui intellectus prorumpat exercite in demonstrationem qua mediante demonstratione generabitur scientificus; quia inquit illa demonstratio prout exercite sumpta nequit ni. generare scientiam. et apponis exemplum in alia materia nempe in sanitate quae licet ut in pluribus recuperetur mediante arte medicinae hoc absolute pot. natura absque adiubamine Medicinae consequi, sic similiter licet ut in pluribus et in longeo genere scientifico demonstratio nequeat fieri absque adiuvamine logicae hoc absolute ad usum demonstrative cognoscendum presertim quando talis demonstratio constat ex premissis lumine naturali notis pot. exercite fieri solo acumine intellectus absque adiuvamine logicae.

23 Sed contra argumentaris quia hec demonstratio quocumque modo sumpta nequit ni. essentialiter dependere a logica sive ut formaliter posita, sive ut virtualiter, ut legitur in discursu huius questionis vidimus. Ratio quae fateor mihi evidens videri, e. quia demonstratio e. essentialiter artefactus artificiosus, acque inde essentialiter dependens a logica quae habet pro obiecto secundas intentiones modi sciendi quae e. unice constitutiva demonstrationis ut constat ex diffinitione demonstrationis in qua essentialiter explicantur eius predicata constitutiva. Ad ad exemplum appositum respondeo cum venia tanti Mag. cui tamen placeat quod sanitas ni. dependet essentialiter et unice a Medicina, ut ex definitione sanitatis constat, quae e. recta dispositio et temperata conformitas qualitatis animalis in qua descriptione nullus ordo ad medicinam importatur secus vero in definitione demonstrationis, ac proinde hec essentialiter dependet a logica.

24 Ut ut clarius percipiatur veritas huius solutionis, mihi videtur quod e. magna equivocatio, et quod confunditur

confunditur cognitio certa, cum cognitione demonstrativa quia licet omnis cognitio demonstrativa sit certa non tamen econtra omnis cognitio certa est demonstrativa ut patet in cognitione fidei divinae quae certior est non tamen demonstrativa; igitur imo quod cognitio illa quae ille homo sortitur ex vi acuminis sui intellectus absque logica assumptis ad illa cognoscenda principiis evidentibus lumine naturae est tamen cognitio certa experimentaliter attingens ad rationem et essentiam demonstrationis quae adverte lumine logicae et ratio est quae saepe dixi quod in illa cognitione quamvis certa non procedit servando signate regulas argumentationis et syllogismi, ergo nec demonstrationis, quia non servare regulas syllogismi est non servare regulas demonstrationis, cum sit idem quod definitum et definitio in primo modo dicendi per se praedicandi ut patet in libris Post. 25

Et initio argumentum in ipso exemplo medicinae: Poterit non poni sanitas artificialiter ut talis quin sit mediante medicinae ministerio, et hoc praecise quia ut sic explicat sanitas essentialiter ordinem ad medicinam; ergo similiter si demonstratio ex qua potest causari scientia explicat essentialiter ordinem et dependentiam a logica quae suas regulas statuit et explicat ut patet in diffinitionibus scientiae et demonstrationis, non poterit poni demonstratio absque logica. 26

Suadetur hoc ipsum ex doctrina D. Thomae 7. Metaphys. lect. 4. ubi absolute affirmat hominem inscium artis saltationis non posse artificialiter saltare, quia saltatio artificiosa indiget necessario directione artis. ergo similiter si demonstratio quae exigitur ad scientiam causandam est essentialiter quid artificiosum ut patet non scientia est habitus acquisitus per demonstrationem et demonstratio est syllogismus, infertur evidenter neminem posse pertingere solo acumine intellectus ad habendum certitudinem demonstrativam sufficientem ad scientiam causandam absque logica. 27

Dices quod necessario concedendum est quod intellectus ex se solo acumine naturali proprio absque logica faciat aliquam demonstrationem, quae vere obtineat essentiam demonstrationis.

a c[illegible]

acquirendę log.ca non erit simpliciter necessaria ad quamlibet demonstrationem assumptam probas quia ad faciendam primam demonstrationem logicę qua mediante genitus fuit habitus logicę non potuit procedere ipse habitus logicę ut pote alias procederet suam causam quod est absurdum. ac proinde illa 1.a demonstratio fuit facta absque log.ca ergo quia intellectus sestio sola collatione primorum principiorum, cum alias ex natura sua sit discursivus, formavit demonstrationem; et hoc modo videtur se gessisse Aristoteles quia antequam demonstrationem formasset tradidit regulam ad illam efformandam

28 Confirmatur procedens ratio. ergo ut docet Aristoteles 9 Metaphys. et ibi D. Thomas lect. 7. addiscentes [addiscens] operantur actiones artis sine arte. ac proinde subdit D. Thomas. Homo potest aliqualiter exire in scientię, et virtutis actum antequam habeat habitum scientię, et virtutis, quę adepto perfecte operatur. ex quibus verbis sic efficitur ratio quia 1.o stante quod sine Magistro primus actus artis, et scientię fit absque arte, et scientia. ergo 1.a demonstratio absque log.ca acquirendę non potest esse simpliciter necessaria log.ca

29 Ad hanc replicam sic insurgo. et ut clare solvatur et veritas ostendatur hic non dubitabiliter suppono tamquam omnino certum, et ab omnibus concessum, quamlibet scientiam, et quamlibet artem contineri virtualiter in suis principiis quia haec sunt velut semina omnium scientiarum, et etiam omnia principia prima sunt etiam virtualiter contenta in ipso intellectu. sive ista sua principia sint artificialia sive naturalia cum sint in natura fundata. etiam evidens est quod ipsa log.ca continetur virtualiter in suis principiis nempe in illis dici de omni, dici de nullo, ac proinde ad constructionem demonstrationis scientificę etiam concurrit ipsa log.ca ut virtualiter contenta in suis principiis, sive ut formaliter loquar principia ipsa logicę concurrunt formaliter ad primam demonstrationem quę necessario debet esse in natura logicę ut evidentiori et ut ex illa aliae demonstrationes fieri possint. igitur prima demonstratio quam intellectus ad iutum luminis principiorum formare potest. haec est omnis syllogismus constans ex premissis certis, et evidentibus generat scientiam; sed demonstratio est syllogismus constans premissis certis et evidentibus: ergo omnis demonstratio generat scientiam. in qua demonstratione

non

Quia infertur evidenter ex illo principio dici de omni, et intellectus hac demonstratione illustratus, quod sit evidens extrinsece magis et extrinsece sic intellectus semper eaque cognoscit ac propriè acquirit scientiam formaliter et ad illam iam habuit dictam saltem virtualem logicam quae neomque erat contenta in illo primo principio tamquam in semine.

Et ex hac doctrina facile habet solutionem replica facta quod 1ª demonstratio logices facta in materia logices potest fieri solum supposita logica virtuali in suo principio, et ad 1am demonstrationem cuiuslibet alterius scientiae non sufficit solum antecedentia virtualis ipsius habitus logices; et ratio huius potest desumi ex illo communi axiomate quod est ratio alicuius est ratio sui. quia cum logica sit ratio formalis faciendi demonstrationem aliarum scientiarum debet esse ratio formalis ad faciendas demonstrationes in propria materia, taliter quod ad 1am solum procedat ipsa logica in suo principio et in semine, et ad alias procedat formaliter. 30

Et confirmatur solutio sic ex quod accidit in actibus moralibus quod eodem modo se habet logica ad omnes actus intellectuales ut scientifici sint, ac se habet Prudentia respectu actuum virtutum moralium ut honesti fiant; et quia nullus actus solo accumine, sagacitate, et vivacitate intellectus potest esse honestus moraliter absque Prudentia ut docet D. Thomas 1.2 q. 57 art. 5 et Arist. 6 Eticorum cap. 5 vel etiam saltem prior actus etiam ut honeste fiat exigit saltem prudentiam virtualiter ut docet Arist. 7 Eticorum cap. 10. ergo similiter nullus actus potest evadere scientificus absque logica saltem virtuali. 31

Ad confirmationem 32 in qua potissimum fidunt adversarij respondeo potius ex illo testimonio potest nostra sententia solidari, nam ut erudite demonstrat noster V. P. M. Aquinas tract. 1 log. disp. 2 sect. 4 n. 39 illud testimonium est argumentum cuiusdam Sophistae quod argumentis sic efformat Sophista apud Arist. et D. Thomas loco supra citato. Qui enim discit citharizare, citharizando discit citharizare. Similiter etiam alij discentes, at discens artem, ergo qui non dum habet artem, et scientiam facit actus scientificos et artis. hoc est argumentum quod ut inquit peritus ss M. etiam Magister appellat sophistica argumentationem. Et postea subdit D. Thomas ad responsionem sophismatis: in ipsa ratione naturali praeexistunt quaedam semina

et principia scientiarum et virtutum virtute quorum potest homo aliqualiter exire in scientiis, et virtutis actus, acquireque beatissimum scientiis et virtutis, quo adepto operatur perfecte, prius autem imperfecte.
Ad 2.um quem modum dicendi respondimus ampliore antecedenter factus ac proinde constabit quod non est solutio voluntaria sed difformis Angelico Magistro.

33 Quinto alia ratione probatur maior Lo. quia ad hoc ut sit cognitio scientifica alicuius Lis requiritur essentialiter quod cognoscatur Bonitas consequentiae, sed Bonitas consequentiae non potest cognosci absque logica ergo est necessaria logica ad cognitionem scientificam cuiuslibet Lis. maior est evidens quia in hoc distinguitur cognitio scientifica ab non scientifica quia haec non includit cognitionem Bonitatis sequelae secus vero illa. minor etiam videtur certa quia Bonitas sequelae vel est passio ipsius sequelae ut plures tenent vel est ipsa essentia sequelae sed si est passio ipsius sequelae solum est demonstrabilis a logica et si est de essentia ipsius sequelae solum etiam potest cognosci a logica cum sola logica regulas et praecepta sequelae tradat sive ut cognoscatur per definitionem sive per argumentationem ergo ex priori ad ultimum est necessaria logica ad hoc ut detur cognitio scientifica cuiuslibet scientiae.

34 Nec valet dicere quod sive bonitas sequelae sit passio sequelae demonstrabilis a logica sive sit de essentia ipsius sequelae tamen potest a solo intellectu cognosci absque logica quia est quid evidenter connexum cum primis principiis.

35 Non inquam id valet quia iam diximus quod bonitas sequelae necessario debet cognosci ab intellectu vel adiuto habitu logicae sive insufficienter existente sive ut virtualiter contento in primis principiis tanquam in semine.

36 Sexto et ultimo probatur Lo. ratione meo videri efficaci, et praecipue ex Dominicus Simce qui cum Doiri Thomistis asserit lib. 1. log. q. 1. ar. 4. logicam effective concurrere ad artificiosam cuiuslibet artefacti logicalis structionem, quam Lem etiam quaestione praecedenti et nos ampleximus. ex hoc principio sic efformo rationem implicat in terminis quod aliquis effectus ponatur et effective producatur mediante sola activitate causae intra cuius sphaeram non continetur; sed artificiosa structio demonstrationis quae essentialiter

liter exigitur ad cuiuslibet actus scientifici positionem vel. obtinetur intra sphaeram, et activitatem solius intellectus, vel alterius actus speculativi diversi ab habitu logicae; ergo implicat quod demonstratio vel quodlibet artefactum logicale ponatur absque habitu logicae, ac proinde logica erit simpliciter necessaria ad acquisitionem cuiuslibet actus scientifici. haec ultima conclusio ex prima, et prima ex praemissis infertur, maior videtur evidens quia implicat quod effectus ponatur absque concursu suae causae efficientis a qua essentialiter dependet, et minor conceditur a Thomistis qui nobiscum sentiunt logicam posse concursum effectivum ad positionem cuiuslibet actus scientifici et praecipue conceditur a Lince loco citato. ergo si causa intra cuius activitatem unice obtinetur productio demonstrationis vel cuiuslibet artefacti logicalis est sola logica, implicabit quod ponatur scientia etiam unius conclusionis absque logica. 37

Si dices quod dependentia quam actus scientificus Physylosophiae v.g. habet a logica ad artificiosam productionem sui est similis dependentiae quam ipse actus habet ab habitu Physylosophiae ad productionem suae substantiae; sed ex terminis absolute potest poni et produci actus scientificus Physylosophiae quo ad substantiam absque habitu Physylosophiae, ut patet in primo actu qui absolute ponitur absque habitu Physylosophiae, ergo similiter poterit aliquis actus scientificus poni absque habitu logicae. 38

Sed contra argumentor sic. quia ut n. 29 vidimus quilibet habitus scientificus obtinetur in primis principiis veluti in semine, ac proinde id quod ibi diximus ad solutionem similis argumenti nunc respondeo, nego consequentiam, quia habitus Physylosophiae etiam obtinetur in primis principiis ille habitus ut sic virtualiter obtentus concurrit ad productionem substantiae primi actus, ac proinde idem contingit in productione cuiuslibet actus scientifici ut talis nempe ut artefacti ad cuius productionem concurrit necessario habitus logicae vel etiam ad illum saltim qui est virtualiter obtentus in suis principiis. 39

Obiicies argumentum validum praecipue apud Domin. Lince in hac q. n. 18. quia magis dependet actus scientificus a cognitione principiorum ex quibus deducitur, quam ab habitu logicae; sed potest stare actus scientificus

absq existentia cognitionis principiorum ex qq deducitur; ergo potiori titulo absq logica maior videtur certa et probatur: insuper probanda postea minor. quia quilibet actus scientificus dependet a cognitione principiorum ex qq deducitur intrinsece cum dependeat quoad substantiam, et a logica solum dependet extrinsece, cum solum sit dependentia ab instrumento directivo illiusmodi artificiosi. ergo magis dependet actus scientificus a cognitione principiorum quam a logica probatur: quia min. quia in sententia probabilissima fere omnium thomistarum, quam etiam nos tenemus in posterioribus potest existere scientia subalternata in absentia scientiae subalternantis; sed tunc casus actus scientiae subalternatae sunt scientifici, et tamen existunt absq cognitione principiorum scientiae subalternantis a qq dependent. ergo existit actus scientificus absq cognitione principiorum a qq dependet.

90 Sed 2o argumentor sic. et primo insto argumentis 2o ipsius arguentis; quia in sententia ipsius logica est simpliciter necessaria ad acquirendas scientias in statu perfecto et totali, tunc sic argumentor in illa sententia probabili in qua conceditur scientia subalternata potest existere in homine non habente scientiam subalternantem verificatur quod existat scientia subalternata perfecte et integre fere quoad omnes suas partes absq subalternante, ergo similiter poterit acquiri aliqua scientia in statu perfecto absq logica quia si maiorem dependentiam dicit scientia subalternata a suis principiis quam quaelibet scientia a logica et tamen absq cognitione principiorum potest existere perfecte scientia subalternata, similiter absq logica poterit existere perfecte alia scientia quod et arguens renuit concedere.

91 Deinde respondeo quod licet verum sit quod scientia subalternata possit existere absq subalternante ut patet in nostra theologia quae existit in viatoribus absq coniunctione cum scientia beata cui subalternatur tamen scientia subalternata non potest existere absq cognitione certa et infallibili principiorum a qq proxime dependet, et cum parte solum dependeat a cognitione illorum scientiae subalternantis inde est.

inde e quod solum exigat cognitionem certam Et eius scientiae subalternandis, non vero exigit cognitionem principiorum scientiae subalternantis quoniam ab illis non dependet proxime, sed tantum remote et radicaliter. Verum cum quaelibet scientia proxime dependeat a logica, tamquam a causa vere directiva artificii scientifici inde e. quod logica est simpliciter necessaria ad existentiam cuiuslibet actus scientifici. 42

Secundo oppones quod Logica artificialis tantum deservit ad productionem actus scientifici ut habitus, sed habitus ut distinguitur a potentia naturali non requiritur essentialiter ad simpliciter operandum Sed tantum ad faciliter et delectabiliter, sive tantum quid operandum: ergo logica non e simpliciter necessaria. 43

Respondetur

Ut habitus artificialis logicae non sit simpliciter necessarius ad ponendum actum scientificum aliarum scientiarum quoad substantiam requiritur ad illum ponendum quoad modum sicut etiam requiritur habitus aliarum scientiarum etiam si sint habitus ad ponendum actum scientificum reduplicative ut proxime ipsorum, v. gratia Philosophicum vel Metaphisicum. ac proinde dico quod potentia naturalis nempe intellectum solum potest ponere actum ut e cognitio et intellectio non vero ut scientificus e. quia ad hoc indiget essentialiter tum habitu scientifico philosophiae v.g. si e. actum scientificum Philosophiae. tum logicae ut ponatur ut illatum, sive alio modo dispositum artificioso modo. 44

Dices quod ad hoc sufficit acumen naturale intellectum qui cum sit discursivum ipse potest absque logica collocare et disponere illationem. 45

Sed contra quia ad hoc iam diximus quod intellectum absque logica tantum potest discurrere et siccumus naturaliter, sive non scientifice; at vero scientifice, et artificioso modo non potest cum hoc ut ex dictis satis distat solum possit praestari a logica quae e directiva artificioso modo operationum intellectum. ut docet D. Tho. 2. Metaph. lect ultima. et 1. post. lect. 2. 46

Ex dictis inferes logicam necessariam ad acquirendam

sit prius quam aliae scientiae, quod fit ex necessitate quam aliae
scientiae habent ab eo; siquidem non possunt acquiri sine illo.

47 Nec valet dicere quod obiectum logicae ut est ens rationis cum non sit prius cognoscibile, sed ad similitudinem entis realis, non debet prius cognosci scientifice, quam ens reale.

48 Non inquam id valet quia ens rationis ut scientifice cognoscatur sufficit quod supponat cognitionem alicuius entis realis ad cuius similitudinem fingat et cognoscat ens rationis.

49 Nec item valet dicere quod ens rationis est difficilioris cognitionis ac proinde non videtur quod ab illius cognitione non incipiamus cum a facilioribus sit incipiendum.

50 Non inquam hoc valet quia licet demus quod ens rationis sit difficilioris cognitionis, hoc non obstante debemus ab illo incipere ob necessitatem quam habent scientiae ab eo, ut ordinem ex D. Tho. opus. c. 7. q. ultima necessitas requirit ut in addiscendo incipiamus ab eo. Et non sit facilior aliis scientiis quia aliae scientiae dependent ab illa; nec quia possumus dicere quod ens rationis solum existens magis est difficilioris cognitionis cum sit a rebus abstrahens, ceterum existens ipsa est facilioris cognitionis cum ipsa quae reddit cognoscibile sit ipsa modus sciendi obiectivi; et haec sufficiant de quaestionibus proemialibus circa 1. lib.



LIBER SECUNDUS.
DE ENTE RATIONIS.

Aristotelis praecepto 1. Physic. cap. 3. et tex. 2. obtemperando ubi ubi ex universalioribus ad minus universalia procedere in scientifica cognitione oportere docet, ante quam specialiter de secundis intentionibus Logicalibus disquiramus, ideo prius de ente rationis ut de universaliori praedicato instituimus tractatum. Et si ad Metaphysicam expectet de ente rationis tractare, sicut de suo obiecto minus principali, et secundario, tamen quoniam non potest haberi perfecta notitia de universalibus, et praedicabilibus de quibus logica praesertim agit absque cognitione quidditatis entis rationis ideo operae pretium duximus aliquas quaestiones de ente rationis praemittere ut postea universalia, et praedicabilia facile percipiantur. Quod sit.

QUAESTIO 1.

De existentia, et quidditate entis rationis; unde an sit, et quid sit, explicatur.

Nullum ens rationis existere affirmat aliquorum Philosophorum opinio, sic enim sentit Franciscus Mairon in quodlib. q. 7. et Valles insignis Complutensis Medicus q. 10 Philosophiae, alii quoque recentiores qui citati inveniuntur apud Complutenses disp. 2. q. 1. cui subscribere videtur Ricardus Linceus ex Societate in Salmantina academia laureatus 2 Metaph. tract. 1. cap. 1. qui asserit quod ens rationis non consistit in quodam esse ficto, sed in extremis realibus male unitis ut puta cum dico mons est aureus quod dicit esse ens rationis constans ex reali natura montis, et ex reali natura auri, male unitis. Et cum alias asserat extrema entis rationis quae illud componunt esse aliquid reale infertur non distinxisse ens rationis ab ente reali.

2 Cæterum s[ente]n[tia] affirmans dari ens ra[ti]onis longe probabilior ē et est fere om[n]ium Philosophorum Doctorum. q[uo]s tradunt Arist. & D. Tho. sit ergo Concl[usi]o. Probatur 1.° ex Arist. 4. Metaph. tex. 13. & 19. & 6. Metaph. tex. 8. & alibi. & ex D. Tho. qui 1. p. q. 13 ar. 3. sic ait: ens rationis ē illud, quodcumque in re non sit ens, est tamen cognoscibile ~~ab intellectu~~ obiective, ac si esset ens. & q. 28. ar. 2. sic ait Aliquando respectus significatus per ea quæ dicuntur ad aliquid ē tantum in ipsa apprehensione rationis conferentis unum alteri, & tunc ē relatio rationis, sicut cum ratio comparat hominem ad animal, ut speciem ad genus. tenet etiam hanc s[ente]n[tia]m Subtilis Doctor in 1. dist. 39. & in 4. dist. 1. q. 2.

3 2.° ratione probatur: quia ens rationis ē illud quod contradistinguitur ab ente reali & habet esse obiective tantum in intellectu. sed plura sunt quæ solum habent esse obiective in intellectu ergo plura dantur entia rationis. maior ex dicendis constabit. & minor probatur quia intellectus concipit plura quæ nullum esse reale habent ut sunt v.g. carentia visus in lapide, ut si revera esset quid lapidis intrinseca, & ipsam carentiam in homine ceco. Cognoscit etiam distinctionem ac proinde fingit relationem inter extrema quæ nec distinguuntur nec relativa dicuntur. ut inter attributa divina & inter gradus Metaphysicos v.g. inter animal. & rationale ergo talia obiecta habent solum esse obiective in intellectu ac proinde sunt entia rationis.

4. Sed dices quod quando quis concipit chimeram, si daretur ens rationis, tunc illud efformaretur. sed sic ē quod quando quis concipit chimeram nullum datur ens rationis; ergo absolute nullum datur ens rationis maior ē evidens quia chimera ē ens rationis si verum ē quod datur ens rationis. min. vero probatur: quia quando quis concipit chimeram solum concipit entia realia, ergo non facit ens rationis. ant. probatur: quia quis v.g. concipit hanc chimeram ~~ut~~ v.g. hircus ē cervus, vel mons ē aureus, solum concipit naturam hirci, & naturam cervi, & unionem, vel naturam montis, & naturam auri, & unionem, sed totum ē aliquid reale ergo solum concipitur aliquid reale maior ē evidens cum non sit aliud præter enumeratum, quod vero illud totum sit aliquid reale probatur quia

impossibilis

imprimis hirci naa, et cervi naa, quid reale sit, cum rebus realibus conveniant; aliàs etiam unio quid reale est, ergo totum est reale. Loquitur ergo
est 2ae probationis: quia unio quae mediante unionem est actus intellectus
quo affirmando unitae illae naturae quod actus intellectus est quid
reale est, ergo totum est aliquid reale; et idem ostendi potest in ascia
affirmando privationes, negationes, et relationes rationis esse cognitioni
rationis, cum nihil aliud sit quam extrema connexa et unita. 5

Secundo probatur sic quia
quando quis concipit chimeram v.g. unum ex dictis, seu quando quis cognoscit
aliquod ens rationis, revera in tali cognitione cognoscit aliquid
quod non est, et quod est impossibile quod sit ut si esset, accipiendo tunc
facit ens rationis, quod sic suadetur quia quando quis concipit v.g.
hircocervum, seu montem aureum, non quomodocumque concipit naturam hirci
et naturam cervi, sive naturam montis, et naturam auri, sed concipit illas
naturas ut unitas, et ut unitae sive ut si essent, non ut quid reale sed
quid fictum impossibile existere potest sic accipiendo, sic habent esse objective in intellectu. Dicere quod unio illa est actus intellectus
non sufficit nec verum probat quia unio illa etsi effective producatur ab intellectu mediante uno suo actu, non tamen unio illa objective sumpta est actus intellectus sed potius est quid objectum, efformatum
et productum ab intellectu. 6

Sed iterum dices. quod omne cognoscibile ante
quam actu exercite cognoscatur debet esse prius in actu proximo cognoscibile, cum omnis actus primus praecedere debeat actum secundum; sed
illud quod nos ens rationis vocamus non est cognoscibile ante
quam actu ab intellectu cognoscatur, ut patet, cum solum sit dum actu ab
intellectu cognoscitur, licet omne quod est cognoscibile, ut sit cognoscibile requiritur quod sit, cum cognoscibilitas sit passio entitatis, et passio dicat supponere essentiam; ergo non datur tale ens rationis. 7

Huic instantiae

Respondeo Complutenses respondent negando maiorem dicunt enim quod non
est necessarium quod omne quod cognoscitur requiritur quod prius sit cognoscibile antequam actu intelligatur si essentia illius rei consistit
in actu cognosci, nam quoties actus est de essentia rei non requiritur
immo implicat quod supponatur essentia ad actum, et instant in Deo

in qua cum suum existere sit suum esse non requirit quod supponatur sua existentia ut in potentia cognoscibilis;

8 Sed et solutio haec probabilitate non careat, respondeo illam sic instruendo quia esse illud quod contingenter existit non habet essentialiter suam existentiam, sed esse cui non est essentialiter praedicatum existentia potest ante quam existat existere sive est in potentia ad existendum, sed sumere sic: sed ens rationis non essentialiter existit sed contingenter ergo potest non existere, ergo cum existentia consistat in actu cognosci antequam actu cognoscatur debet esse cognoscibile in potentia.

9 Vel aliter ad argumentum respondeo quod ens rationis antequam actu cognoscatur etiam est in potentia cognoscibile hoc est habet sua praedicata essentialia possibiliter connexa, connexio nempe suorum praedicatorum essentialium inter se quae connexio licet exercite non sit nisi dum actu cognoscitur est tamen ante possibiliter et signate, et hoc est sufficiens ad hoc ut quando actu cognoscitur, dicatur et verificetur quod antea erat cognoscibile.

10 Dices iterum quod nihil potest cognosci ab intellectu quod prius non fuerit in sensu iuxta illud axioma, omnis nostra cognitio ortum habet a sensu; sed ens rationis quale a nobis ponitur numquam fuit in sensu ergo neque in intellectu.

11 Sed ad hoc facile respondetur instando primo in substantia materiali quae abstractive cognoscitur ab intellectu illuminato lumine Metaphysicae, et tamen substantia non fuit in sensu cum substantia non sit sensibilis. Vel respondeo quod ad hoc aliquid possit cognosci ab intellectu sufficit quod vel per species proprias vel per alienas esset in sensu, vel cum ens rationis iam fuisset in sensu mediante specie entis realis hoc sufficit ut possit cognosci ab intellectu.

12 Dices iterum quod actus intellectus cum sit actus et qualitas realis nequit non habere pro termino aliquid reale ergo cum intellectus solum possit aliquid efficere mediis suis actibus sibi similibus scilicet aliquid reale sive qualitates reales, omnes actus per illos exit aliquid reale ac proinde non dabitur ens rationis per illos productum.

13. Sed respondeo

S.a q. quia licet actus intellectus sit actio et qualitas realis non
exinde sequitur quod non possit habere aliquem effectum rationis, et ratio est
quia qualitas realis potest pro termino secundario aliquid rationis, sicut et qua-
litas positiva potest pro termino secundario habere terminum negativum ut patet
in generatione substantiali quae est actio et qualitas realis, et positiva
et tamen pro termino secundario habet expulsionem formae substantialis oppositae et
qualitates reales ex vi sui conceptus tantum exigunt habere terminum primarium
reale et positivum non vero terminum secundarium, cum ex eis ormentur actio solum
debeat esse cum termino primario, ac proinde actus intellectus potest pro ter-
mino secundario habere ens rationis, cum eius terminus primarius sit aliquid
reale eius nempe species expressa sive verbum internum productum. 14

Alia ratione pro-
batur nostra conclusio quia quid quia ab intellectu cognoscitur debet ne-
cessario esse ens; sed plura cognoscit intellectus, quae non solum non sunt aliquid
reale, sed quod repugnat quod realiter existant, ergo a fortiori de-
bent esse entia rationis; ac proinde evidens debet esse quod datur
ens rationis. haec 2.a ratio ex 1.o evidenter infertur. et prima ex prae-
missis manifeste deducitur, probantur et explicantur praemissae, et in primis
maior est evidens quia cum obiectum intellectus sit ens, nulla potentia possit
extendi ad attingendum aliquid in quo non resplendeat ratio sui obiecti, se-
quitur quod omne quod intellectus cognoscit habeat necessario rationem entis.
minor ergo principalis syllogismi probatur quia intellectus cognoscit relationem
inter praedicata metaphisicas omnis, v.g. et cum relatio debeat esse inter
extrema distincta sequitur quod cognoscat distinctionem inter illa extre-
ma, sed illa extrema neque realiter distinguuntur neque habent relationem realem
ergo sequitur quod illa relatio et distinctio, sit distinctio et relatio rationis.
similiter est in cognitione qua intellectus cognoscit privationem et negatio-
nem, et chimeram; quae omnia non solum non sunt entia realia sed et implicat
quod sint entia realia, ergo a fortiori sunt aliquid rationis. 15

Sit secunda conclusio:
ens rationis est quod solum habet esse obiective in intellectu.* haec conclusio
explicamus secundum quod in titulo proponimus. ut haec conclusio expli-
cetur supponendum est quod res tripliciter possunt denominari entia ra-
onis, nempe effective id est quia fiunt efficienter ab intellectu, et
hoc modo actus reales intellectus, nempe intellectiones possunt dici en-
tia rationis, in quo sensu non loquimur de ente rationis hoc modo sumpto

*vel in alia pon. st quia rindamus struum habere siafaciat ens rationis.

q. hoc modo sumpto e quid reale & verum; secundo possunt aliquae res denominari entia rationis subiective, q. si nempe inhesive in intellectu, & hoc modo ipsi actus intellectivi, situs intellectuales, & species intelligibiles possunt dici entia rationis siquidem omnia illa intrinsece recipiuntur in intellectu, ipsique inhaerent & etiam hoc modo non loquimur de ente rationis. tertio modo possunt res denominari entia rationis nempe obiective, id est quia sunt obiectum inspectum & attactum cognoscitive ab intellectu. & hoc modo, obiective nempe, adhuc dupliciter 1º taliter quod res illa praeter illud esse obiective quod habet in intellectu habeat suum esse reale saltem possibile. ut petrus cognitus ut existens vel ut possibilis qui licet habeat esse obiective in intellectu tamen praeter illud esse obiectivum habet suum esse reale vel existententialiter vel possibiliter. 2º taliter quod illa res non habeat aliud esse, neque possibiliter vel alio modo nisi illud e obiectivum ut v.g. relatio inter genus et differentiam q. cognoscitur ab intellectu non habet aliud esse nisi illud esse obiectivum quod habet in intellectu. quando ergo dicimus quod e rationis est quod solum habet esse obiective in intellectu loquimur de esse obiectivo hoc 2º modo sumpto. hoc ergo ut certo supposito probatur conclusio.

16 Primo ex D. Th. opusc. 42 ~~...~~ ~~...~~ ubi loquens de ente rationis ait quod habet esse solum obiective in intellectu fingente quod non e per intellectum ac si esset: tum opusc. 52. ubi sic ait tunc fit ens rationis quando intellectus nititur apprehendere quod non e, et ideo fingit illud ac si esset ens sive ut loquitur 1. p. q. 16. ar. 3. ubi ait ens rationis dicitur quod cum in re nihil ponat, et in se non sit ens, formatur tamen sive accipitur ut ens in ratione.

17. Ratione probatur nostra conclusio. quia illud debet esse constitutivum entis rationis per quod ens rationis distinguitur ab ente reali, & a puro nihilo: sed per hoc quod e habere esse solum obiective in intellectu. q. distinguitur ens rationis ab ente reali, et a puro nihilo; ergo illud e constitutivum entis rationis. maior e evidens, fundatur non in illo vulgari axiomate asserente idem esse constitutivum et distinctivum, cuiuslibet rei; probatur ergo minor quia imprimis distinguitur ab ente reali cum ens reale habeat suum esse praeter esse obiectivum, alias etiam distinguitur a nihilo.

a nihilo; quod sic suadeo quia nihilum non habet neque esse obiectivum, quo distinguitur ens rationis per illud esse tamquam obiectivum ab ente reali, et nihilo quod est suum constitutivum cum idem sit constitutivum et distinctivum. 18

Confirmatur et explicatur magis praecedens ratio quia ens rationis cum sit quoddam medium seu quasi medium inter ens reale, et nihil debet habere essentiam mediam in tertium quod sed per praedictam definitionem explicatur praedicta essentia quia in dicta definitione stat suum constitutivum probatur minor quia in primis deficit a realitate entis quia solum habet esse obiectivum cum ens reale habeat suum esse reale praeter esse obiectivum. aliunde in eodem esse obiectivo superat nihilum, cum nihilum nihil sit. ergo in praedicta definitione consistit essentia entis rationis. 19

Secundo dices quod in definitione cuiuslibet rei cum sit ad explicandum suum esse, nequit ingredi aliquod praedicatum accidentale; sed in praedicta definitione entis rationis ingreditur unum praedicatum accidentaliter illi conveniens ergo non est bona definitio. maior est evidens quia cum praedicatum accidentale accidentali cum contingenter conveniat essentiae supponit essentiam constitutam; et minor probatur quia in praedicta definitione ingreditur existentia entis rationis; sed existentia est praedicatum accidentale cuiuslibet essentiae creatae solum namque est praedicatum essentiale Dei cuius suum esse est suum existere. ergo explicatur aliquod praedicatum accidentale. maior patet quia definitur in ordine ad intellectum in quo habet ens rationis suum existere. 19

Confirmatur et urgetur amplius quia in definition entis realis non ponitur neque ingreditur existentia ens namque reale ut ex Metaphysica constat est quod aptum ad existendum, in qua definitione non ponitur existententia entis realis exercite, sicuti ponitur in definitione entis rationis. 20

Secundo argumentor sic quia ratio formalis constitutiva entis rationis, et essentia entis rationis potest sumi dupliciter secundum se nempe et secundum sua praedicata essentialia, sive reduplicative ut existens si sumitur primo modo ut revera debet sumi praecedit operationem intellectus cum, antequam intellectus fingat innovate quam esset aliquis intellectus creatus, sit ens rationis sive possibilis.

V in hac acceptione ens rationis non includit actualem existentiam sed solum ordinem ad illam, atque inde est ens rationis quod solum habet esse, id est quod solum potest existere objective, in qua definitione non includitur existentia exercita sed ut signata.

21 Et per hoc patet ad definitionem quae commode, quo ens reale in sua definitione claudit existentiam, non quia signate claudit, sed solum ens rationis in sua definitione sua existentia. Et instatur in actu vitali, qui definitur per esse ab intrinseco, nam ly esse ab intrinseco solum intelligitur exactive, id est quod sic est exigit esse ab intrinseco.

§. II.

22 Cum varia sint Authorum placita circa essentiam entis rationis, et inde quae diversis nitantur fundamentis, ut cum claritate procedamus placuit hoc paragrapho plura instituere, et eorum fundamenta proponamus, simulque brevitate qua poterimus diluamus.

23 Sit primum argumentum Doctoris magni secundum Doctores in favorem sententiae asserentis ens rationis consistere in denominatione extrinseca, quia ens rationis debet consistere in entitate non reali. Sed denominatio extrinseca qua v.g. Petrus denominatur cognitus non est aliquid reale, ergo in illa consistit ens rationis. Minor probatur: quia esse cognitum quo Petrus denominatur cognitus est quid significatum per modum formae afficientis et informantis Petrum ut subjectum; sed re vera Petrus nulla forma denominante est informatus, ergo illa denominatio non est quid reale atque inde est aliquid rationis.

24 Respondetur Doctores quod illa denominatio est quid reale extrinsecum, atque inde in illa non potest consistere ens rationis, et quod sit quid reale extrinsecum probatur: quia imprimis existit independenter ab intellectu fingente, ergo est quid reale. Item quia in illa denominatione solum importatur entitas Petri, actus intellectus quo cognoscitur et applicatio illius actus intellectus supra entitatem Petri, sed totum hoc est aliquid reale, ergo illa denominatio est aliquid reale.

25 Si dices quod applicatio illius actus intellectus supra entitatem Petri, in qua applicatione formaliter consistit denominatio, est quid rationis, ergo denominatio

minatio est quid rationis; ergo probo: quia illa applicatio est informatio quaedam; sed non est informatio realis, ergo rationis. 26

Respondeo distinguo quia sicut duplex possumus dare, et de facto dicantur duplices denominationes ita est distinguendus duplex modus informationis. Est namque unum genus denominationis quae dicitur denominatio intrinseca et per hanc debet praebere aliqua intrinsece intrinsece informante. aliud genus denominationis est denominationis extrinsecae et ista haec non denominat nisi extrinsece sic non requiritur quod informet intrinsece, sed quod assistat extrinsece, verbi gratia ut entitas denominetur extrinsece cognita sufficit quod extrinsece assistat forma denominans nempe actus intellectus cognoscens. 27

Sed replicabis illa denominatio neque est substantia vel accidens, ergo non est aliquid reale quia ens reale adaequate dividitur per substantiam vel accidens; ergo est aliquid rationis. 28

Respondeo quia imprimis possumus respondere quod verum est quod illa denominatio non est substantia vel accidens, et non obstante affirmare quod illa denominatio est quid reale quia divisio entis in substantiam et accidens est divisio entis intrinseci non extrinseci. et isto iure rebus moralibus quae sunt quid reali, et non sunt substantia vel accidens ut patet in moneta quae ex eo quod habeat plus nominis de valore et precio non mutat ex inde aliquid substantiale vel accidentale acquirit, et isto etiam in denominatione quam Deus in tempore dicitur denominatus Dominus et creator, et alias constat quod Deo non adquisitum est aliquid substantiale vel accidentale de novo. 29

Secundo respondeo quod cum illa denominatio fiat ex subiecto denominato et ex forma denominante, potest dici quod est eiusdem naturae ac subiectum et forma denominans vel subiectum ex substantia: si subiectum denominans est substantia, et ex parte formae est accidens, vel erit sibi subiectum est quid accidentale physice ex parte formae et quid accidentale logice ex parte subiecti, subiecto etiam si sit subiectum substantia accidat logice praedicabiliter quod denominetur. 30

Si iterum replicabis quod constat quod subiectum denominatum sit aliquid reale, et forma denominans sit etiam aliquid reale

Atqui denominatio sit aliquid rationis; ergo solutio nulla; antecedens probatur: stat quod aliquod deflatum compositum constet ex partibus incorruptibilibus, et tamen quod illud compositum absolute sit corruptibile; ergo similiter stabit quod subiectum denominatum, et forma denominans sit aliquid reale et tamen quod denominatio sit aliquid rationis.

31 Solutio negando paritatem non tenet quia in homine quod est compositum corruptibile constans ex partibus incorruptibilibus, ut absolute dicatur corruptibile sufficit quod unio sit corruptibilis, et cum unio sit corruptibilis inde est quod homo sit corruptibilis: in denominatione autem tam subiectum denominatum quam forma denominans et ipsa unio sit aliquid reale ac proinde denominatio non potest esse aliquid rationis.

32. Sit secundum argumentum contra nostram conclusionem in favorem sententiae asserentis ens rationis consistere in ente reali impossibili conceptum ut possibile, id est e contra consistere in ente reali possibili conceptum ut impossibile. Et sic efformatur quod ens reale impossibile conceptum ut possibile non ens reale; ergo est ens rationis; antecedens probatur: quia ens reale possibile, id est possibile reale impossibilitate conceptum non existunt realiter ergo sunt aliquid rationis.

33 Solutio argumentum nullam habet difficultatem solvendo equivocationem quam patitur quoad v.g. quando in praedicatis Metaphisicis hominis v.g. inter animal rationale concipimus relationem generis, et differentiae non concipimus ut possibiles illas relationes alias iudicium quo id concipimus esset falsum, quod iudicium falsum non est et quod esset falsum illud iudicium sic suadeo quia falsum affirmare impossibile est possibile, id est e contra possibile est impossibile. ergo nec dicamus quod iudicium quo affirmamus animal refertur ad rationale est falsum debemus dicere quod in illo non consistit ens rationis. Solutio per hoc patet equivocatio argumenti: verum enim est quod impossibile non existit et quod possibile impossibilitate non existit Sed tamen non ex inde sequitur quod sint entia rationis nam non omne quod existere nequit est ens rationis. Vel dicendum ad argumentum in forma distinguo consequens ens non est reale impossibile nego, non est ens reale possibile concedo. ad probationem concesso antecedente nego consequentiam ob rationem dictam.

34. Tertio arguitur contra nostram conclusionem in favorem sententiae asserentis ens rationis consistere in aggregato entium realium impossibilium et est fundamentum P. Lince salmanticensi ex societate. quod ens reale compositum potest

coalescere

Coalescere ex partibus simplicibus, et ens reale generabile ex partibus ingenerabilibus; ergo similiter ens rationis poterit resultare ex 35
extremis realibus rationale unitis.

S. nego Cons. et do disparitatem. quoniam
natura entis compositi non dicit oppositionem cum partibus simplicibus immo illas
exigit essentialiter cum compositum nil aliud sit nisi distinctorum unitum
unde compositio est distinctorum unio vel cum partes simplices distinguantur
debent quod requisita ut unitae compositionem faciant. similiter aliud
exemplum ut absolute dicatur generabile et corruptibile, scilicet hoc
solum requiritur quod unio sit generabilis, et corruptibilis: at vero
ens rationis dicit essentialem oppositionem cum ente reali ac proinde
nequit ex partibus realibus resultare. 36

Dices quod licet partes
seorsim sumptae sint realiter existentes ut puta partes huius
Chimerae hircus cervus etc. tamen ut unitae vel ut identificatae non existunt
ac proinde ut sic est aliquid rationis, et rationem assignans quoniam illae partes
ut unitae importarent formaliter actum intellectus applicantis illas. 37

S. quoniam quoniam vel
hic modus dicendi vult quod partes illae perseverant aliquid reale
est siquidem est ipsa natura hirci, et ipsa natura cervi ingredientia
componendum ens rationis; vel solum vult hic dicendi modus quod quod
unio vel identitas inter illas conceptas sit ens rationis. si vult hoc
secundum vult nunc unquam quae asserit unionem illam vel identitatem cum non
habeat aliud esse praeter esse obiectivum in intellectu fingente illam esse ens rationis. Si vult primum, hoc dicimus esse impossibile quoniam ens rationis nequit habere partes reales ex quibus conflatur. et revera
sentit illa ss. quoniam illud primum ac proinde illam improbamus. ergo
similiter reiicimus quod asserit ens rationis illud importare
formali actum intellectus applicantis, et unientis illas naturas. et
ratio est quoniam licet actus intellectus requiratur ad ens rationis requiritur
solum ut causa vel realitas non vero ens rationis consistit formaliter in illo
actu intellectus. Ut licet creatura requirat actionem Dei, sui creativi
unde tamen creatura non consistit formaliter in actione Dei, quoniam actio
Dei est aeterna et increata. Similiter ergo ens rationis exigit actum
intellectus, sed tamen non consistit in illo quoniam actus intellectus est quid reale
secus vero ens rationis.

38 Contra 1.am Concl. in qua diximus dari entia rationis argum.ta quae possi occurri facile solut. habent ex dictis, et praeter ea quae interius probanda proponimus, et dilui mus arguitur ex Phil. 1. Post. cap. 2. ubi sic ait: *Quod non est non scitur* ex quo sic argumentaris quod nullum habet esse non est cognoscibile, sed ens rationis in se nullum habet esse; ergo non est cognoscibile, sed quod non est cognoscibile non datur: ergo non datur ens rationis.

39 Resp. 1.o quod ut eleganter S. Aquinas Philosopho in dicto loco solum docet propositionem obiectivam falsam non posse scientifice demonstrari quod sit vera. Ens autem verò rationis bene potest affirmari, et scientifice demonstrari quod sit, non realiter sed fictitie. Resp.do ad arg. in forma quo nobis opponi potest respondetur disting.do maiorem quod non est non est cognoscibile, si non est neque subiective in se, neque obiective in intellectu non est cognoscibile concedo maiorem; quod non est subiective in se, at vero est obiective in intellectu non est cognoscibile nego maiorem et applicando distinctionem eodem modo ad minorem nego conseq. Vel dicimus quod ens rationis licet in se subiective sumpto nullum habeat esse verum habet esse obiective in intellectu.

40 Secundo dices specialiter contra nos secundam rationem a priori qua probabamus dari entia rationis. Nam illa ratio non probat efficaciter intentum, ergo nulla est ens. Prob. quia licet quod Deus cognoscat privationem quin nos concipiat ut entia positiva etiam si obiectum adaequatum intellectus divini sit ens, ergo a re quod obiectum nostri intellectus sit ens non bene concluditur quod omne cognoscibile sit ens.

41 Resp. primo hoc arg.tum quo convincitur Al. Vince ex dominicana familia mihi videtur omnino inefficax illa n. nostra ratio quae impugnat est demonstrativa, ac proinde haec propositio *omne cognoscibile est ens* concluditur evidenter probando ab obiecto nostro evidens est hic syllogismus ~~omne cognoscibile est obiectum intellectus; sed obiectum adaequatum intellectus est ens. ergo omne cognoscibile est ens.~~ Obiectum adaequatum intellectus est ens. Sed omne cognoscibile cadit sub obiecto adaequato intellectus; ergo omne cognoscibile est ens. Hic syllogismus est evidens recte dispositus in *Barbara* maior conceditur a Vince. Minor si negatur demonstratur evidenter hoc modo: Omnis potentia (cum non possit extra ~~suum~~ se amplifiari extra suum obiectum adaequatum) attingit quolibet suo actu quod necessario cadit sub suo obiecto adaequato: Sed intellectus

sed intellectus suis actibus attingit cognoscibile; ergo omne cognoscibile cadit sub obiecto adaequato intellectus. maior est evidens cuius ratio inclusa est in ipsa maiori. minor etiam est evidens aliquo non dabilis ratio a suadendum quod potentia visiva attingit visibile, auditiva audibile, et sic de alijs. Modo inferto in Barbara: ergo haec propositio: omne cognoscibile est ens, evidenter concluditur. ac proinde probatio in contrarium non urget quia Deus non cognoscit privationem in ipsa privatione cum nihil sit, sed illam cognoscit in forma opposita vel per formam oppositam, si enim illam cognosceret in se ipsa evidenter concluderetur quod faceret Deus ens rationis cum in se non sit ens reale privatio, proinde sed ut in se cognosceretur adeo deberet esse ens rationis cum intellectus divinus solum cognoscat quod est ens. cum ens sit suum obiectum adaequatum.

§. III.

Ut ex dictis maneat explicatum et probatum quod ens rationis non existit per existentiam sui fundamenti, cum solum possit esse obiective in intellectu vel in aliqua potentia considerativa v.g.; ac proinde solum possit existere dum actualiter ab intellectu, non quia aliqui contendunt ens rationis posse existere per existentiam fundamenti placuit hoc ex professo probare et breviter, et cum decisio huius dubij sit de quidditate et existentia entis rationis ideo quaestionem specialem non instituimus. 42

Ut cum clari- 43

tate procedamus supponendum est aliqua esse entia rationis sine fundamento in re. ut puta chimeras omnes, alia cum fundamento ut secundas intentiones logicales vel alia ut privatio et negatio. de qua divisione postea agemus. igitur difficultas est de ente rationis habente fundamentum in re utrum existat per existentiam sui fundamenti. 44

Secundo supponendum est existentiam cuiuslibet rei dupliciter posse considerari scilicet fundamentaliter et virtualiter, secundo formaliter. primo modo dicitur existere aliquid quando existit eius causa vel fundamentum et hoc modo supponimus quod etiam ens rationis potest dici existere fundamentaliter per existentiam sui fundamenti siquidem iam datur aliquid ad cuius exigentiam vel occasionem existat ens rationis. existere tamen formaliter est existere extra omnes suas causas vel per se existet ens rationis formaliter quando sit extra omnes suas causas. his positis sit conclusio.

Ens rationis non potest existere formaliter per existentiam sui fundamenti. 45

Hec (Conclusio) probatur: primo ex Philosopho et ex D. Th. qui pluribus in locis et sextim 4 Metaph. aiunt quod ens rationis est ens intra animam seu quod ideo ens dependens ab anima seu ab intellectu + insuper probatur: ex D. Th. opusc. 42. cap. 8 ubi ait quod ens rationis tunc fit quando intellectus nititur apprehendere id quod non est ens ad modum entis insuper ex eodem D. Th. 1. p. ubi supra n. 16 ubi vidimus quod ens rationis tantum est obiective in intellectu vel in alia potentia.

+ ab alia potentia.

Et ratione deducta

46 ex eius essentia probatur: quia (ex) dictis ens rationis est quod solum habet esse obiective in intellectu; ex qua deffinitione sic argumentor: ergo implicat quod aliqua res existat absque eo quod est de sua essentia: Sed de essentia entis rationis est existere solum obiective in intellectu, ergo solum existit dum consideratur ab intellectu, ac proinde nequit existere per existentiam sui fundamenti. Hec ultima consequentia ex 1° deducitur: quia si existentia entis rationis est solum in intellectu, cum eius fundamentum sit reale et realiter existens independenter ab intellectu, ens rationis existeret independenter ab intellectu. prima vero consequentia ex praemissis deducitur probanda ergo praemissae et in primis maior est evidens ac ex terminis constat quod nulla res potest existere absque eo quod est de sua essentia probatur: ergo min. quia essentia cuiuslibet rei cognoscitur per suam deffinitionem; sed in deffinitione entis rationis explicatur dependentia essentialis quam ens rationis habet adeo ut existat solum ab intellectu, cum particula illa solum i. tantum, eo quod exclusiva est ex[pl]icet dependentiam valde essentialem. = ergo =

[margin:] ... instan[tia] quod licet habet ... ratio videatur ... proprie quod intellectus est solus ... causa effectiva entis solus non tamen eius dubius ... valde probabilis ... etiam infra ... Th. ... ens rationis ... quod dicitur ... ens rationis habetur ... ab intellectu, debet intelligi, quod ens ... est essentialiter ... esse obiective in intellectu ... sive in alia potentia ... fingente ... fundamentum ... re, nec datur ... obiectivum ... in ... quod ... formatur ... concludit.

Alia efficacissima ratione probatur:

Ens rationis non potest existere per existentiam realem sui fundamenti, ergo non existit per existentiam sui fundamenti. consequentia patet quia cum existentia fundamenti sit realis si ens rationis non potest existere per existentiam realem non poterit existere per existentiam sui fundamenti. ant. probatur: et probatur repugnantia ex duplici capite. ~~[struck out]~~

1° ex desfectu ipsius existentie que non potest convenire enti rationis, 2° ex deffectu ipsius entis rationis quod non potest recipere existentiam realem. probatur: ergo ex 1° capite quia nulla existentia creata eo ipso quod talis potest facere existere duas diversas res. ergo existentia fundamenti non potest facere existere ens rationis. consequentia patet cum ens rationis distinguatur a suo fundamento

Dans probatur:

Cons. pbr: q. ois exist.a creata eo ipso quod talis e limitata ad suam essentiam, ac l. sit modus illius l. quid essentialiter dependens a sua ess.a tanquam a subiectante ergo nulla exist.a creata pot. facere exi= stere duas diversas res. praesertim si illae res differunt specie hoo ergo per exist. equi nequit existere l. eod. atqui magis dis- tant inter se fundam.ta et ens raonis quam hoo et equus cum hoo et equus solum dicant distinctionem specificam et fundam.ta, et ens raonis sint prorsus diversa cum unum quid reale, aliud quid fictum sint. ergo exist. fundam.ti n. pot. dicari nec facere existere ens raonis. 48

Ex secundo cap.

pbr: repugnantia ens raonis nequit in se recipere exist. sui funda mti. ergo n. pot. existere per existentiam sui fundam.ti ans pbr: q. eo ipso quod ens raonis reciperet existentiam sui fundamenti reciperet effectum formalem ipsius existentiae cum effectus formalis alicuius formae nil aliud sit quam ipsa forma dicata; et ens raonis n. pot. recipere effectum formalem existentiae sui fundam.ti; ergo n. pot recipere existentiam fun damenti. mai. inter pponendum e pbata, pbr: min. q. effectus formalis existentiae fundam.ti entis raonis est effectus realis, sive facere existere realiter, et ens raonis n. pot existere realiter alias n. distingueretur abente reali, quod realiter existit, ergo ens raonis n. pot recipere effectum formalem existentiae fundam.ti, ac proinde neque ipsam existentiam fundam.ti.

Si dices quod hac raone solum pbr: quod ens 49 raonis n. possit existere per existentiam sui fundam.ti tamquam per exist. propriam et connaturalem n. vero n. posse existere per illam tamquam per existentiam alienam, et minus propriam; quod sic suadent exemplo humanitati Xpi Dni; q. licet humanitas Xpi naturaliter loq. exigat existere per existentiam creatam id n. repugnat, immo de facto e iuxta sententiam Thomistarum ss. quod existat per existentiam increatam Verbi tamquam per existentiam minus propriam. ergo similiter poterit accidere in ente ra onis respectu exist. sui fundam.ti. 50

Resp. 1.o argumentum sic q. haec solutio nullo solido fundam.to pot suaderi v. exemplum allatum in prae senti n. e ad rem 1.o q. illud e miraculosum valde ac proinde ex illo debet efformari argumentum ad suadendum in praesenti exist. ita minimae entis raonis. 2.o q. repugnantia ex duplici illo capite

onta ad hoc quod ens rationis non possit existere per existentiam sui fundamenti non currit in exemplo adducto non enim est repugnantia neque ex parte existentiae quae cum infinita sit interminando potest unire et terminare ~~naturam infinitam~~ naturas infinitas numerice esse infinitas in numero. quoniam nulla adaequate intensive et extensive at vero existentia fundamenti cum creata sit et limitata interminando vero illum potest terminare ipsum fundamentum et extra illud non potest ampliari. neque est repugnantia ex parte humanitatis quia haec respicit illam existentiam sub capacitate obedientiali; at vero ens rationis respicit existentiam sub sua capacitate non obedientiali quia nulla obedientialis capacitas est ad existendum repugnantia sive realiter. et inde patet ad secundum ut humanitas Christi Domini possit existere, vel existat ex vera opinione per existentiam Verbi non ex inde probatur quod ens rationis existat per existentiam sui fundamenti.

51 Si dices nulla est repugnantia neque ex illo capite suadetur ad probandum quod ens rationis possit existere per existentiam sui fundamenti. ergo existit per existentiam sui fundamenti. antecedens probatur: quoniam ideo repugnaret ex parte existentiae quia existentia unius rei non potest esse existentia alterius rei; sed haec ratio non suadet. ergo in primis ex capite existentiae nulla est repugnantia. minor videtur certa cum sit fundamentum a nobis allatum min. probatur: nam etiam si materia prima distinguatur realiter a forma ut probatur in Philosophia ex vera opinione et Doctoris Thomistarum et materia prima existit per existentiam formae; ergo similiter ut fundamentum distinguatur ab ente rationis potest existere ens rationis per existentiam sui fundamenti.

52 Probatur etiam quod ex capite entis rationis nulla sit repugnantia nam etiam si materia prima sit ens reale et potentiale, et ex se sit ens actuale sed materia potest accipere ut mediante forma existentiam eius, ergo similiter ut ens rationis sit diversum a fundamento potest existere per existentiam fundamenti ut sit cum dependentia ab ipso fundamento.

53 Sed secundo argumentor sic quoniam nulla ex his applicit infringit rationem superius a nobis assignatam, ac proinde semper manet

manet verum illud duplex caput repugnantiae quod si materia prima existit per existentiam suam ideo est quia et materia et forma distinguuntur realiter a se non distinguuntur tanquam duae diversae res completae sed potius tamquam quid incompletum ordinatum ad constituendum unum ens completum, ac inde cum advenerint in composito quid mirum quod utraque existat per eandem existentiam at vero ens rationis et fundamentum extremi non est quid incompletum, sed utrumque quid completum in sua linea ac proinde utrumque exigit diversam existentiam et sic patet solutio ad utramque probationem ad 1am quod respondetur iuxta doctrinam Suarez.

Et ad probationem dist. maiorem quia existentia unius rei non potest esse existentia alterius rei, existentia unius rei completae et quae ad aliud non ordinatur non potest esse existentia alterius rei concedo maiorem. existentia unius rei incompletae et ad aliud ordinatae nego maiorem. Et nego minorem. Et ad probationem patet ex dictis. ad 2am probationem dist. antecedens materia etiam sistit ens reale potentia mediante forma accipere existentiam suam reale et partiale ordinatum per se ad componendum suam formam concedo antecedens. alias nego antecedens et consequentiam. 4

Opponens secundo hanc negationem consequentiae ideo ens rationis non posset existere per existentiam fundamenti quia existentia fundamenti est aliquid reale, sed haec ratio non probat ergo potest existere ens rationis per existentiam sui fundamenti probatur minor. quia ens rationis potest et de facto repraesentatur per species entis realis: ergo ens rationis poterit existere per existentiam realem. Consequentia probatur: quia sicut ens rationis distinguitur in esse entis ab ente reali ita in esse obiecti distinguitur ab eodem ente reali; sed non obstante distinctione entis rationis ab ente reali in esse obiecti potest et de facto repraesentatur per species reales ergo non obstante distinctione in esse entis poterit existere per existentiam realem. 5

Secundo argumentor sic quod ideo stat quod ens rationis possit repraesentari per species entis realis, et alias non possit existere per existentiam entis realis. quia linea intentionalis et intelligibilis universalior et amplior est linea reali entitativa: sic non videmus quod ea quae magnam oppositionem dicunt in essentiis ut calor et frigus, imo species substantiales quae magnam in compossibilitatem dicunt adunantur in esse intelligibili non solum quia in veniunt in eodem intellectu, sed etiam in una et eadem specie repraesentativa

inveniuntur adunatae ut est in speciebus Angelicis, quae species ut in esse entis sit una v.g. in esse repraesentativo repraesentare valet plures species et sic species Angeli superioris repraesentat totum universum, ut Doctor dicit in libris de Anima quod intellectus intelligendo fit omnia quia des naturas ut in esse entis intervallo opposito, et diversas addunantur in illo. Ut ex hoc capite venanda est disparitas ad argumentum. Et ut argumento possit explicari disparitas sciendum species intelligibilis comparari ad objectum per ipsum repraesentatum ex parte principii ut eius non sit de natura principii posse movere ad plures actiones, et ad plures effectus termina ri imo hoc sit contra exigentiam, et naturam principii infertur quod inde species intelligibilis posse ad plures naturas repraesentandas se extendi et si sint naturae primo diversae, ut sunt naturae entis realis, et rationis, tum repraesentando naturam realem directe et primario potest aliam naturam scilicet ens rationis indirecte et secundario repraesentare. At vero existentia non comparatur ad essentiam quam actuat per modum principii sed potius per modum termini ac proinde nequit ad plura se extendi secundum eius linea essendi sit ex terminis contractior quam linea intelligibilis.

56 Ut penitus evanescat vis huius argumenti et praedicta solutio magis roboretur insto in relativis nam nullus Metaphisicorum vel forte pauci, et hi extra scholam Doctoris Thomae dubitat quin duo correlativa possunt repraesentari per eandem speciem, et etiam quod diximus de speciebus Angelicis nam eadem species repraesentat hos, et equum: tunc sic Sed nullus hucusque dixit quod unus correlativorum existere potest per existentiam alterius vel quod homo per existentiam equus existere possit ... ergo diversa ratio est in existentia, et in repraesentari, fundatur quod in modo concurrendi speciei ex parte principii et existentiae ex parte termini unde arguitur amplitudo et universalitas lineae intelligibilis, et contractio et limitatio lineae entitativae.

57 Sed instabis valide, quia existentia cuiuslibet rei est ultima actualitas illius rei: ergo existentia entis rationis erit ultima entis rationis; tunc sic. Sed ultima actualitas entis rationis consistit in specie expressa in qua repraesentatur, ergo si species expressa est aliquid reale, existentia entis rationis erit aliquid reale; ac proinde poterit existere per existentiam sui fundamenti. Probo minorem subsumptam ~~...~~

quia

quia ~~[struck out]~~ ultima actualitas quae ens rationis pot habere existit in esse obiective in intellectu, sed esse obiectivus est enti rationis mediante specie expressa reali; ergo ultima actualitas entis rationis existit in specie expressa entis rationis.
Secundo quia § 8
ultima actualitas entis rationis formalissime non existit ~~formaliter~~ in specie expressa quae repraesentata ens rationis, ergo dependenter omnino ab specie expressa illi convenit ultima actualitas sive existentia. ergo ultima actualitas entis rationis non existit in illo esse obiectivo reali quod habet species expressa in intellectu illi inhaerens, sed existit in quodam esse ficto obiective cognito in ipsa specie expressa ac per inde ultima actualitas entis rationis non existit in aliquo esse reali vero speciei; exemplum aliquibus aptus ad hoc explicandum est in materia prima quae essentialiter dependeat a forma ad existendum tamen existentia non est formalissime ipsa forma, sed aliquid derivatum ab illa; sic ergo in ente rationis existentia entis rationis formalissime non est species expressa sed aliquid in illa cognitum fictitie.
Ad argumentum in forma respondeo concesso antecedente et consequentia et nego minorem subsumptam, ad probationem distinguo maiorem existit in esse obiectivo ficto concedo maiorem, in esse obiectivo vero nego maiorem. et distinguo minorem ens rationis habet esse obiectivum mediante specie hoc est esse obiectivus speciei est ratio ultimo terminans nego minorem. hoc est in illo esse obiectivo vero repraesentatum esse obiectivum fictum in quo formalissime existit concedo minorem et nego consequentiam quae distinguatur eisdem terminis. § 9
Secundo opponeres. quod aliquod ens rationis existit formaliter per existentiam sui fundamenti; ergo ens rationis potest existere per existentiam sui fundamenti. antecedens probatur in entibus rationis quae existunt in privativo, et negativo, et relativo. et suadetur hoc modo. implicat quod forma non existens tribuat denominationes subiecto cui convenit; sed privatio et negatio, et relatio ante omnem operationem intellectus tribuunt suas denominationes suis subiectis; ergo existunt ante omnem operationem intellectus maior videtur certa, et minor probatur: quia Deus ante omnem operationem intellectus dicitur Dominus, et creator, homo dicitur caecus, et lapis non videns. Ergo ~~[struck out]~~ talia entia rationis denominant ante operationem intellectus ac proinde existunt.

60. Sed 3.° talia entia rationis sit absolute tribuant denominationes suis subiectis non tamen exinde infertur quod existant ante operationem intellectus quia non dant denominationes formaliter intrinsece, sed ad summum extrinsece, sive fundamentaliter ut v.g. Deus ante operationem intellectus fingentis solum denominatur Dominus et Creator fundamentaliter sive formaliter extrinsece iuxta diversa authorum placita circa nomen quo debemus vocare denominationem extrinsecam: intrinsece autem solum denominatur Dominus ab illa relatione rationis quam intellectus fingit et idem dico respective de privatione, et negatione.

§. IV.

61 Hoc paragrapho instituendaliqua corollaria ex dictis in toto hoc discursu elucidanda. Primo infertur nulla entia rationis etiam quae fundantur immediate supra aliquod ens rationis non posse existere per existentiam sui fundamenti. et ratio ex dictis deducitur quia licet non appareat repugnantia ex parte entis rationis fundati est repugnantia ex parte existentiae quoniam nulla existentia creata potest facere existere duas naturas sive solo numero sive specie diversas quoniam ut vidimus quaelibet existentia est determinata ad unam naturam.

62 Infertur secundo dari a parte rei denominationes extrinsecas denominantes subiectum ut v.g. paries denominatur visus a visione animalis, columna dextera a situatione quam habet respectu hominis v.g. Petrus cognitus ab actu intellectus cognoscentis: amatus ab actu voluntatis. et alia huius modi quae denominationes videntur probabilius quod denominant formaliter extrinsece, non vero tantum fundamentaliter. cum sint denominationes absolute et denominatio debeat esse iuxta naturam formae denominationem praebentis. 3.° forma intrinseca realiter denominat intrinsece realiter: ergo forma realis extrinseca denominat formaliter extrinsece.

63 Infertur 3.° ens rationis solum repraesentari per speciem entis realis. et non habere speciem propriam ad sui repraesentationem, et hoc non solum ad cognitionem abstractivam sed etiam ad cognitionem quidditativam ad repraesentandum enim abstractive etiam aliquod ens reale sufficit species aliena, ut patet in cognitione qua pro hoc statu cognoscimus

Deum et

Deus, et Angelos. Prob. 2. Solum ens rationis abstractive cognoscitur per species entis realis, sed etiam quidditative. Et ratio a priori potest efformari ex natura entis rationis, et ex natura speciei, quia eo ipso quod aliqua species sit similitudo formalis alicuius rei illa necessario repraesentat sed species entis realis potest esse similitudo formalis entis rationis. Et aliud ens rationis non potest repraesentari per aliam similitudinem formalem propriam ergo solum repraesentatur ens rationis etiam ad cognitionem quidditativam per species entis realis. maior constat ex libris de Anima et min. quoad utramque partem probatur: quoad 1am quia species superioris ordinis potest esse similitudo formalis rerum inferioris ordinis, ut patet in speciebus Angelicis. Sed species entis realis est ordinis superioris ad ens rationis, ergo species entis realis potest esse similitudo formalis entis rationis. Quoad 2am probatur: quia tota essentia entis rationis sita est in esse solum ad similitudinem entis realis, ergo tota eius similitudo debet esse similitudo entis realis, sed similitudo est species, ergo species entis realis debet esse similitudo entis rationis. 64

Et imitatur et suadetur nostra ratio paritate sumpta ex privationibus quae omnino possunt etiam quidditative cognosci per species proprias cum in se nil sint sed solum possunt cognosci per species entis realis, illius nempe quod privant. 65

Nec valet dicere quod quaelibet res exigit ad cognitionem quidditativam sui species proprias. Non inquam valet hoc quia solum est verum quando repraesentatio fit per species inferioris ordinis, secus vero quando repraesentatio fit per species superioris ordinis. 66

Nec iterum valet dicere quod cognitio qua cognoscitur ens reale est diversa specie materialis saltem a cognitione qua cognoscitur ens rationis. ergo est quia in utraque non deservit eadem species. nam cognitiones a principiis sumunt suam unitatem et distinctionem. 67

Non inquam id valet quia ut illae duae cognitiones distinguantur specie sufficit quod habeant diversa obiecta et quod ex parte principii respiciant principium virtualiter multiplex, quod invenitur in cognitionibus Angelicis, quamvis enim unus Angelus cognoscit bovem, et alia cognoscit equum, illae enim duae cognitiones distinguuntur, etiam si oriantur ab eadem specie, quia haec est superioris ordinis, et virtualiter multiplex, et alias illae cognitiones habent diversum obiectum. ergo similiter in nostro casu poterit accidere.

Quæstio. II.

Quotuplex sit ens rationis? ubi de divisione in negationem, privationem et relationem.

§

1 Bene post decisionem quidditatis entis rationis inquirimus immediate quotuplex sit, nam modus perfectus cognoscendi aliquam rem est 1° per definitionem, id est cognoscendo an sit, et quid sit, postea per divisionem, ad quam pertinet quæsitio præsens, et ultimo per argumentationem, ubi de causis et effectibus sive proprietatibus, observando modum hunc multo diu observatum perfecte modum sciendi. Sit igitur 1a Conclusio.

2 Ens rationis in tota sua latitudine adæquate dividitur in ens rationis habens fundamentum in re, et in ens rationis non habens fundamentum in re. Vocatur igitur ens rationis cum fundamento in re illud, ad cuius formationem adinvenit intellectus fundamentum aliquod, sive occasionem in rebus, et hoc fundamentum sufficit quod remote inveniatur a parte rei, et si invenitur proxime multum. Exemplum est in ente rationis sive in relatione rationis, quam intellectus fingit in Deo ortam motivo a dominio Dei supra creaturas, et in relatione Creatoris ad creaturas; adhæc entia rationis invenitur fundamentum proximum a parte rei, alia vero solum habent fundamentum remotum a parte rei, ut sunt intentiones logicales: ens vero rationis non habens fundamentum illud vocatur ad cuius factionem intellectus minime habet motivum, et occasionem in rebus, ut scilicet quando fingit chimeram. Hoc posito facile probatur Conclusio.

3 Primo ex D. Tho. 1 dist. 19 q. 5 ar. 1 ubi sic ait loquendo de ente rationis: Quædam sunt quæ nihil habent extra animam, ut somnia, et imaginatio chimeræ; quædam autem sunt quæ habent fundamentum in re extra animam sed complementum rationis eorum quantum ad id quod est formale est per operationem animæ ut apparet in universali. Ubi aperte est expressa nostra Conclusio. Et ratione probatur: quoniam illa est adæquata divisio in qua membra dividentia exhauriunt totam confusionem divisi, sed hæc est huiusmodi cum constet per membra contradictorie opposita, ergo est adæquata.

4 Si dices quod nullum est ens rationis datum sine fundamento in re; ergo est divisio superflua, antecedens probatur: quoniam cum omne ens rationis requirat necessario cognitionem fingentem exigit necessario quod obiectum cognoscatur aliter ac est in se; sed nullum obiectum tribuit motivum sive occasionem

ut cognoscatur

ut cognoscatur aliter ac est in se cum solum exigat cognosci per suam speciem
quae est eius similitudo propria, ergo non datur ens rationis cum fundamento in re.

R. 2° quod obiectum potest cognosci dupliciter adaequate, et perfecte 5
et inadaequate sive imperfecte. Ad. Et verum sit quod obiectum respectu cogni-
tionis adaequatae et perfectae nullum tribuat fundamentum ut cognoscatur aliter
ac est, tamen quando imperfecte et inadaequate cognoscitur cum illa inadaequata cognitio sit
orta propter eminentiam exhibilitatis obiecti inde est quod cognoscitur ali-
ter cum fundamento in re, et per hoc potest adaequate informari respondetur
non negando antecedens. et ad probationem distinguatur maior per iis supradictis.

Sit Secunda Conclusio. ens rationis habens fundamentum in 6
re adaequate dividitur in Negationem, Privationem, et Relationem.

Sed antequam probetur conclusio nota quod negatio est remotio sive Carentia
unde cum remotio sive carentia possit esse pure et simpliciter, vel relate
ad aliquod subiectum, cui negatur forma, inde est quod negatio potest su-
mi dupliciter nempe negatio negative, sive remotive, sive negatio sim-
plex vel negatio simpliciter talis, quae omnia sunt aequivalentia, et hu-
iusmodi negatio verificatur de non ente sive de nihilo; quando verum est
dicere non ens, est non ens, nihil est non ens, aliomodo sumitur
negatio nempe positive relative ad aliquod subiectum cui removetur forma, vel ut loqui-
tur D. Th. 9 Metaph. lect. 3 negatio generis determinati. Et
haec negatio exigit subiectum, sed taliter quod negatio potest. Sed di-
viditur a Privatione. Et exigat Subiectum non tamen exigit Subiectum capax
sed incapax, sive ineptum. Privatio vero exigit subiectum capax formae
illius quam privat. Ut v.g. non videns et verificatur de lapide, quia lapis est
non videns et verificatur de homine ceco, quia homo cecus est non videns
quod ergo verificatur de lapide dicitur negatio; quod vero verificatur de
homine dicitur Privatio. = Relatio vero rationis consistit in quodam
respectu, et ordine ab intellectu ficto ad modum ordinis et respectus
realis. Ut v.g. quando intellectus fingit in Deo relationem Creatoris
ad creaturas. vel gradum genericum respective ad differentialem, et alia 7
huiusmodi. His positis probatur conclusio

Prob. 1° ex Phil. 4 et 5. Metaph-
ut docet D. Th. et etiam Prob. ex D. Th. q. 21 de verit. ar. 1.
ubi sic ait: id quod est rationis tantum non potest esse nisi duplex scilicet ne-
gatio vel aliqua relatio omnis non positio absoluta aliquid in rerum
natura existens significat. ubi nota quod Angelicus Magister

nomine negationis comprehendit Privationem, nam ut ipse Ang. D. ait 1. dist. 28. q. 1. ar. 1. ad 2. omnis negatio quae est in aliquo Subiecto determinato potest dici privatio. Unde dicitur 8. Metaph. tex. 27. quod privatio est negatio in Subiecto.

8 Ratione probatur. Et primo quia ut Supra arguebamus illa est adaequata divisio in qua membra dividentia exhauriunt totam confusionem divisi; Sed divisio praedicta est huiusmodi; ergo est adaequata. maior est evidens. Et minor probatur quia nullus ens rationis potest concipi ab intellectu cum fundamento in re praeter praedicta. ergo in hac divisione exhaurita tota confusio divisi. cons. probatur quia vel intellectus vel separat duo extrema quae in re nec distinctionem nec relationem habent vel attribuit alicui subiecto aliquid quod in re non habet et hoc dupliciter vel taliter quod illi subiecto repugnet illud habere vel taliter quod illi non repugnet sed natum sit tale subiectum ad illud habendum si hoc 2º vel 3º modo facit negationem vel privationem, si primo modo ponit distinctionem sive relationem rationis, et ratio huius est quia omnis distinctio est oppositio aliqua atqui distinctio rationis nequit reduci ad aliud genus oppositionis nisi ad relativam ergo tunc datur relatio. Unde ergo illa distinctio quam intellectus fingit est separando unum extremum alteri ergo fingit relationem; tunc sic Sed non est assignabile aliud genus fundamenti praeter tria praedicta. ergo illa membra dividentia exhauriunt totam confusionem divisi ac proinde est adaequata.

9 Confirmatur quia de ente rationis quod potest fingi ab intellectu vel est removendo sive negando, vel est affirmando si est mere negando est pura negatio, sive negatio negative vel terminative, de qua nunc non dicimus, si est affirmando sive attribuendo aliquam formam subiecto tunc sic vel illa forma est absoluta vel respectiva, si respectiva est relatio, Si absoluta, vel illa forma est nata convenire subiecto vel non si primum est privatio, si 2um negatio. non potest alio modo fingi; ergo est adaequata praedicta divisio.

10 Sed dices quod dantur plura entia rationis nempe decem ad instar decem praedicamentorum ergo non est adaequata divisio.

11 Ad solvendum hoc argumentum inquit M. Prado. l. 1. log. q. 8. §. 2. n. 5. et 8 hanc divisionem esse entis rationis in tota sua latitudine, ac proinde entia rationis omnia praeter tria praedicta contineri sub negatione pura

et postea

Et postea in eodem n. 8 aliquas solutiones tribuit ait ergo quod in omnibus decem praedicamentis seu ad instar decem praedicamentorum possunt fingi entia rationis cum fundamento in re; et iterum in eadem q. n. 11 ait entia rationis non vagari per omnia praedicamenta, sed solum quoniam entia rationis rationis non sunt in praedicamento entis realis, et quod in solo genere relationis dantur verae relationes rationis quamvis analogice convenientes specialibus in aliis generibus tamen metaphorice et abusive, ut ibi n. 8 dixisset posse fingi cum fundamento entia rationis in omnibus praedicamentis: hoc, sui obliti, negat n. 15. accipiunt ex hoc Authore solum mentis confusionem non vero solutionem, ad argumentum. 12

Respondeo Argumento ergo cum Doctore Thomistis (stando in eo quod divisum huius divisionis est ens rationis cum fundamento in re) quod ad instar decem praedicamentorum non possunt fingi cum fundamento entia rationis, vero praeter praedicta, alia entia rationis tamen improprie et abusive vocantur entia rationis, quod ut inquit D. Th. 1. p. q. 28. ar. 1. Solum in eis quae dicuntur ad aliquid inveniuntur aliquid tantum rationis tamen, et non tamen quod non est in aliis generibus; quia alia genera (ut quantitas et qualitas) tamen proprie ratione significant aliquid alicui inhaerens; ea vero quae dicuntur ad aliquid significant tamen secundum propriam rationem solum respectum ad aliquid. Unde cum ceterae praedicamenta praeter relationem in suo formalissimo conceptu explicent aliquid reale inde est quod entia ficta ad instar illorum sunt mere ficta et absque fundamento cum nullum praedicamentum (praeter relationem) tribuat fundamentum ut concipiatur absque realitate. 13

Si dices quod fictio praedicamentalis tribuit fundamentum ad hoc ut instar illius fingatur ens rationis quod non est abusive, sed proprie sit tale; ergo unde dicitur quod sola relatio potest denudari a realitate, ac proinde quod sola illa est ens rationis cum fundamento in re. Antecedens probatur: ideo relatio tribuit fundamentum ut concipiatur absque realitate quia in suo formalissimo conceptu non explicatur in, sed ad, et absque explicat realitatem, nec fictio ens, ac proinde abstrahit a perfectione ut dicunt Theologi; sed etiam actio in suo formalissimo conceptu non explicat in sed ab ac proinde nec realitatem cum realitas explicetur in conceptu in; ergo similiter Actio tribuit fundamentum ut ad instar illius fingatur Actio rationis, ac proinde erit insufficiens praedicta divisio. 14

Respondeo concesso quod licet verum sit quod Actio in suo

formalis conceptu solum explicet ab, et non in, tum ipse met conceptus ab est conceptus formalissime explicans realitatem et perfectionem actionis inde ab rationis solum abusive poterit dici tale, quod sic suadeo quia conceptus ab formalissime explicat originem et egressionem, sed origo, et egressio formaliter est quid reale, ergo ab formalissime est quid reale, at vero ad realationis in suo explicito cum ut ex D. Tho. vidimus non sit quid reale inde est quod relatio rationis est proprie relatio, et ens rationis. Et per hoc patet ad argumentum informa resp. ergo nego cons. ad probationem concessa maiori, et dist. mini. sed actio non explicat in sed ab, et alias ab esse dicit realitatem concedo min. et non explicat neg. min. et cons. nego cons.

14 Sed contra neg. Oppones: quia ut aliqua divisio sit bona memora dividentia non debent coincidere sed opponi in suis rationibus formalibus, sed relatio coincidit semper cum negatione vel privatione ergo non est bona divisio sed superflua. probatur min. quia quando concipitur relatio Creatoris in Deo ad creaturas, et relatio animalis ad rationale, tunc illa relatione fundantur in carentia relationis realis cum ibi non dentur tales relationes ergo formalissime est negatio cum sit carentia formae in subiecto

16 Sed contra quia licet verum sit quod neq. in Deo est relatio realis Creatoris ad creaturas, neq. in animali est relatio generis ad rationale, tum relatio rationis quam intellectus in eis eventus fingit non est in carentia sive negatione formalissime illius relationis, quod requirebatur ut esset negatio rationis, sed fundatur immediate supra actionem creativam Dei, et alia supra eminentiam virtualitatum, sive equivalentiam illius entitatis ac proinde est vera relatio rationis distincta a negatione, quoniam negatio visus in lapide vero fundatur immediate supra carentiam et non esse illius formae. Et ad argumentum informa resp. concedendo mai, et nego min. et ad probationem nego ant. ut non ibi sit non est relationis, non supra non esse, sed supra positivum formalissime fundantur.

§. II.

17 Ad maiorem intelligentiam huius quaestionis noto quod, haec divisio non est formalissime loquendo in species infimas, et ratio est quia tam negatio, quam privatio et negatio subdividuntur in diversas species negationis et privationis, et relationis, nam negatio enim cum carentia formae in subiecto inepto ad multiplicitatem ineptitudinis diversificatur in species, nam alia est carentia visus in lapide, alia eius visus in planta, alia

in Pallio

alia in catulo canis 8 dieb9 primis, nã 1ᵃ ē ineptitudo absoluta
2ᵃ ē ineptitudo, sm̃ pdicata particularia talis viventis, vĩ q̃ vivens
s. q̃ solus vegetativus, alia ē ineptitudo magis limitata nempe q̃ tale
animal: alia q̃ tale animal in tali tempore. Sic similiter discurro
de privatione, carentia visus in hoc cane, ē simpliciter privatio, in
cane 8 diebus primis ē privatio ~~subjecta~~ secunda praedicatus specifica et gene
rica, vĩ 1ᵃ sm̃ individualia in illo tempore. in talpa ē privatio solus
sm̃ pdicata generica infima, in planta sm̃ generica subalterna. 18
Sed dicitur etiã relatio in relatis quæ intrĩ fundatr supra
ens reale physicus, et in relationes quæ fundatr in ente reali morali
et in relatis quæ fundatr supra ens rationis, d. supra entitates et cognita
ad 2us genus pertinent relationes creatoris, dni, filiationis in xpo, et
huiusmodi conatus. ad 2us quæ supponunt actus voluntatis, ut relationes
signi, relationes dignitatis, relationes pretii, ad 3us pertinent rela
tiones universalis logici. Et hoc sufficiat de divisione et subdivisio
ne entis rationis.

QVÆSTIO III.

De causis entis rationis.

Vbi an voluntas, et sensus interni, et externi, aut tm̃ intellectus faciat
ens rationis

§ I.

sensus externi, nempe et visus et alii.

Suppono 1º ex dicendis in libris de Anima sensus externos et internos formare
ideas, sive imagines sensibiles expressas in quibus percipiant obiecta, et
ad obiecta extra terminari, sicut propriis ē intellectus. Circum istam 1
suppositionem sequitur etiam sensus et animæ q. ut docet
p. 1. Anima sensus sensus externi faciant sensus. Alii
interpretatur. sensibilia praeter sensus externos. si extra
q. si formarent in istis visus species potent attingere alias q. potest in
sensibus internis. et in intellectu, sicut q. in materiali eius aliis sensibus ac
finiti, et quod terminari ad materialia, et sensibilia et rõne.
Secundo notare 2
quod ē et aliqui licet et discedamus ipso. licet huius q dixerimus ex
parte ē quod solus hoc obiective in intellectu, hoc debet intelligi in
speciebus et quod solus hoc obiective in intellectu, sit causa effectiva entis rationis, aliquis n. stare loquitur
propter intellectus. sit causa effectiva entis rationis, alias n. stare locus
disputationi utrũ aliqui sensus, et alii possint efformare et

eus n. solus extra rationis q. 2. propendo creatr entia raonis efforma-
ri ab Imaginativa, S. etiam intra illam admittat. Et huic quaestio
nj dta locum etiam qui sentiunt ens raonis a solo intellectu posse effin-
gi, debent admittere quod imposita definitione entis raonis abs-
tracta solus n. debet appellari supra intellectum, S supra se obiec-
tivum, ut scilicet intelligatur definitio entis raonis e quod solum ee obiec-
tivum habet, id e quod solum consistit in illa fictione obiectiva, quae fictio
solum obiective pot. existere. Ex repugnat quod ens raonis existat realiter.
unique hoc ee obiectivum n. hoi ab intellectu, n. ab aliis potentijs manat disquae-
tandum, ac proinde infertur evidenter quod fictio l. solum de diffinitione
n. pot. appelare supra intellectum, cum diffinitiones debeant supponi, et
n. disputari sed solum explicari.

3 Nec valet dicere quod in n. inqua dicitur quod
colores iridis, et coli Columbae, et Pavonis caudae sunt apparentes colores, quod visus
ad illos terminatur formare idolum, quod n. sit necesse recurrere in log. tract. 2 disp.
q. sect. 4. n. 41. ut scilicet verificetur quod visus terminatur ad verum, ac proinde
inde quod visus n. fallitur.

4 Non e necessum ad hoc recurrere ut verificetur quod visus
attingit verum quod ad hoc sufficit quod terminetur ad obiectum ut sit in se
et in illis casibus etiam si n. sint veri colores, e vere lux refracta formans
lis proinde similitudines coloris, Ocum etiam hunc casum visus terminetur ad
obiectum ut e in se extra, ex quo e quod n. requiritur dicere quod visus format idolum.
Supponitur sit X. 10.

5 Nullus sensus externus, visus v.g. format ens raonis
haec colligitur deducitur doctrina et Idem 1. p. q. 78. ar. 4. et probatur
one quod illa potentia pot. formare ens raonis quae illi pot. dare ee pure ob-
iectivum, fictum, et ind. S. visus n. pot. dare ee pure obiectivum et fictum
obiecto, ergo visus n. facit ens raonis; probatur min. quod visus n. format
idolum, et eo ipso n. pot. dare ee pure obiectivum, ergo n. pot. dare ee pure
obiectivum mai supponitur, et minor probatur quod eo ipso quod non formet idolum,
terminatur ad obiectum ad extra, S. eo ipso n. pot. dare ee
obiectivum et fictum, ergo n. pot. facere ens raonis. maior e evidens ideo n.
nonformat idolum neque illud pot. formare quod terminatur ad obiectum ad ex-
tra probatur min. quod obiectum ad extra necessario est quid reale, ergo n.
pot. habere pure ee obiectivum, ans probatur quod ad extra nequit existere
ens raonis neque ee pure obiectivum ergo visus n. pot. formare ens raonis.

Sed dices quod pōa visiva v.g. pōt facere ens raonis; ergo sensus 6
externus pōt facere ens raonis. ans pbr: quia illa pōa pōt facere ens
raonis quae pōt attingere universale; sed pōa visiva pōt attingere
universale; ergo pōt facere ens raonis; maior videtur certa cum univer-
sale sit ens raonis. Minor pbr: nam illa pōa pōt attingere
universale quae libet pro obiecto ipsum universale; sed pōa visiva libet
pro obiecto universale colorem; ergo pōt visus attingere universale.
R. nego quod obiectum visus et cuiuslibet alterius pōe exterioris nō est 7
universale nominale, sed adverbiale, obiectum n. visus n. e color uni-
versalis, sed universaliter, hoc e quilibet colorem pōt visus videre, sed
non ut universalis; 8
Sed dices illa pōa pōt attingere obiectum ut uni
versale nominale quae pōt praescindere et separare singularitatem
ab universalitate; sed hoc pōt facere visus; ergo visus pōt attingere colorem
in universali, min pbr: quia visus separat colorem a sapore et ab
odore, ergo similiter poterit abstrahere sive separare singularitatem
ab universalitate. 9
Rd. nego quod color n. e identificatus realiter cum sapore
sicut cum singularitate, ac proinde singularitas e modus intrinsecus co
loris v.g. n. vero sapor, vel sapor nullo m. pertinet ad obiectum
visus, nec est modus eius vel singularitas.

§. II.

quid dicendum de voluntate? 10
Voluntatem facere ens raonis n. solum affirmant contendentes en-
tia raonis consistere in denominationibus extrinsecis qui inde fie-
ri etiam asserunt a sensibus externis, verum etiam specialiter volunta
ti concedit vis effectiva entis raonis ab Scoto in 1. dist. 1.6.
n. 1. et dist. 43. q. unica, et alibi cum sequentibus quamplurimi Scotistis;
inter alios id etiam affirmat Ricardus Lineeus. l. 4. Metaph. tract. 1. c. 3.
Sed hi omnes veraciter talem affirmationem negat voluntati. sit igitur Pa. 1o 12
Voluntas n. pōt facere ens raonis e oium Thomistarum, vide
n. oportet illos referre. e S. Th. 1. 2. q. 8. ar. 1. et raoni uni-
versali pbr: quod illa pōt pōt facere ens raonis quae pōt illi
dare esse pure obiectivum, et fictum; sed voluntas n. pōt dare enti ra-
onis esse pure obiectivum et fictum; ergo voluntas n. pōt facere ens raonis.

omnium 2^{a} p. q.^{m} Cum Voluntas sit propensio et inclinatio nas rationalis, cognitione carens, caeca proinde, ductumque rationis sequens. Illa pot. tendere ad obiectum prout illi ab intellectu proponitur; ergo tendit ad obiectum prout est in se ac proinde non dicit obiectivum purum nec fingit obiectum aliter ac est in se.

12 Confirmatur praecedens ratio quia ideo intellectus divinus non facit ens rationis quia licet cognoscat ens rationis fictum tamen intellectus divinus cognoscit obiectum ut est in se. Sed voluntas etiam si aliquando feratur ad bonum apparens illud bonum non est fictum a voluntate sed ab intellectu proinde voluntas solum modo tendit ad obiectum prout est in se. ergo voluntas non facit ens rationis.

13 Sed dices quod illa potentia quae potest ordinare, et comparare obiecta non ordinata, nec comparata, potest facere ens rationis, sed hoc facit voluntas; ergo facit ens rationis. maior videtur certa quia tunc causas dat esse purum obiectivum, et fictum obiecto siquidem relatio quae non est in re nec potest esse posita existens obiective; minor probatur quia voluntas in electione obiecti turpis et difformis, ordinat ad creaturam Deum subordinando illum ad creaturam, sed haec subordinatio, sive relatio implicat sic esse proindeque solum habet esse obiectivum tamen ergo voluntas dat esse obiectivum fictum obiecto.

14 Sed [illegible] Respondetur quod cum voluntas sit potentia caeca sequens ductum rationis supponit facta illam comparationem, relationem, et subordinationem, ac proinde fictam et causatam ab intellectu.

15 Sed dices quod ~~obiectum quod attingitur sub ratione boni fieri [illegible] a voluntate, sive a divina [illegible]~~ quando aliquis actus taliter attingit aliquod obiectum quod illud attingit sub ratione boni talis actus est actus entitative et substantialiter a voluntate, sicut patet a simili actus namque attingentes in esse veri est actus intellectus, et ratio huius est quia quaelibet potentia habet suum obiectum segregatum ab obiecto alterius potentiae proindeque intangibile ab actu alterius potentiae: tunc sic sed quando attingitur et eligitur creatura prae Deo, proindeque Deus ordinatur ad creaturam actus ille attingit obiectum sub ratione boni. ergo actus ille est voluntatis. tunc sic

Sed actu illo

S. actu illo ponitur illa relatio ordinationis qua ordinatur Deus ad creaturas; ergo actu voluntatis ponitur aliquod obiectum pure fictum et chimericum.

S. 2.do q. a. Si verum esit quod actus electionis quo mediante eligitur hoc obiectum p. alio, v.g. Deus creaturis p. Deo sit actus attingens bonum sub ratione boni saltem apparentis in ordinatione voluntatis, aliud vero est, quod bonum illud fictum sit creatum a voluntate, primum neque est verum, 2.um est falsum q. a. voluntas solum eligit illud bonum apparens creatum fictitie ab intellectu S.d voluntas non fingit nec operat sed supponit obiectum fictum et operatum, v. ad antecedens concesso 1.o Syllog. negatur subsumpta. ob rationes dictas.

§. III.

quid de sensibus internis.

Supponendum est 1.o dari sensus internos, quibus percipiuntur intentiones internae, sive sensatae ut in sensu communi, et Phantasia sive imaginativa, sive insensatae ut in aestimativa, sive cogitativa, et memoria, sive reminiscentia. quae suppositio constat ex libris de Anima.

Secundo Supponendum sensus internos non solum percipere obiecta praesentia, verum etiam absentia, quod verum in omnibus licet de sensu communi stet magna difficultas, an scilicet quod quidam sensus hic possit absentia sentire ut in febricitantibus et somnian[ti]bus aliqui tenent, quod non est huius loci examinare de aliis vero tribus internis sensibus universaliter est verum Phantasia, sive imaginativa, vere absentia attingit ut patet in somniis. aestimativa seu cogitativa, etiam facit suam operationem in obiecti absentia, ut patet in ove fugiente a lupo etiam quando illum non videt, et in memoria similiter quod et constabit ex D. Th. loco infra referendo.

Tertio supponendum est ex libris de Anima sensus internos praesertim tres universaliores formare idola, quod etiam de sensu communi aliqui tenent sed de hoc alibi. suppositio haec praeter dicenda in libris de Anima constat tum ex D. Th. 1. p. q. 12. ar. 9. ad 2 imaginatio (inquit) ex praeceptis speciebus montis, et auri format speciem montis aurei. tum q. a. repugnat attingere obiectum nisi in se, vel in idolo seu verbo; S.d q.do cognoscitur ab his sensibus obiectum absens

non attingit illud in se, et in idolo seu verbo, et cum hoc idolum sit effectus actionis immanentis, sequitur quod omnes sensus interni formant idola. Istis praenotatis sit Dico.

Potentia imaginativa (idem est de aliis internis formantibus idola) potest fingere, et facere entia rationis. Hanc Dico 1º. Et non sit multum communis inter antiquos, tamen eam amplectuntur Joan. Mart. de Prado lib. 1. Log. q. 9. ar. 3. Dominicus Lince lib. 1. q. 2. ar. 5. n. 8. Et licet hi Authores videantur loqui de Phantasia sive imaginativa, tamen ratio probativa vel probat omnes sensus internos illa efformare, vel nil probat. Ex aliis eam tenent Suarez in Metaph. disp. 54. sect. 2. Arriaga Metaph. disp. 6. sect. 2. Ricardus Lince lib. 4. Metaph. tract. 1. cap. 3. n. 18. et ex Scotistis Fuentes, q. 2. Log. diff. 3. ar. 1. Merinerus q. 4. et alii.

Probatur 1º ex D. Tho. q. 8 de Verit. ar. 11. in corpore ubi ait: imaginatione multoties apprehendere res, ut non est quomodo apprehendit eam ut praesentem, et ideo dicit Philosophus 4. Metaph. quod sensus externus non est dominus falsitatis, sed Phantasia aut Imaginatio; quo nil clarius, non solum ad cognoscendam mentem D. Tho. sed etiam ad rationem inveniendam. Quod sic suadeo quia secundum D. Thom. imaginativa attingit objectum quod revera non est ac si esset: sed hoc dare esse pure objectivum; ergo imaginativa fingit et facit ens rationis. = Tu

Urgetur ex D. Tho. loco supra allegato in 3. notabili: imaginativa ex praeconceptis speciebus montis et auri facit tertiam speciem montis aurei; sed mons aureus est ens rationis; cum solum habeat esse objectivum; ergo imaginativa secundum D. Thom. facit ens rationis.

23 Nec valet communis solutio nempe quod imaginativa solum facit ens rationis fundamentaliter non vero formaliter.

24 Non inquam id valet quia esse formale entis rationis est esse solum objectivum cui repugnat existere, atque sit solum esse objectivum: sed mons aureus habet solum esse objectivum cui repugnat existere; ergo est ens rationis formale.

25 A priori probatur Dico 1º quia illa potentia potest facere ens rationis quae potest cognoscere quod non est ac si esset, per inde quod potest cognoscere rem aliter ac est: sed imaginativa potest cognoscere rem aliter ac est: ergo imaginativa facit ens rationis: maior videtur certa quia cum esse entis rationis formalis sit esse tantum objective

Ultimo et major, quod oculis habentibus dispositionem ... est quod dicit quod ens rationis est quod solum habet esse objectivum in intellectu rei particularis definitionis, aliquam hoc petitio non habet locum, cum etiam exercitetur ab auctoribus nostris in hac adversantibus interpretis quod ... particula non ponitur nisi ut pars definitionis, ut exemplum.

ẽẽ tm̃ obiective, ꝑ inde ẽẽ cui repugnet existere realiter illa
pōa faciet ens rationis quę cognoscit obiũ aliter ac ẽ realiter. ꝑ ꝑ
min. q̃ illa pōa pōt. cognoscere rẽ aliter ac ẽ quę pōt. tribuere
illi ẽẽ pure obiectivũ, ṡ. imaginativa pōt. tribuere obiecto ẽẽ pu-
re obiectivũ q̃ pōt. cognoscere rẽ aliter ac ẽ. mai. videtr constans q̃.
ẽẽ pure obiectivũ ẽ ẽẽ aliter ac ẽ in se, neq̃ realiter, ꝑbr. min:
q̃. eo ipso quod imaginativa formet idolũ, idolo ase efformato ex
suis acceptis speciebus tribuit ẽẽ pure obiectivũ, ẽ tribuit ẽẽ
pure obiectivũ ans ꝑbq̃. illud idolũ ase efformatũ neq̃
mons aureus hẽt ẽẽ cui repugnat existere realiter. ẽ ẽ
ẽẽ pure obiectivũ. 26

S. dices quod idolũ illud ẽ quid conflatũ re-
sultans ex ꝑconceptis speciebus, ac ꝑ inde hẽt idẽ ẽẽ reale ac hent
species ex quibus resultat. ṽ. imaginativa percipit semper aliqd
reale. obiective pręsens ut realiter absens. 27

S. 2. argumentor sic
quia illud ẽẽ obiectivũ quod hẽt illud idolũ neq̃ mons au
reus n. componitr intrinsece, ex ẽẽ quod hent species ꝑconceptę
ibi conservatę, existentes, sũ q̃. modus sic componendi ẽ valde
materialis repugnans lineę intentionali. sũ q̃. aliaz imaginati
va n. hent vim efformandi tertię specis diversę a primis ꝑexis
tentibus quod ẽ. ḋ. D. Th. ẽ loco allegato, ẽ ḋ. doctrina doc
toribus receptę in libris de anima ut supra annotavimus. ẽ
probatr hęc sequella q̃. vera ẽ rigorosa efformatio debet
ẽẽ similis efformationi tertię speciei quę fingit intellectus, ṡ. illa
tertia species distinguitr ab speciebus ꝑexistentibus in intellectu. ẽ.
similiter debet accidere in phantasia si ẽẽt ṽ. activa ad sibi
efformandã tertiã speciẽ. sũ q̃. ut vidimus ex D. Th. loco allegato
ex q. 3. de verit. iuxta philosophus fantasia pōt. falli ṡ. fallitr
quando percipit quod n. ẽ ac si ẽẽt ẽ n. percipit idolũ
quod est. sed potius dat ẽẽ pure obiectivũ 28

S. dices quod illud ẽẽ ob-
iectivũ quod hẽt illud idolũ neq̃ mons aureus, debet ẽẽ
quid reale ut n. sit idẽ ac ẽẽ reale ꝑexistentium specierum. ẽ
n. ẽ ẽẽ pure obiectivũ. ans ꝑbr. q̃. debet illud ẽẽ diminuti.

intra sphaeram obiecti adq. Phantasiae, S. obiectum Phantasiae sive Imaginativae est quid reale sensibile; ergo illud esse est aliquid reale ac proinde non est esse pure obiectivum;

29 S. Co. quod obiectum Phantasiae est quid sensibile abstrahendo a vero vel ficto reali vel apparenti, praesente vel absente, ac proinde ex eo quod illud esse contineri debeat intra sphaeram obiecti adaequati Phantasiae non ex inde concluditur quod sit aliquid reale.

30 S. dices quod illud esse est esse reale saltem possibile cui non repugnat existere ergo non est esse pure obiectivum, ac proinde nec ens rationis contra suadita. ergo esse illud quod Phantasia percipit in illa specie non est substantiale, ut patet cum obiectum Phantasiae non sit substantia, S. tamen est esse accidentale nempe esse coloris substantiali formae et figurae hoc enim solum modo percipit Phantasia S. tamen hoc existere potest artificialiter cum artifex possit montem aureum depingere ergo illud esse quod Phantasia attingit non est esse pure obiectivum cui repugnet existere.

31 S. Co. quod ut facile solvatur replica apparentia. apponamus exemplum in alia chimera nempe in Hipocentauro vel in hircocervo semoventibus ab intrinseco, et vitaliter, iudicet ergo Phantasia, quod illae chimerae semovent. tunc cum illud obiectum nec artificialiter non potest existere cum semoveri ab intrinseco non possit imitari ab arte nullatenus, nec de moreo activitate; ~~tum ergo arguens videtur velle destruere chimeras omnino impossibiles ut ad ipsas est impossibile, quae ita necessarium est dari repugnantia impossibilia sicut possibilia in repugnantibus.~~ tum ergo arguens vidit velle destruere cognitionem Phantasticam impossibilium, quod magis impossibile est, siquidem evidenter cognoscitur in somniantibus cognoscere obiecta omnino impossibilia.

32 Tum ergo imaginativa discurrit circa singularia; sed in illo discursu necessario involvitur comparatio antecedentis et consequentis quae comparatio impossibilis est quod sit, ac proinde solum habet esse per operationem Phantasiae ~~intellectus~~ ergo imaginativa facit ens rationis, maior est evidens ut patet in somniantibus et insuper constat ex D. Tho. 1. p. q. 84. ar. q. in corpore ubi sic ait:

e.n. collativa

est n. collativa intentiones individualis, sed ratio intentionis universalis

min. etiam constat non discursus necessario includit ordinem unius post ali- terminis ad aliud, et de primo ad ultimum sequitur quod imaginativa facit 33

ens rationis.

Sed dices quod discursus potentiae sensitivae est circa singula- ria, ut patet ex loco allegato ex philosopho et ex libris de anima ubi dicitur intellectus est universalium, sensus vero singularium. Item quia illae inten- tiones sunt materiales et sensibilibus accepiunt non sunt entia rationis. 34

Sed contra quia etiam si discursus ille sit circa singularia non probatur quod non detur ens rationis in illo discursu ex quo recepit solutio. ans suadetur quia etiam si ille discursus sit circa singularia includit essentialiter colla- tiones, et separationes unius ad aliud, sed illa separatio habet solum esse obiectivum cui repugnat existere; ergo est ens rationis. Ad 2um respondeo quod etiam si illae intentiones sint materiales et sensibiles tamen sunt entia rationis quia non sunt materiales et sensibiles vere sed apparen- ter et mere obiective accepiunt fictitie. 35

Iterum dices quod ex hoc solum suadetur quod detur ens rationis fundamentale non vero formaliter, quia ibi solum datur fundamentum ut intellectus fingat. 36

Sed contra quia esse formale entis rationis est esse tantum obiective, fictum, cui repugnat existere; sed cum hoc esse habeant illae intentiones phantasticae et imaginatae inde est quod sunt entia ratio- nis non solum fundamentaliter sed formaliter. 37

Sed iterum dices quod sola illa potentia quae est reflexiva potest facere ens rationis, sed imaginitiva non est re- flexiva, sed solum intellectus, ergo imaginativa non facit ens rationis, sed solus in- tellectus maior probatur: quia solum potest fieri ens rationis per actum quo cognoscitur; sed actus quo ens rationis cognoscitur est reflexivus, ergo ens rationis solum potest fieri mediante potentia reflexiva. 38

Sed contra quia nullo modo probatur: quod ens rationis exigat necessario reflexionem nam etiam si intellectus sit reflexivus non ideo facit ens rationis, sed quia tribuit esse obiectivum fictum, et cum hoc possit facere ima- ginativa inde est quod imaginativa potest facere ens rationis; maior suadetur quia intellectus saepe absque reflexione plura facit entia rationis, ut quando affir- mat sane propositionem, v.g. homo est animal absque advertentia, et hoc primo

Constat in hominibus scientia carentibus, qui affirmant et negant absque reflexione et cognitione entis rationis signata, et ratio huius est quia ens rationis dupliciter potest cognosci, exercite nempe, et signate, et si ergo ad cognitionem signatam entis rationis sit necessaria cognitio reflexa, secus accidit in cognitione exercita; Ergo quando cognitio reflexa ex terminis solum dicit cognitio cognitionis praecedentis; ergo ex terminis non requiritur ad ens rationis ac proinde intellectus non ideo facit ens rationis quia est reflexivus, sed quia cognoscit quod non est ad modum entis... ans. patet et sic bene probatur quia ens rationis solum dicit confictum et chimericum, ergo non includit cognitionem reflexam praecedentis cognitionis.

39 Obiicies quod magis distat ab imaginativa, et phantasia, ~~[illegible]~~ ens rationis, quam Angelus; sed imaginativa non potest cognoscere Angelos; ergo neque ens rationis. maior patet maior quia ens rationis est nihil sed maior distantia est inter nihil et imaginativam, quam inter ipsam imaginativam et Angelum, ergo maior distantia est inter inter ens rationis et imaginativam quam inter ipsam, et Angelum.

40 Sed dico quod maior est vera de distantia in esse entis non vero in esse obiecti quia obiectum phantasiae sive imaginativae extenditur ad sensibile chimericum, non vero ad Angelum ac proinde non tenet ~~[illegible]~~ argumentum factum.

41 Pro complemento huius dubii noto quod licet imaginativa seu phantasia, et quaelibet alia potentia interna possit facere ens rationis hoc non debet intelligi de quolibet ente rationis sed de aliquibus quia aliqua entia rationis exigunt determinate fieri ab intellectu ut sunt entia rationis quae fiunt cum fundamento in re, et quae exigunt cognitionem ipsius fundamenti illa exigunt fieri

Opus. 42 cap. 1 ab intellectu. Unde quando divus Thomas inquit quod tunc fit ens rationis quando intellectus nititur apprehendere id quod non est acsi esset vel loquitur de solis entibus rationis, vel quod verius iudico loquitur de ente rationis quod fit ab intellectu ut in causa magis cognita ac proinde illa sua propositio

3 non debet intelligi exclusive, id est quod tunc fit, et non aliter. sed debet intelligi exemplariter, id est quod apposuit ibi exemplum ut in causa magis nota, et ideo ob id negavit imaginativam facere ens rationis cum ut videmus in probatione nostrae conclusionis. absolute affirmet quod imaginativa facit ens rationis.

§. IV.

§. IV.

Quo actu intellectus fiat ens rationis.

Suppono primo intellectum facere ens rationis. quod constat ex eo quod illa 42
potentia quae potest cognoscere quod non est admodum entis potest facere ens rationis; sed intellectus potest cognoscere quod non est admodum entis; ergo intellectus potest facere ens rationis. maior constat ex eo quod illa potentia quae potest cognoscere quod non est admodum entis potest tribuere enti rationis esse pure obiectivum; sed essentia entis rationis consistit in illo esse pure obiectivo; ergo potentia quae potest cognoscere non ens ad modum entis potest facere ens rationis. minor etiam constat atque inter certum est quod intellectus potest facere ens rationis.

Unde infertur quod male aliqui probant quod intellectus potest fa- 43
cere ens rationis ex eo quod ens rationis est quod solum habet esse obiective in intellectu; aiunt enim hanc diffinitionem manifeste indicare quod intellectus facit ens rationis; male inquam probant hi Authores quia ut vidimus illa non est diffinitio entis rationis alias constaret evidenter quod solus intellectus facit ens rationis quod esse falsum ostendimus cum plurimis Thomistis. Unde ut probetur debet efformari ratio hoc modo ens rationis est quod solum habet esse obiectivum; sed in intellectu potest habere esse obiectivum, ut constat. et ut docet D. Tho. quia ait quod tunc fit ens rationis quando intellectus nititur apprehendere id quod non est ac si esset. ergo intellectus potest facere ens rationis. Unde difficultas quo actu intellectus fiat ens rationis. quod ut clarius percipiatur.

Secundo notandum est 44
operationem intellectus esse in triplici differentia. 1a est simplex apprehensio qua cognoscitur obiectum secundum se absque eo quod aliquid affirmetur vel negetur de illo, 2a est iudicium qua ~~aliquid~~ cognoscitur obiectum per compositionem aut disiunctionem aliquid affirmando vel negando de illo, 3a est discursus quo unum ut illatum ex alio cognoscitur. iterum intellectus his operationibus potest cognoscere directe vel reflexe, directe cognoscit quando actus intellectus terminatur ad obiectum cognitum; reflexe vero quando obiectum cognitum est ipse actus intellectus quo se cognovit obiectum, unde dicitur ~~ergo~~ quod cognitio directa est conceptus rei, cognitio vero reflexa conceptus alterius conceptus. rursus cognitio directa alia est comparativa, alia absoluta, cognitio comparativa est illa qua cognoscitur obiectum cum ordine et habitudine ad aliud; e contra vero cognitio absoluta est illa quae cognoscitur obiectum absque ordine ad aliud, ut cognoscitur v.g. natura humana.

per propria species. Rursus cognitio comparativa alia est simplex
alia composita. 1.a pertinet ad simplicem apprehensionem, ut cum cogno
scitur aliquid cum habitudine ad aliud nihil affirmando vel negando.
ex.o v.o composita cognitio est quae pertinet ad iudicium, ut cum cog
noscitur aliquid cum ordine ad aliud affirmando vel negando. Rursus
composita cognitio comparativa alia est vera alia falsa, vera quae
affirmatur aliquid quod in re est, falsa vero ex.o oppositum.

45 Prima
sententia asserit ens rationis fieri per quemcumque actum intellectus, sive
directum, sive reflexum, abstractum, sive comparativum, simplicem, sive compositum
46 ita Prado lib. 1 log. q. 9. § 1. n. 1. = 2.a ait cogni
tionem reflexam requiri necessario ad entis rationis efformationem ita ali-
qui Thomistae quibus videtur adhaerere M. Lerma et P. Complutenses.
47 3.a asserit requiri iudicium falsum, ac proinde limitant forma
tionem entis rationis ad 2.am operationem intellectus ita Plures
Jesuitae, inter quos P. Lincecus q. Metaph. tract. 1. cap. 3. Echallaz
48 tract. 3. Metaph. cap. 3. disp. 8 ==== 4.a sententia asserit non requiri
cognitionem reflexam ad efformationem entis rationis, immo per hanc cog
nitionem reflexam non posse fieri = insuper ait cognitionem iudicativam non
esse necessariam sed posse fieri per actum simplicis apprehensionis. ac
denique ait haec ultima sententia quod nullum ens rationis potest fieri
per cognitionem abstractam, sed requiri necessario cognitionem comparativam.
49 Sit nostra conclusio haec quarta sententia. Et in primis quoad asserit
cognitionem reflexam non requiri ad efformationem entis rationis immo nec per
illam posse fieri suadetur. Quia illa cognitio est, quae potest facere ens rationis, quae
potest habere pro obiecto ens pure obiectivum, sive ens fictum, sed cognitio re
flexa habet pro obiecto aliquid reale non vero ens pure obiectivum sive
fictum; ergo cognitione reflexa fieri nequit ens rationis. Maior constat. et min-
probatur: quia cognitio reflexa cum sit conceptus alterius conceptus habet pro obiecto
actum intellectus; sed actus intellectus est aliquid reale; ergo cognitio reflexa
habet pro obiecto aliquid reale.

50 2.a pars nempe per simplicem apprehensionem
posse fieri ens rationis probatur: quia ad hoc ut aliqua cognitio possit face
re ens rationis sufficit quod illa possit quod non est cognoscere ad modum
entis, sed simplex apprehensio per simplicem apprehensionem comparativam
hoc potest.

comparatio

hoc pot. cognoscere, q. per simplicem apprehensionem pot. fieri ens rationis.
mai. e evidens, et min. colligitur ex D. Th. dicente quod hunc sit
ens rationis q. intellectus nititur apprehendere id quod n. e. ac si
eet. ubi nota l. apprehendere quod solum cum proprietate pot. ve
rificari de prima operatione intellectus et insuper probatur ratione
q. cognitio simplex comparatio pot. cognoscere quod n. e ac si eet.
ergo pot. facere ens rationis. ans probatur q. ideo iudicium comparativum
pot. affirmare vel negare de aliquo obiecto aliquam fictionem q. pri-
us per simplicem apprehensionem cognovit illam fictionem ad modum entis re-
alis. ergo simplex comparatio pot. cognoscere quod n. e ac si eet. ans
prob. et explicatur q. q. intellectus facit de facto hanc praedicationem v.g.
homo e animal quae fit per actum iudicii supponit necess. cognitum
subiectum et praedicatum per simplicem apprehensionem ex quo subiectum v.g. homo
cognoscatur absque conditionibus individualibus, et similiter praedicatum
fingitur necess. per simplicem apprehensionem secundam intentionem generis ex
parte praedicati et secundam intentionem speciei subiicibilis ex parte subiecti. v. ne
cess. antequam proferret illam propositionem cognovit vel finxit relatio-
nem hominis ad animal alias n. posset affirmare coniunctionem illorum
extremorum.

Nec valet dicere quod ens rationis tantum pot. fieri per cogniti-
onem quae cognoscatur non ens ad modum entis; s. hoc solum pot. fieri per
iudicium falsum; ergo ad efformationem entis rationis requiritur iudicium falsum.
mai. constat et min. prob. q. eo ipso quod cognoscatur quod n. e ac si eet fal
so attribuitur illud ee obiectum obiecto cognito; ergo necess. requiritur iudi 52
cium falsum.

Non improbe ita valet q. ad hoc ut concipiatur obiectum aliter
ac e in se ac proinde fiat ens rationis n. requiritur cognitio enuntiative
attribuens ee pure obiectivum; s. sufficit cognitio apprehensive attri
buens ee obiectivum; quod et ratione, et exemplis et insuper instantiis
pot. suaderi; instantiis quidem quia imaginativa re. dicta facit ens ra
tionis et constat quod imaginativa vel alia potentia cognoscitiva interna n.
pot. attribuere enuntiative ee pure obiectivum s. solum apprehensive
ergo potiori titulo hoc poterit facere intellectus. exemplis q. experientia
constat nostrum intellectum concipere (antequam affirmet) privationem lucis
v.g. ad modum formae positivae. et postea affirmat. ratione, q. in simpli-
ci apprehensione reperitur comparatio, ergo poterit illa cognitio simplex

comparativa cognoscere non ens ad instar entis ac proinde facere ens rationis.

53 Ultima propositio contra Scotistas est. requiri necessario cognitionem comparativam et inde quae non sufficere cognitionem absolutam ad efformationem entis rationis probatur quia eatenus intellectus facit ens rationis quatenus cognoscit quod non est ad modum entis, sed cognitio non entis ad modum entis est cognitio connotativa sive comparativa non absoluta ut constat ergo ad efformationem entis rationis requiritur cognitio comparativa maior constat et minor non videtur minus clara cum cognitio connotativa sit cognitio quae unum ad similitudinem alterius cognoscitur. Et insuper probatur quia cognitio quae cognoscit ens rationis est cognitio cui deservit species entis realis ut diximus cum ens rationis non habeat propria species. sed cognitio obiecti cuius non datur species propria est necessario cognitio connotativa et respectiva ut patet in cognitione rei spiritualis pro hoc statu. et in cognitione abstractiva rei cuius non fecerit cognitio propria; ergo cognitio quae cognoscit ens rationis erit necessario cognitio comparativa;

54 Si dices ergo imaginativa non potest facere ens rationis. probatur consequentia quia imaginativa non potest comparare ergo si per nos ad efformationem entis rationis requiritur cognitio comparativa ergo imaginativa non potest facere ens rationis.

55 Respondeo concedo quod licet imaginativa non possit comparare signate potest tamen comparare exercite et hoc sufficit ad efformationem entis rationis facti ab imaginativa quod potest instari in probabiliori sententia asserente imaginativam posse uti signo, in quo usu necessario invenitur comparatio saltem exercite, licet non signate et reflexe.

56 Si replicabis ex alio capite; ergo omne ens rationis est relativum ac proinde male diximus ens rationis dividi in privationem negationem, et relationem. Consequentia probatur quia per nos omne ens rationis fit per actionem comparativam; sed ad actionem comparativam sequitur necessario resultare ens comparatum sive relatum; ergo omne ens rationis est relativum.

57 Respondeo concedo quod negatio et privatio sunt entia rationis relativa fundamentaliter, non vero sunt relativa et proinde possunt fieri per actionem comparativam neque in

neq in hoc distinguuntur entia rationis pure relativa ab entibus rationis absolutis, ut relationis; Sed dices quod entia rationis pure relativa respiciunt vel terminum vel purum suum et sic proinde fiunt ad modum entis realis, et praecipue consistunt in respicientia ad terminum vel purum ipsum. alia vero entia rationis non respiciunt suum ut purum suum sed in se et a se habent suam entitatem et suum esse fictum licet sit ad instar entis realis in quo 56
consistit esse se relativa. Respondeo dices

Si replicabis quod relatio rationis exigit ad sui efformationem duplicem cognitionem comparativam, hoc est contra primo: nam relatio rationis eo ipso quod sit ens rationis, ac per inde exigat cognosci ad modum relationis realis exigat unam comparationem ad cuiusmodi considerationem, et ex alia exigat cognosci cum ordine ad suum ut ad purum suum ad cuius 59
modi cognitionem exigat aliam comparationem.

Et nego consequentiam et ratio est quia eadem cognitione qua cognoscitur relatio rationis cum ordine ad suum ut ad purum suum cognoscitur connotative ad similitudinem entis realis sive relationis realis, ac per inde non exigit duplicem cognitionem comparativam et sic omnia entia rationis conveniunt in eo quod fiunt media cognitione comparativa, sive connotativa, at vero relationes rationis distinguuntur ab aliis in eo quod relationes rationis non solum cognoscuntur ad similitudinem relationis realis et per omnem speciem, sed insuper inspiciunt suum ut purum suum et sic negatio et privatio solum exigunt cognosci per modum positivi non vero respiciunt suum ut purum suum, 60

Infers per quod operationem intellectus et voluntatis posse aliquem fieri aliqua entia rationis ut secunda intentio propositionis quae fit per actionem comparativam enuntiativae et secundae intentionis syllogismi, antecedentis et consequentis fiunt per comparationem discursivam.

Quaestio IV.

§. I.

Utrum Deus faciat ens rationis 1

Postquam de potentiis hominis egimus, explicando quomodo quaeque illarum vim entis rationis factivam obtineant; quid de intellectu divino circa ipsius entis rationis ~~[illegible]~~ factionem tenendum sit operae pretium duximus

Et cum non desit philosophorum stylo sententiarum magna, et quaestio praesens locum etiam obtineat 1. p. q. 14. tamen visum fuit eam disputandam in hoc loco proponere, cum merito, cum ex eius enodatione quidditatis entis rationis cognitio haud parum elucescat. quia in re non est concors philosophorum sententia.

2.. Prima sententia ait Deum non solum non facere entia rationis sed neque ea cognoscere. ita Vazquez 1. p. disp. 116. cap. 3. cui videtur adhaerere Alarcon tract. 2. disp. 3. cap. 6. licet cap. 7. clarius se explicet et dicat quod Deus non cognoscit entia rationis passionis, id est per dissensum quod omnes fatentur.

3 Secunda sententia asserit Deum omnia entia rationis cognoscere, et facere. ita aliqui ex thomistis inter quos praecipue tenet hanc sententiam P. M. Aguirre. tract. 2. disp. 10. sect. 3. n. 23.

4 Tertia sententia et dicat quod Deus cognoscit omnia entia rationis facta ab intellectu humano tamen asserit non omnia fieri a Deo sed aliqua secundum respectus ideales. ita Caiet. Bañez. et ex novissimis. Martinez de Prado lib. 1. log. q. 9. § 9. n. 49.

5 Quarta denique sententia ait Deum cognoscere omnia entia rationis sed tamen nullum facere: ita Serna. lib. 2. log. q. 5. Domin. Srice. lib. 1. log. q. 2. ar. 7. n. 6. et 9. Gonet. 1. p. tract. 3. disp. 2. ar. 3.

6 Sit prima conclusio: Deus cognoscit omnia entia rationis facta ab intellectu humano vel angelico. Probatur 1. authoritate D. Th. 1. p. q. 14. ar. 9. ubi sic ait. *Quaecumque sunt in potentia creaturae sive activa sive passiva sive opinandi, sive imaginandi sive quocumque modo significandi omnia cognoscit Deus.* sed in potentia factiva hominis sunt entia rationis ergo a Deo cognoscuntur.

7 Prob. 2. illud Psalm. 83 *Dominus scit cogitationes hominum quoniam vanae sunt* ergo Deus cognoscit obiecta cogitationum hominum: tunc sic sed plura obiecta sunt entia rationis ergo Deus cognoscit entia rationis.

8 Probatur conclusio ratione quia Deus comprehendit comprehendit perfectius per intellectivam hominis et eius actus ac primo comprehendit actus quibus facimus entia rationis; ergo etiam comprehendit et cognoscit entia rationis. antecedens constat consequentia vero evidens est siquidem cognitio Dei est perfectissima atque comprehensiva. 2. consequentia probatur: quia implicat quod comprehendatur aliquis actus absque eo quod comprehendatur obiectum actus, sed obiectum actus factivi entis rationis est ens rationis ergo Deus cognoscit et comprehendit ens rationis. tunc quia ens rationis est effectus actus

actus intellectus. Sed implicat quod comprehendatur causa absque eo quod cognoscatur, vel comprehendatur effectus. ergo si Deus cognoscit et comprehendit actus intellectus quibus fiunt entia rationis a fortiori cognoscat 9
et comprehendet entia rationis.

Si dices quod stat Deus comprehendat actus intellectus quibus fiunt entia rationis stat etiam ut comprehendat entia realia ad quorum instar fiunt entia rationis. 10

Sed contra. quia ad comprehensionem actus intellectus non sufficit cognitio obiecti indirecti et secundarii actus intellectus sed requiritur quod cognoscatur obiectum directum et primarium actus. Sed obiectum primarium et directum est ens rationis ergo necessario debet cognosci ens rationis. Item quia cognitio comprehensiva perfectissima debet ad omnia se extendere ergo sive ens rationis sit obiectum primarium actus factivi, sive secundarium debet cognosci a Deo. Item quia perfectior est cognitio quae se extendit ad omne cognoscibile quam quae non se extendit. Sed ens rationis sive sit obiectum primarium sive secundarium actus factivi est quid cognoscibile ergo debet cognosci a Deo. Item quia Deus comprehendit hanc propositionem Chimera non est possibilis. cognoscit Deus hoc iudicium esse verum; ergo cognoscit extrema huius propositionis ergo cognoscit chimeram 11

Si iterum dices ex alio capite quod stat quod Deus comprehendat actus intellectus humani quibus fiunt entia rationis, quin ex hoc sequatur quod debeat comprehendere entia rationis; assumptum probas paritate desumpta ex scientia infusa Christi Domini. nam communiter probabilissime scilicet Thomistarum stat quod Christus Dominus per scientiam infusam comprehendat visionem beatificam, quin comprehendat per ipsam scientiam Deum obiectum visionis beatificae; ergo a similitudine poterit stare quod Deus comprehendat actus intellectus quibus fiunt entia rationis quin ex hoc sequatur quod debeat comprehendere entia rationis. 12

Similiter alia paritate evadetur assumptum quia in sententia probabilissima asserente Angelum inferiorem comprehendere stricte superiorem, vel etiam ~~[illegible]~~ ~~[illegible]~~ speciem Angeli superioris, per speciem Angeli inferioris cognoscit Angelus inferior comprehensive ~~[illegible]~~ speciem Angeli superioris, quin ex hoc convincatur per eandem speciem comprehendi obiectum speciei Angeli superioris, nec convincatur speciem Angeli inferioris esse ita universalem ac speciem Angeli superioris; hinc sic in hac sententia comprehenditur species Angeli superioris per speciem Angeli inferioris, quin

comprehendatur obiectum speciei Angeli superioris; ergo similiter poterunt comprehendi actus quo fiunt entia rationis quin comprehendantur immo nec cognoscantur entia rationis.

13 Secundo arguitur sic, et admissis, disputationis gratia illis sententiis nego paritatem unde concesso antecedente nego consequentiam et ratio discriminis est quia comprehensio Dei est longe maior quam comprehensio Christi Domini quam habet per scientiam infusam respectu visionis beatificae et etiam est longe maior quam comprehensio quam Angelus inferior habet respectu speciei Angeli superioris, atque inde potest stare quod Christus Dominus comprehendat visionem beatificam per scientiam infusam, quin comprehendat suum obiectum visionis, et similiter potest stare quod Angelus inferior comprehendat speciem Angeli superioris quin per illam speciem comprehendat obiectum speciei Angeli superioris, et ratio disparitatis est: quia comprehensio Dei est identice infinita atque inde ambit omne intelligibile, e contra vero comprehensio Christi Domini per scientiam infusam non est identice infinita neque comprehensio Angeli inferioris est identice infinita atque inde potest stare comprehensio unius quin necessario debeat concedi comprehensio alterius. Sed haec ad Theologos remittamus.

14. Instabis: Pater Vazquez probat ulterius dictam conclusionem quia in sententia huius Authoris actus liber Dei constituitur per aliquid rationis; sed etiam in sententia huius Authoris Deus cognoscit suos actus liberos, alias operaretur ad extra caeco modo. ergo cognoscit entia rationis.

15 Verum tota difficultas praesens devolvitur ad efformationem entis rationis, possit vel ne illa facere intellectus divinus. Et cum intellectus divinus sit infinitae virtutis et activitatis constat quod si Deus non facit entia rationis erit quia eius efformatio activa involvet imperfectionem, e contra vero si potest denudari ab imperfectione poterit attribui Deo. Hoc posito. sit secunda conclusio.

16. Intellectus divinus non potest sua cognitione facere ens rationis. Probatur: Primo conclusio ratione deducta ex Divo Thoma Opusc. 42. cap. 1. ubi sic ait: Ens est obiectum intellectus primum, cum nihil sciri possit, nisi solum quod est ens actu, ut dicitur 9 Metaphys. et nec oppositum eius intelligere potest intellectus scilicet non ens, nisi fingendo (nota) ipsum ens aliquomodo quod cum intellectus apprehendere nititur efficitur ens rationis. ubi Divus Thomas manifeste ait quod ad efformationem

entis rationis

entis raonis requireretur cognitio fingens, quae cognitio repugnat Deo.

Pbr: 2º Ex 1º raone. q. formatio entis raonis derogat per- 17
fectioni divini intellectus; ergo Deus non facit ens raonis. Cons patet et
ans pbr: q. formatio entis raonis necess includit quod qui for
mat ens raonis apprehendat obj aliter ac e in re attribuendo
nempe obiecto aliquid quod in re non habet; Sed hoc derogat per-
fectioni divini intellectus; ergo formatio entis raonis derogat perfec-
tioni divini intellectus. explicatur maior. q. essentia entis raonis
consistit in eo quod ex parte obiecti correspondeat aliquid quod non est
acsi eet, Sed Deus necess cognoscit obiectum ut e in se alias falleretur
ergo necess qui format ens raonis debet cognoscere obiectum aliter ac 18
e in se.

Confirmatur et explicatur magis haec rao: nam q. Deus e prima
veritas in dicendo repugnat ut proferat aliquam propositionem aliter ac
e in sua mente. ergo similiter q. Deus e prima in cognoscendo re-
pugnabit quod cognoscat rem aliter ac e in se; Cons pbr: q. ideo
nequit dicere rem aliter ac e in sua mente quia alias mentiretur
quod decet Deum, Sed etiam falleretur cognoscendo rem aliter ac in se
ergo sic repugnat unum ita et aliud. et rao e q. sicut veritas prolationis consi-
stit in conformitate cum re concepta ita veritas cognitionis consistit in confor
mitate intellectus cum obiecto prout e in re 19

Si dices quod potius ex hac
contra raone convincitur Deum efformare entia raonis quia eo precise quod
Deus sit prima veritas in cognoscendo debet cognoscere omnia eo modo
quo exigunt cognosci; Sed ens raonis exigit cognosci aliter ac e in
se. ergo Deus cognoscit rem aliter ac e in se atque inde formant ens ra-
onis. maior constat et minor videtur ee de essentia entis raonis.

Sed Dico q. etiam si ens raonis exigat cognosci aliter ac e in se 20
hoc ideo non potest fieri a Deo q. Deus solum potest cognoscere rem ut e
in se quod sit suadeo maior perfectio e cognoscere obiectum confor
mandose illi quam non conformandose illi sed cognitio factiva entis ra
onis exigit ee sine conformitate cum obiecto prout e in re; ergo cog
nitio factiva entis raonis e imperfecta ac proinde repugnans Deo. 21

Si dices quod non repugnat Deo cognoscere rem aliter ac
e in se; ergo contra rao non subsistit ans pbr: q. Deus cognoscit res

materialis modo immateriali, et res compositus modo simplici, et deus potest cognoscere res aliter ac est ipse, ac proinde potest non conformari obiecto absque eo quod sit imperfectio.

22 Ad 2.m Dicunt aliqui penitus evacuari difficultatem, nota quod ens rationis exigit cognosci ut stat aliter ac est ipse ex parte rei cognitae et ex parte cognoscentis. ex parte rei cognitae quia nempe attribuatur obiecto esse quod non habet nec potest habere, ex parte cognoscentis et hoc potest esse dupliciter potest namque cognitio non conformari obiecto in esse entis, et potest non conformari etiam in esse repraesentationis et similitudinis. non conformitas in esse entis est quando cognitio entitative est spiritualis, simplex, infinita, aeterna, et obiectum est materiale, compositum et finitum, haec non conformitas non obstat veritati cognitionis siquidem Dei cognitio est actus purus, infinitus, aeternus, et alia huiusmodi, et lapis cognitus hoc non habet. non conformitas in esse repraesentationis et similitudinis est quando obiectum repraesentatur active aliter ac est ipse, et haec non conformitas obstat veritati cognitionis, quae ut sit vera debet esse similis, cum alias sit, obiecto cognito, ens ergo rationis exigit cognosci aliter ac est ipse ex parte rei cognitae et ex parte cognoscentis aliietate similitudinis et repraesentationis. quia non solum attribuitur obiecto aliquod esse quod in se non habet sed etiam similitudo quam habet intellectus ad efformandum ens rationis est non conformis obiecto ut est in re alias non fingeret. Verum per hoc potest ad formam unam et si deus possit cognoscere obiectum cognitione in esse entis non conformi obiecto, tamen non potest illud cognoscere cognitione non conformi in esse repraesentationis et similitudinis et proinde constat ex hoc capite repugnantia ut deus efficiat ens rationis.

§ II

Obicies difficile argumentum.

23 Nam primo D. Th. 1. p. q. 15. ar. 2. ad. 3. Respectus quibus multiplicantur ideae, non causantur a rebus, sed ab intellectu divino comparante suam essentiam rebus. ex qua authoritate sic efformo rationem respectus illi quibus multiplicantur ideae sunt aliquid rationis

Cum

cum in Deo non dentur aliæ relationes reales præter quatuor à theologis annumeratas, aliæ causantur a Deo; ergo entia rationis fiunt a Deo. insuper comparare extrema realiter non separata imo quæ implicant realiter separari est fingere seu facere relationes rationis; sed Deus separat extrema realiter non separata, nempe separat suam essentiam à rebus, ut ait D. Tho. ergo facit Deus ens rationis.

Ulterius nam D. Tho. ibidem solut. ad 4. respectus multiplicantes ideas non sunt in rebus creatis sed in Deo, non tamen sunt reales sicut illi quibus distinguuntur personæ sed sunt respectus intellecti a Deo. ergo ubi D. Tho. ait quod respectus ideales non sunt reales sicut relationes quibus constituuntur personæ divinæ sed inquit quod sunt respectus rationis intellecti a Deo, ergo D. Tho. sentit quod Deus facit ens rationis. 24

Fateor difficultatem litteræ D. Tho. 25 sed tamen interpretanda est littera D. Tho. et trahenda ad omnes sensus ut faciant ——→ gravissimi Thomistæ; est communis solutio quod Deus causat illos respectus fundamentaliter non vero formaliter quatenus eo ipso quod Deus cognoscat suam essentiam diversimode imitabilem a creaturis præbet fundamentum intellectui creato ut fingat ens rationis.

Vera solutio sed difficillis præsertim ad litteram D. Tho. quia D. Tho. absolute ait quod Deus separat suam essentiam a rebus. ac proinde non videtur quod prædicta solutio possit habere locum. 26

Sit ut quomodo possit evacuetur difficultas respondeo quod etiam si D. Tho. videatur dicere quod Deus separat suam essentiam a rebus ac proinde videatur loqui in sensu formali, tamen revera loquitur in sensu fundamentali, et ratio huius est quia cum eorum intellectus sit limitatus non possumus percipere quod Deus cognoscat suam essentiam diversimode imitabilem a creaturis absque eo quod fingat respectus rationis sicut nos illos fingimus ad illos respectus ideales dignoscendos. ac proinde quoad explicari explicatur ut si revera Deus fingeret illos respectus; ac proinde D. Tho. explicans illos respectus videtur illos explicare per respectus formales rationis, cum revera non sint formaliter sed solum fundamentaliter et quoad explicari, et ratio a priori huius est quia Deus ad cognoscendam suam essentiam diversimode imitabilem a creaturis non requiritur quod cognoscat obiectum sive suam essentiam 27

aliter ac e in re, sive ficticio modo, hic n. modus cognoscendi e proprius modus intellectus imperfecti, S. Deus ut cognoscat suum esse diversimode imitabile sufficit quod cognoscat suum esse ut e in re, alioquin metiremur modum quo Deus cognoscit suum esse ex modo quo nos eum cognoscimus quod e absurdum sufficit n. quod Deus cognoscat respectus reales quidam ex parte creaturarum ut cognoscat diversimoda imitabilitate quae sortiuntur creaturae.

28 Nec valet dicere quod illi respectus ideales si aeterni ac proinde ficti ab aeterno a Deo cum ab aeterno n. dentur creaturae a quibus fingerentur illi respectus;

29 Non inquam id valet quia licet ab aeterno n. dentur creaturae realiter existentes in propria mensura dantur tamen existentes in mensura superiori nempe in aeternitate, ut communiter docent Thomistae 1. p. q. 14. ar. Videlicet cum ab aeterno sint creaturae in aeternitate inde e quod iste datur medium ut Deus cognoscat tum respectus fictos tum illas relationes reales quae referuntur creaturae ad suum esse ac proinde tum Deus ut cognoscat suum esse diversimode imitabile a creaturis sufficit quod cognoscat suum esse ut e in se, et quod cognoscat relationes reales creaturarum. Videlicet constat intelligentia litterae D. Thomae qui licet quoad explicari et quo ad nos videatur admittere respectus fictos a Deo, tamen revera id negat cum D. Thomas evidenter cognoscat quod modus cognoscendi in Deo e longe eminentior ac noster. ac proinde debet intelligi de efficientia illorum respectuum fundamentaliter.

30 Videlicet etiam maioris claritatis gratia potest dici quod quando D. Thomas ait quod Deus comparat suum esse rebus debet intelligi quod comparat absque fictione id e quod comparat suum esse ut e in se rebus sive quod idem e quod cognoscit creaturas comparatas et relatas ad se ipsum absque eo quod ut cognoscat hanc comparationem, et imitabilitatem requiratur quod detur relatio ex parte Dei, haec n. exigitur ad nostrum imperfectum modum cognoscendi n. ad cognitionem perfectissimam Dei qui omnia videt in se cognoscit.

31 Si replicabis quod secundum D. Thomas respectus illi qui n. sunt temporales

temporalis, et aeterni creandi actio; sed fundamentaliter re-
quirunt creari; ergo debet intelligi de respectibus formaliter sumptis.
maior est Divi Thomae. Soa [?] infinita et minor probatur: nam respectus illi
fundamentaliter sumpti nil aliud sunt quam ipsa essentia divina
ut eminentialiter continens creaturas; sed essentia divina ut continens
eminentialiter creaturas increabilis est ergo non possunt creari respectus
fundamentaliter ac per inde debent creari formaliter.

Sed obiectio quae. Ut verum sit quod respectus ideales non possunt creari 32
creatione formali, fundamentaliter sumpti quia ut sic ut recte P.
Gattaneus [?] sunt ipsa divina essentia non possunt creari creatione virtuali
cum ut sic nulla dicant repugnantiam attributa nempe omnia
dicuntur creari virtualiter nempe quorum unum est ratio a priori quo
ad unum alterius. Vel cum respectus ideales sint etiam perfectiones
attributales non repugnat quod virtualiter creentur ab intellec-
tu divino. cum prius quam unus modus intelligendi intelligatur intel-
lectus divinus, quam ideales respectus ac per inde intellectus divinus
est ratio quasi a priori illorum. 33

Nec urget paritas quae potest afferri de
malitia formali peccati quae necessario provenit a Deo si Deus crea-
ret fundamentum proximum malitiae ergo si Deus creat fundamentum proximum
relationis rationis creabit etiam ipsam relationem rationis. 34

Non inquam urget
haec paritas quia solus qui ponit fundamentum proximum ponit fundatum
quando fundatum sequitur sequela naturali ad fundamentum absque novo in-
fluxu. ut accidit in malitia formali peccati et peccati fundamento
at secus cum ens rationis eo quod non existat per existentiam fundamenti non
sequatur naturali sequela ad fundamentum stat quod possit poni fundamentum abs-
que eo quod ponatur ipsum ens rationis. 35

Ex dictis ad intelligentiam ditte
cum Divi Thomae constat solutio ad rationem efformatam a SS. P.M. Aguirre
ad suadendum quod Deus formaliter facit et fingit ens rationis in cogni-
tione respectus idealis. sic enim arguit Deus cognoscit perfectissime suam
essentiam, ac per inde illam cognoscit omni modo quo cognoscibilis est, sed est
cognoscibilis non solum absolute et secundum se, sed ut imitabilis a creaturis ergo
Deus cognoscit suam essentiam et non solum secundum se, sed ut imitabilis a creaturis.

tunc sit, subsumit ipse. Deus cognoscens sua essentia ut imitabilis a creaturis cognoscit illas cognitione non quidem prorsus absoluta et non comparativa, et separativa; ergo cognitione sua separat suam essentiam ac proinde creat illos res praedictus formaliter.

36 Ex dictis igitur patet solutio ad hanc rationem concesso primo syllogismo ad subsumptum dist. Deus cognoscit suam essentiam cognitione separativa, comparatione et relatione solummodo ex parte creaturarum existentium. I. in propria versura, vel in aeternitate, concedo min. comparatione se tenente ex parte utriusque extremi nego min. et cons. nam ut Deus cognoscat diversas imitabilitates quas sortiuntur creaturae sufficit quod cognoscat creaturas relatas, et suam essentiam non vero quimodus cognoscendi cum sit perfectissimus non est relegandus a Deo.

§ III.

Alia argumenta solvuntur.

37 Obiicies ergo ad formandum ens rationis nil aliud requiritur nisi quod intellectus cognoscat aliquod esse tantum obiective, sive quod cognoscat quod non est ac si esset; sed Deus potest cognoscere, et de facto cognoscit plura quae solum habent esse obiective in suo intellectu; ergo Deus facit ens rationis. Probatur min. quia Deus cognoscit independenter ab intellectu creato immo etiam si intellectus creatus esset impossibilis, cognoscit hircocervum repugnare, vg. sed eo ipso Deus cognoscit id quod solum habet esse obiectivum in suo intellectu: ergo Deus cognoscit plura quae solum habent esse obiectivum. maior videtur evidens nam ut Deus cognoscat hircocervum repugnare non dependet ab intellectu creato. probatur ergo min. eo ipso quod Deus cognoscat hanc propositionem hircocervus repugnat cognoscit subiectum huius propositionis, sed subiectum huius propositionis solum habet esse obiectivum; ergo si aliquid cognoscitur a Deo independenter ab intellectu creato id aliquid habet solum esse obiectivum in intellectu divino ac proinde facit ens rationis.

38 Sed dico ergo ut Deus cognoscat illam propositionem non requiritur quod tribuat aliquod esse obiectivum illi chimerae, sed sufficit quod Deus cognoscat formam vel formas oppositas illi chimerae ac proinde non facit ens rationis.

Et ratio

ē q. Deus ut dicitur 1. p. q. 14. Deus cognoscit negationes et privationes perfectiones oppositas non t. ad modum formae oppositae quia modus cognoscendi ē longe diversus a modo quo fit ens rationis, neq. q. ut videri solus sufficit quod aliquid cognoscitur non ut ē in se, sed fictitio modo. 39

Aliud arg. nec validus apud aut. nullius roboris ē ac proinde sufficiat illud insinuare. aiunt n. Deus cognoscit ens rationis factum ab intellectu humano. ergo facit illud. Resp. nego cons. 40
quia tunc casus Deus non cognoscit practice fingendo sed solus cognoscit speculative obiectum ut ē in se, nempe cognoscit obiectum fictum ac proinde non fingit cum cognoscat obiectum ut ē.

QVÆSTIO V.

Utrum prima et secunda intentio obiectiva sint aliquid rationis? 1

§ I

Antequam quaestionem resolvamus notandum ē quod hoc nomen intentio ē aequivocum, potest n. adaptari actui voluntatis quo sensu loquuntur de intentione bona vel mala theologi et morales, et potest adaptari actui intellectus, quo sensu denominatur vera vel falsa, in praesenti ergo loquimur de intentione secundum quod ē actus intellectus non secundum quod ē actus voluntatis.

Secundo notandum ē quod intentio ē in duplici differentia, nempe 2
alia intentio formalis, et ē intentio obiectiva, et utraque autem ē in duplici differentia, nempe intentio formalis alia prima, alia secunda et similiter obiectiva, prima intentio formalis ē actus intellectus quo cognoscitur obiectum secundum illud quod illi ex se convenit; e contra vero secunda intentio formalis ē actus intellectus quo cognoscitur obiectum non secundum illud quod illi ex se illi convenit nisi secundum quod illi convenit per ordinem ad intellectum. 3

Quo supposito manifestum quia ideo dicitur prima intentio quia ē actus quo intellectus obiectum primo cognoscit; scilicet intellectus primo in quolibet obiecto percipit illud quod illi ex se convenit; ergo bene diffinita ē prima intentio, ac proinde et secunda.

Tertio notandum ē quod prima 4
intentio obiectiva nil aliud ē quam obiectum formaliter ut obiectum primae intentionis formalis, et secunda intentio obiectiva nil aliud ē quam obiectum formaliter ut obiectum secundae intentionis formalis = rursus prima et secunda inten-

tio obiectiva posi considerari, et pro formali et pro materiali; pro formali sumpta nil aliud explicant quam esse obiectum formaliter ut talem primae et secundae intentionis formalis. pro materiali vero est illud quod subit denominationem obiecti ut obiectum primae et secundae intentionis formalis

5 Quarto denique notandum est quod tam prima quam secunda intentio formalis sit aliquid reale, quod probatur quia tam prima quam secunda intentio formalis sit actus intellectus; sed actus intellectus sit aliquid reale; ergo prima et secunda intentio formalis sit aliquid reale. Unde difficultas enodanda solum remanet circa primam et secundam intentionem obiectivam, an sint vere aliquid reale? vel rationis? et licet peiorne sit questio de primis et secundis intentionibus obiectivis pro formali, etiam pro complemento sunt apperiemus de illis pro materiali.

6 Circa quod prima sententia asserit omnem primam intentionem obiectivam formaliter sumptam esse aliquid rationis. ita Herveus tract. de intent. q. 1. et 2. Araujo lib. 3. Metaph. q. 2. ar. 2. et q. 3. ar. 1. Sanchez log. 2 lib. q. 2 concl. 13. = secunda sententia asserit aliquas pri-

7 mas intentiones obiectivas pro formali esse aliquid reale, alias vero aliquid rationis ita M. Lerma. lib. 2. log. q. 7. n. 5. concl. 2.

8. Tertia sententia asserit omnem primam intentionem obiectivam pro formali esse aliquid reale ita fere omnes Thomistae praeter dictos. sit prima concl. 1o.

9 Omnis prima intentio obiectiva pro formali est aliquid reale probatur: 1o. ex D. Tho. q. 7. de pot. ar. 9. ubi loquens de intentionibus obiectivis sic ait: prima intellecta sunt res extra animam in quae primo intellectus intelligenda fertur. sed res extra animam sunt aliquid reale; ergo prima intentio obiectiva est aliquid reale. = Item idem D. Tho. opusc. 48. cap. 1. ait ipsa natura ut sic dicitur esse prima intentio:

10 ratione apriori et efficaci probatur: concl. 1o. quia omnis prima intentio obiectiva est aliquid obiectum formaliter ut obiectum primae intentionis formalis; sed obiectum formaliter ut obiectum primae intentionis formalis semper est aliquid reale; ergo omnis prima intentio obiectiva est aliquid reale.

3 ratio infertur in Barbara. maior est ipsamet definitio primae intentionis obiectivae, et minor probatur quia obiectum formaliter ut obiectum primae intentionis formalis est illud quod primo percipit intellectus; sed quod primo percipit intellectus est aliquid reale; ergo obiectum formaliter ut obiectum primae intentionis formalis est aliquid reale. maior vero certa

Minor.

Cons. min. probatur: quod 1° intellectus percipit de obiecto est quod obiecto convenit ex se et secundum se, nam ex terminis prius intelligitur de aliqua re quod illi convenit ex se quam quod illi convenit ab extrinseco. Sed quod obiecto convenit ex se est aliquid reale, ergo omnis 1a intentio obiectiva est aliquid reale formali. 11

Sed dices. quod quando intellectus cognoscit in lapide v.g. esse visus ad modum formae positivae, tunc esse visus terminat primum conceptum; sed illud esse visus est aliquid rationis. ergo aliqua 1a intentio obiectiva est aliquid rationis. 12

Sed resp. quod esse visus in lapide potest sumi dupliciter. 1. sumi quod esse visus est denominatio extrinseca realis proveniens a visione. 2. sumi quod esse visus consideratur veluti forma positiva intrinsece inhaerens in lapide. si v° esse visus sumatur 1° modo ut revera debet sumi prius est obiectum primae intentionis formalis sic est aliquid reale extrinsecum utpote denominatio extrinseca, et iam diximus quod denominationes extrinsecae sunt aliquid reale. si v° sumatur 2° modo verum est quod est aliquid rationis, sed tunc non terminat primum actum intellectus, sive 1am intentionem formalem sed 2am ac et sic sit obiectum cognitum non sumi illud quod illi ex se convenit sed sumi quod illi convenit ab extrinseca operatione intellectus. 13

Sed iterum dices quod res prout sunt a parte rei non dicuntur intentiones obiectivae, sed sumi quod sunt cognitae, tunc sic, sed esse cognitum est aliquid rationis; ergo 1a intentio obiectiva est aliquid rationis. 14

Sed resp. quod ut cognitae solum addunt denominationem extrinsecam provenientem ab actu intellectus. sed talis est aliquid reale. ita res cognita, quae denominatio ex cognitione.

2a pars 1°. omnis 2a intentio obiectiva formalis est aliquid rationis. Cons. probatur: ex D. Th. loco superius allegato ex q. 7. de pot. ubi sic prosequitur: Secunda autem intellecta dicuntur intentiones consequentes modum intelligendi. hoc enim 2° intellectus intelligit in quantum reflectitur supra se ipsum, intelligens se intelligere et modum quo intelligit. 15

Ratione probatur: quia omnis 2a intentio est obiectum secundae intentionis formalis, sive quod intellectus concipit in obiecto sumi illud 16

quod obiecto evenit per operationem intellectus; sed hoc est aliquid rationis; ergo omnis 2a intentio obiectiva est aliquid rationis. consistat cum illud solum solum habet esse obiective in intellectu.

17 Prima, et 2a intentio obiectiva materialiter potest esse aliquid reale, et aliquid rationis. explicatur et probatur in primis de primis intentionibus obiectivis. quia intellectus cum sit reflexivus potest cognoscere suos actus, et obiecta suorum actuum per reflexionem, et cum reflexio nihil fingat inde est quod intellectus per reflexionem cognoscet obiectum prout est in se, ergo illa reflexio pertinet ad primam intentionem formalem, ac proinde obiectum illius erit prima intentio obiectiva;

18 Confirmatur ideo quia cum est si cognoscat ens rationis factum illud non facit quia cognoscit obiectum ut est in se, sed intellectus per reflexionem cognoscit obiectum ut est in se; ergo non fingit, tunc sic ergo reflexio est et pertinet ad primam intentionem formalem, probatur nam quando prima intentio formalis est actus sive conceptus quo percipitur obiectum ut est in se; tunc sic, ergo illud obiectum erit prima intentio obiectiva, dicta patet cum sit actus primae intentionis formalis. tunc ulterius, sed illud obiectum materialiter aliquando est reale nempe quando est reflexio supra aliquid reale aliquando est aliquid rationis nempe quando est reflexio supra ens rationis. ergo prima intentio obiectiva materialiter aliquando est aliquid vel est aliquid rationis. formaliter vero solum denominatio extrinseca conveniens quae denominatio cadat super quod solum erit est aliquid reale proveniens ab actu intellectus.

19 De secundis intentionibus obiectivis materialiter probatur quia nullum est genus entis quod non possit esse materiale substratum alicuius secundae intentionis, ut patet. ut patet discurrendo per omnia v.g. substantia in ordine ad hanc vel illam substantiam. accidens in ordine ad hoc vel illud accidens. privatio in ordine ad hanc vel illam privationem in ordine ad hanc vel illam chimeram. ergo secunda intentio obiectiva pro materiali abstrahit ab aliquo reali et ab aliquo rationis. =

20

§ II

Corollaria notatu digna. — Procoro—

Procoronide infero fundamentum primum et secundarum intentionum obiectivarum, aliquando esse aliquid reale aliquando esse aliquid rationis, ad cuius intelligentiam nota quod cum secunda intentio obiectiva aliquando sit relatio rationis, aliquando negatio vel privatio dico quod negatio et privatio ut in plurimum fundantur super ens reale ut patet in carentia visus in talpa vel in homine aliquando fundantur supra aliud ens rationis ut negationes vel privationes quae attribuuntur aliquibus chimaeris. = Relatio vero rationis cum fundatur ad instar relationis realis et haec habeat suum fundamentum et suum terminum ratione fundandi et terminandi ita similiter relationes rationis. Et harum fundamentum proximum aliquando est reale ut quando super naturam realem hominis fundatur relatio similitudinis ad se ipsum, quae quidem est relatio rationis. Aliquando Dei refexionem ad creaturas, quae relatio fundatur supra realitatem Dei. aliquando vero fundatur supra aliud ens rationis. ut quando privationes vel negationes refexiones ad hanc vel illam privationem vel negationem.



LIBER TERTIUS DE UNIVERSALIBUS.

Universalis nat. notitia optione interiori pertractanda post entis rationis discursionem, et ante praedicabilium explicationem. Nam cum praecipua entis rationis species sit secunda intentio universalis, recte post rationis entis explicationem, ad species particulares accedimus, et cum aliam universalis natura ad praedicabilia sit quid superius spectare merito ante illorum explanationem istius disquisitionem nat. Vel. Sit universalis nat. cognitio ad Metaphysicam videatur expectare, tamen cum praedicabilium et praedicamentorum notitia difficulter possit haberi absque cognitione universalis, ideo in sequenti tractatu universalis nat. quantitatem interiori pertractandam.

QUAESTIO Prima.

Essentia universalis, ubi, an sit, quid sit, et quotuplex sit?

§. I.

1 Universale ex terminis nil aliud explicat nisi unum quid ut superius respiciens plura, vel ratione diversitatis respectus ad plura similiter diversitas acceptionis universalis. Universale aliud dicitur tale in causando; quia nempe ad plures effectus se extendit eius causalitas, vel quanto maior fuerit eius latitudo tanto magis universale erit. Ut Deus, qui universalissimus in causando, et alia causa universalis ut sol circa omnia sublunaria. — aliud est universale in repraesentando et cum repraesentatio possit esse vel naturalis vel ad placitum, quae aliquorum repraesentant plura sunt universalia in repraesentando, ut species quibus Angeli utuntur ad intelligendum, quae sunt valde universalis in repraesentando naturaliter. Et voces quae ad placitum repraesentant, ut homo, et animal. — aliud dicitur universale in essendo, nempe quod cum in se unum sit in pluribus

in pluribus reperitur definitum quod a D. Tho. cum Arist. 1. Periherm. lect. 10. et 7. Metha. lect. 13. unum aptum ad essendum in pluribus sive ut alijs his explicatur unum in multis. Universale denique aliud est in predicando illud nempe quod de multis dicitur.

Ut cum universale in causando non pertineat ad logicum 2
sed ad Physicum vel Metaphysicum. et de universali in repraesentando si-
ve in significando pertineat vel ad dialecticum, vel ad Animasticum
ratione qualitatis repraesentationis ideo eis praetermissis agimus in
praesenti de universali in essendo, et de universali in praedicando
utraque enim quae nunc in hoc lib. est examinanda. et ante quam aliquas
questiones disquiramus nota quod primo universale in essendo de-
finitur quod sit unum aptum ad essendum in pluribus, et universale
in praedicando unum quod de pluribus aptum est praedicari debet intelli-
gi utraque definitio quod sit unum unitate simpliciter tali, univoca
scilicet, ut excludatur a ratione universalis quod est unum unita-
te complexionis, ut definitio, et quod est unum unitate analoga,
ut ens, respectu suorum inferiorum; et quod est unum unitate aequivoca
ut canis. haec omnia namque unum simpliciter non sunt sed plura.

Secundo notandum est quod unum potest esse aptum ad essendum 3
in pluribus, quadrupliciter. primo localiter qua ratione Deus
ratione immensitatis est in omni loco, sive ubique. secundo subiective
qua ratione anima rationalis est in pluribus partibus corporis absque
multiplicitate vel diversitate ipsius animae rationalis. tertio potest
aliquid esse in pluribus pure indivisibiliter id est tam indivisibiliter indi-
visibiliter specie quam numero. qua ratione Deitas, sive natura divina
est in tribus divinis personis. quarto denique potest unum esse in plu-
ribus per identitatem quoad praedicata superiora cum multiplicatione
numerica inferiorum cum quibus identificatur, sive potest esse unum abs-
tractive, et negative multiplicatur numerice, qua ratione homo
est in Petro, Paulo, et Joanne et alijs. aptitudo ergo ad essendum in plu-
ribus cum praedicta unitate debet intelligi hoc quarto modo.

Tertio notandum est quod universale ~~abstractum~~ adhuc est duplex. 4
universale logicum, et universale metaphysicum; universale metaphy-
sicum nil aliud est quam natura abstracta praecisive praecisione negativa
vel positiva a suis inferioribus, ut in suo conceptu non dicit neque

explicat inferiora, ut v.g. natura animalis cognita sed abstracta solum per actionem intellectus agentis in qua abstractione non includuntur inferiora animalia, sive cognita per cognitionem absolutam simplicis apprehensionis in qua cognitione nullo modo cognoscuntur inferiora. universale vero logicum est natura non solum sic cognita sed cum positiva aptitudine ad essendum in illis, videlicet cum aptitudo haec consistat in convenientia et hoc non cognoscatur nisi comparatis extremis. unde est quod universale logicum consistit in relatione quam intellectus concipit in illa natura ad sua inferiora. Videlicet cum prius quam intellectus consideret aptitudinem naturae superioris ad inferiora, per praedicationem, in qua aptitudine consistit praedicabilitas logica debeat intellectus concipere aptitudinem per identitatem cum ideo possit affirmari de pluribus quoniam cum illis est ideo essentia universalis consistit in aptitudine ad essendum in pluribus, et aptitudo ad praedicandum de pluribus est passio universalis logici.

5 Denique notandum est quod universale logicum adhuc est duplex formale, scilicet, et fundamentale, universale logicum formaliter consistit in illa positiva aptitudine ad essendum in pluribus seu in illa forma rationis relativa quae constituit naturam cum positiva aptitudine ad plura, fundamentale vero est illud quod immediate fundat hoc universale formaliter de quo postea redibit sermo. his positis sit.

§. II.

Utrum dentur a parte rei naturae universales a singularibus separatae?

6 duplex extrema et opposita iis fuit occasio duplicis erroris. nam fuit prima iis Heracliti, et Cratyli qui teste Philosopho 4. Metaph. tex. 22. asserebant non dari scientiam a parte rei, eo quod de singularibus non datur scientia et omnia quae noscimus a parte rei sunt singularia corruptibilia quae semper percipiuntur. alia iis extreme opposita asserebat dari scientiam a parte rei, et cum aliam de ... axioma de singularibus non dari scientiam asserebat proinde dari a parte rei naturas universales a singularibus separatas, quas vocabat ideas appellavit Plato. qui huius figmenti est Autor. teste Philosopho cum D. Th. lib. 1. Metaph. lect. 9. et lib. 3. lect. 9. et lib. 7. lect. 3.

et alibi

Et alibi. V.° Cicero in oratore sic ait. Has rerum formas appellat ideas ille, non intelligendi solum sed etiam dicendi gravissimus Auctor et Magister Plato. easque gigni negat. aitque semper esse ac ratione, et intelligentia contineri: cetera nasci, occidere fluere labi nec diutius esse uno et eodem statu.

Non omitto quod plerique Autores inter quos Franciscus Masius verbis ~~[illegible]~~ in Arist. ~~[illegible]~~ Gennis, contendunt hanc fictionem fuisse impositam Platoni ab Aristotele, qui nomen sibi arrogandi cupidus, hoc scelus contra suum Magistrum finxit. Sed hi Authores qui ita indigne contra Arist. sentiunt audiendi non sunt potiusque in illos scutella est retorquenda. Ut enim indigne contra suum Magistrum loquerentur, creditu non indignum est quod Arist. ita contra suum Magistrum loqueretur, tum quia semper fuit veritatis amator. tum quia confessione a discipulis posset redargui. Vel sequeretur quod non solum nomen sibi non faceret, sed quod ut superbus stimaretur ~~[illegible]~~ parvi. Vel ut diximus audiendi non sunt qui contra Arist. loquuntur praesertim cum idearum fictio etiam ante ab Arist. asserita tribuatur Platoni a SS. PP. ita S. Greg. Nazian. orat. 33. alia 1. de Theologia. ubi ~~[illegible]~~ inter alios Philosophorum errores sic ait. Platonis ideas ineptae animorum nostrorum in alia atque alia corpora migrationes. Et alij Patres.

8

§. Ut clarius elucescat veritas audiamus Platonis verba. ~~[illegible]~~ ~~[illegible]~~ neque ut ex suis scriptis constat. Primum locum obtinet Deus, secundum Mens. tertium Anima mundi, sive ut exponit Porphyrius Platonicus his verbis: Accepimus a Platone quamdam factam esse mentem hominibus incomprehensam totam, et per se ipsam subsistentem, in qua sane continentur omnia, et rerum omnium substantiae quae sunt. Haec creata, et primo pulcherrima, et ipsa pulcherrimam a se speciem pulchritudinis habens. Processit a. ante saecula omnia, ab auctore Deo incitata, praegenita, et ipsa Patrem. Non enim illo movente ad nativitatem eius facta processio est, sed et illo ipsam producente per se nascendo ex Deo. Processit itaque non ab aliquo temporis initio (cum dum necdum tempus) neque facto id tempore omne

9 Nec valet dicere quod hæc Mens, quam posuit Plato
est 2a Trinitatis Persona.

10 Non inquam id valet quia Plato non cogno
vit misterium Trinitatis, neque Plato finxit, Deum Patrem,
Mentem, et Animam mundi, appellet. Nam Mentem et animam mundi
essentialiter distinctas a Patre nominat. Quod non potest intelligi de
Sacro Trinitatis misterio. Item quia epist. 2a ad Dionys. ait Plato
quod unum (nempe Pater) sit prius, aliud (nempe mens) posterius,
tertium ab utroque secundum. quod de Sacro Trinitatis misterio non
potest verificari.

11 Et a ratione probatur assumptum quia Plato ideo posuit ideas
seu naturas universales ut essent obiecta scientiarum naturalium, sed
scientiæ naturales non terminantur ad Deum; ergo evidens est quod Pla
to non locutus de ideis quovis sit quid increatum. Quod relinquitur
quod Plato deceptus fuit circa ideas, ut docet D. Thom. 1 p. q. 85.
ar. 1. et insequentes quod non fuit figmentum Arist. supponitis sit.

§ III

12 Prima Conclusio non datur natura universalis in essendo separata a
singularibus. Probatur Conclusio quia si daretur natura universalis se-
parata a singularibus deberet utique prædicari de singularibus, sed
id non probatur a Platone de ideis, sed si natura universalis est
separata a singularibus non potest prædicari de illis; ergo non datur natura
universalis. maior est fundamentum Platonis; et minor probatur quia ut
aliqua natura prædicetur de suis inferioribus debet esse iden-
tificata cum illis, ergo si natura universalis est separata a singula
ribus non poterit prædicari de illis. ans probatur quia ut aliqua pro
positio sit vera extrema debent supponere pro eodem sive quod
idem est prædicatum debet continere quidquid continet Subiectum. ans probatur
quia per prædicationem affirmatur identitas Subiecti et prædicati,

13 Secundo probatur Conclusio destruendo præcipuum fundamentum Platonis
quia Plato ideo posuit ideas, seu naturas universales separatas ut
ab illis specificarentur scientiæ, ~~et illis~~ ad illas et tanquam ad obiecta
terminarentur; sed ad hoc non prosunt ideæ; ergo non dantur. maior patet
et minor probatur quia scientia etiam datur de non ente, de privationibus, et
negationibus, sed de non ente, de privationibus, et negationibus non

possunt

poss dari ideg ergo ad hoc ut sint obiecta scientiarum non possunt idea.
mai. constat. quia ex Aristotele in Poster: de non ente nescitur quod
non est. = Item quia Plato non posuit ideas genericas, sed etiam
datur scientia de naturis genericis quam de specificis. ergo ad
hoc ut dentur scientiae non possunt idea. ideo diminute posuit Plato. 14

Si dices haec propositio Homo est rationalis nullis existentibus homi-
nibus est vera; ergo nullis existentibus hominibus habet obiectum, siquidem
ab eo quod res est vel non est propositio dicitur vera vel falsa. tunc sic, sed
obiectum non est natura singularis; ergo est natura universalis; ergo datur talis
natura universalis. 15

Respondeo negando quia cum in illa propositione non affirmetur existentia
alicuius naturae, sed solum connexio praedicatorum essentialium ut illa propo-
sitio sit vera non requiritur quod existat aliqua natura universalis
sed quod detur connexio praedicatorum essentialium non positive existentium
sed possibilium ut in illa propositione affirmatur nempe abstrahendo ab
existentia. 16

Si replicabis ex alio capite obiectum intellectus debet dari actu
rei siquidem actus rei datur intellectui, et implicat potentia absque obiecto actu
ab illo specificetur; sed obiectum intellectus est natura universalis. ergo
datur actu rei universale; 17

Nec valet dicere quod datur universale identifi-
catum cum singularibus: Non inquam id valet quia obiectum intellectus est
universale separatum a singularibus siquidem intellectus non attin-
git singularia directe. ergo datur actu rei universale separatum a
singularibus. 18

Sed respondeo stando solutioni traditae nempe quod
obiectum intellectus est universale identificatum in essentia cum singularibus, cui solu-
tioni non obstat replica, quia etiam si intellectus non attingat sin-
gulare directe sed indirecte non obstat identificatio materialis universalis
cum singulari, et ideo solum requiritur quod intellectus modo immateriali et
spirituali naturam attingat ad quod sufficit abstractio intellectus agen-
tis cuius munus est facere in actu obiectum intellectus agentis.

§. IV. 19

Obiicies fundamentum principium Platonis. nam omnia quae dantur
in rerum natura sunt unum quia nempe oriuntur ab uno principio.

et ad ipsum ordinantur, tunc sic. ergo datur unum a quo omnia depend
ent, ergo unum a quo multitudo hominum, et unum a quo multitudo
leonum et caeterorum huiusmodi, sed haec sunt ideae, ergo dantur.

20 Sed dico 1º quod hoc argumentum solum probat quod debet dari unum
primum principium a quo omnia originantur; at hoc principium
non sunt ideae separatae sed Deus unus ipse a quo omnia habent esse.

21 Dico 2º quod si datur una idea hominis, quia omnia individua conveniunt
in esse hominis, et alia leonum ob similem rationem; ergo debet dari una
idea animalium, quia animantia omnia conveniunt, et una idea mix
torum quia omnia mixta conveniunt. et alia corporum, et alia
substantiarum, et alia entium omnium, ac proinde ~~[illegible]~~ constitu
endi erunt idearum ideae quod nec Plato posuit.

23 Dico 3º contra
vel idea qua Petrus et Paulus sunt animalia est eadem qua sunt
leonum, vel diversa, si diversa ergo etiam si Petrus et conveniant
in esse hominis poterunt non habere eandem ideam. consequentia patet. quia etiam si
conveniant in esse animalis non habent eandem ideam, si eadem ergo
idea qua sunt animalia Petrus et Paulus est diversa ab ea
qua sunt homines, tunc sic. sed idea qua sunt homines necessario inclu
dit animalitatem identice siquidem inter se identificantur. ergo positio
idearum fingit innumeras chimeras.

24 Dices ad construenda arte
facta datur una idea in mente artificis separata ab artefactis
ergo construenda res singulares naturaliter debet dari una idea se
parata a singularibus.

25 Sed dico quod hoc argumentum solum probat quod debet da
ri in mente divina idea omnium rerum quas libenter concedimus.

26 Proponitur 2um fundamentum Platonis. scientia est cognitio necessaria
rei per causam, ergo debet esse de rebus necessariis. consequentia patet. et ob id antiqui
habuerunt hoc axioma de singularibus non datur scientia cum singula
ria sint corruptibilia; tunc sic; ergo non datur scientia de eo quod
est identificatum cum singularibus. probatur: consequentia quia si singularia
sunt corruptibilia, et illud quod est identificatum cum singularibus erit
corruptibile; tunc sic, ergo si aliqua datur scientia alicuius rei datur univer
sale separatum a singularibus. consequentia probatur: quia si datur alicuius rei scientia

alicuius rei

7

quæ rei debet dari obiectum scientiæ; sed obiectum nec singulare nec
aliquid cum illo identificatum, cum utrumque sit corruptibile, ergo est uni-
versale separatum a singularibus; ergo datur universale separatum
a singularibus. 27

Resp. Dico desiderium ponderati rem debet solvi ab ista
hoc quod ut vidimus n. 13 datur scientia de quibus non potest dari idem.
Resp. respondeo quod obiectum scientiæ solum est connexio prædicatorum
essentialium interse et cum suis prædicatibus, quæ connexio immu-
nis est ab omni corruptione ac sufficit ad hoc ut detur scientia re-
quirit quod detur natura universalis separata a singularibus
quod ex eo quod natura universalis cum singularibus identificata, solum sequitur
quod corrumpatur physice seu quoad existentiam quod physice est cum pr.
singulare, non vero corrumpatur obiective metaphysice secundum connexionem
prædicatorum; verum ut melius hoc percipiatur sit:

§. V.

Dentur ne aliquæ veritates æternæ præter Deum.

28 Ut dubii difficultas percipiatur notandum est 1° quod veritas est in dupli-
ci differentia, est veritas formalis, et est veritas obiectiva; veritas formalis consis-
tit in actu intellectus adæquantis et cognoscentis rei ut est in se
veritas obiectiva, est obiectum cognitum ab intellectu. Dubium præsens
non est de veritate formali: constat enim quod cum solus intellectus di-
vinus sit æternus, solum possit dari veritates formales in intellectu divino.
est igitur quæstio de veritatibus obiectivis. veritas ergo obiectiva est obiectum
veritatis formalis, sive res ut attingibiles ab intellectu. et cum res quæ possunt
attingi ab intellectu, vel sint secundum suæ essentiæ, vel secundum suæ
existentiæ nulli dubium est quod res ut existentes non dentur ab æterno cum
habeant existentiam in tempore, verum solum est difficultas de rebus secundum
suæ esse sint ne ab æterno veræ et cum veritas sequatur en-
titatem ut entitas potest esse vel positiva vel negativa ita veritas
potest esse vel positiva vel negativa. veritas positiva ~~[illegible]~~
consistit in connexione positiva prædicatorum essentialium illius en-
titatis, negativa vero in carentia divisionis seu diversitatis inter
prædicata essentialia. his positis sit conclusio 1a. 29

Dantur veritates obiectivæ æternæ præter Deum. ~~[illegible]~~ Conclusio 1a

1.° neq X.ª Philosophus 8 Ethic. cap. 3. deffinitio, et demonstratio non sit perpetuarum; idq docet Porphyrius cap. ultim. Praedicab. ubi ait quod sublatis omnibus individuis est vera haec propositio homo est substantia corporea, animata, sensibilis, idq docet D. Th. q. 1. de verit. ar. 5. ad 19. ubi ait universalia esse aeterna negative =

30 a ratione prob: Contra 1.° quia eo ipso quod detur scientia et deffinitio debet dari suum obiectum, sed suum obiectum est aliquid universale non positive et separatum a singularibus aliquo incidendo in illud Platonis, sed negative ergo datur veritas aeterna de quibus sit scientia. suadetur assumptum quia scientia est de re non pro suo statu mobili, sed de re omnino immutabili, sed haec est aeterna ergo datur aliquod aeternum de quo sit scientia, si non positive tale, ergo saltem negative.

31 Confirmatur quia una ex his propositionibus obiective sumptis est vera, v.g. homo est rationalis, homo non est rationalis. non 2.ª ergo prima. ans est evidens quia alias illud principium quodlibet est vel non est esset falsum min. [illegible] est evidens quia si secunda esset vera nempe homo non est rationalis homo non esset homo, probatur quia homo non esset animal rationale. constat ans fundata in loco arguendi ab infirmiori ad superius negative, non est rationalis, ergo nec animal. ergo nec animal rationale, ergo nec homo. ans haec ultima bona sit a definitionis negatione ad negationem definiti tunc sic. ergo 1.ª est vera homo est rationalis. ergo ignis datur illa veritas aeterna. =

32 Sit 1. Contra 1.° haec veritas non consistit in positiva connexione, sed solum in negativa, seu in carentia diversitatis inter praedicata essentialia. probatur: Contra 1.° quia positiva connexio exigit suppositionem positivam sive existentiam extremorum ut equivaleat affirmative reali connexioni, et non vero negativa connexio solum exigit non diversitatem quae potest existere absque verificatione positiva extremorum ut equivaleat negative connexioni ergo vera est Contra 1.° et hoc sufficiat in praesenti ut sit difficultas totaliter metaphysica, si illud tetigi ut melius percipiatur falsitas idearum Platonis =

§. VI

§. VI.

existant a. re, naturæ universales cum singularibus identice?

Suppono 1º quod non loquimur de universali formaliter et positive tali. hoc n. universale constat quod est superius a parte rei et per operationem intellectus, unde difficultas solum est de universali fundamentali, et negative tali. hoc posito. sit Conclusio 1ª. 33

Dantur a parte rei naturæ universales fundamentaliter sumptæ identificatæ cum singularibus. Probatur: 1º ex Arist. qui ut vidimus locis citatis § 2. n. 6. contendit contra Platonem non dari naturas universales separatas a singularibus; ergo supponit dari identificatas cum singularibus. 2º Probatur ex eodem Philosopho lib. 2. de Anim. tex. 68 ubi ait quod: eadem natura diaphaneitatis quæ est in aere est in aqua; sed evidenter constat quod non potest loqui de identitate numerica; ergo loquitur de identitate specifica. 34

A priori probatur Conclusio 1ª 35

quia dantur nomina, voces, et termini, insignificando universalia; ergo ex parte objecti correspondet aliquid universale. Consequentia videtur certa. Antecedens suadetur ex Philosopho lib. 1. Periherm. cap. 5. ubi ait: quasdam res esse universales et quasdam particulares; tunc sic sed loquitur de rebus prout distinguuntur a nominibus, vocibus, sive terminis; ergo dantur res universales. tunc sic iterum sed non sunt separatæ a singularibus; ergo identificatæ. Antecedens 2º probatur: nam hæc vox homo v.g. non significat aliquod singulare determinatum, alias soli illi conveniret ergo significat aliquod universale sive aliquam naturam in universali; antecedens est certum, ideo natura huius singularis. Petrus v.g. non potest prædicari de pluribus quia solum significat aliquam naturam singularem. ergo consequenter si hoc nomen homo potest prædicari de pluribus est quia significat aliquam naturam universalem; 36

Si dices quod illud nomen homo non significat aliquam naturam universalem sed collectionem confusam singularium et ideo nomen hoc solum distinguitur a particulari quod particulare significat singulare determinate, hoc vero significat in confuso. 36

Sed contra quia per nomen hoc significatur aliquid prædicabile de singularibus, sed collectio confuse significata non potest prædicari de singularibus determinate. Et patet. Populus v.g. quia significat collectionem confusam hominum non potest prædicari de Petro determinate. falsum enim est dicere Petrus est populus. ergo est quia nomen hoc non significat collectionem confusam sed naturam in universali.

37 Tunc sic. natura universalis praedicatur de singularibus; ergo est identificata cum illis. Consequentia probatur: quia ut propositio affirmativa sit vera extrema debent supponere pro eodem sed ergo si affirmative vere praedicatur natura universalis de singularibus est quia natura universalis est identificata cum singularibus.

38 Sed dices si natura universalis identificatur cum singularibus sequitur quod singularia sunt identificata inter se sed hoc est impossibile; ergo et quod natura universalis identificetur cum singularibus. Probatur maior. nam si Petrus identificatur cum homine, et cum eodem hoc identificatur Paulus, Petrus et Paulus identificantur inter se, Ex illud hoc principium quae cum sunt eadem uni tertio sunt eadem inter se.

39 Sed contra quia ut Petrus et Paulus identificarentur inter se ex vi argumenti facti erat necessarium quod Petrus et Paulus identificarentur cum tertio sive cum homine identitate perfecta et positiva, non vero sufficit quod identificentur identitate negativa, et imperfecta, aut identitate convenientiae qualiter identificantur cum homine.

40 Sed replicabis quod Petrus positive identificatur cum homine, et similiter Paulus. ergo ruit solutio. cum probatur: hae enim praedicationes sunt verae Petrus positive est homo. et Paulus positive est homo. ergo identificantur positive cum tertio. ergo inter se.

41 Sed contra quia ad hoc erat necessarium quod Petrus taliter identificaretur cum homine quod homo sit idem cum Petro non solum virtualiter sed formaliter, nam si homo solum est idem cum Petro virtualiter erit in homine alia virtualitas quae sit virtualitas Pauli, ac proinde Petrus et Paulus non erunt idem siquidem non identificantur cum eodem tertio formali sed virtuali sive aequivalenter multiplici, ergo solutio tradita est optima.

42 Sed dices ex alio capite. ergo universalia sunt corruptibilia. Consequentia probatur. quia singularia sunt corruptibilia, ergo erit corruptibile quidquid fuerit identificatum cum illis, sed per nos universalia sunt identificata cum singularibus, ergo universalia sunt corruptibilia.

43 Sed nego Consequentiam. Ad probationem concesso antecedente distinguo

sequens

Seq. ergo erit corruptibile quidquid est identificatum cum illis. si sit sermo de corruptione quoad existentiam. Concedo seq. si sit sermo de alia corruptibilitate nego seq.

Quaestio. II.

De unitate formali, et numerali.

§. I.

Certitudine digna observantur nonnulla.

Primo notandum est ex Philosopho 4. Metaph. cap. 1. et alibi, et ex D. Th. 1. p. q. 11. ar. 1. quod unum nihil aliud sit quam ens indivisum in se et divisum a quolibet alio. Consequenter explicatur per carentiam divisionis, sive illa divisionis carentia importetur in recto et in obliquo. Cum modus dignoscendi carentias sit per opposita formas quibus privant. Multiplex erit unitas quotuplex divisio. Divisio ergo ut explicatur et probatur a Caiet. de ente et ess. cap. 4. q. 6. alia est materialis, numerica, sive individualis, alia formalis, et essentialis. 1.a sumitur penes principia materialia et individuantia. 2.a vero sumitur penes principia formalia et essentiae constitutiva.

Secundo notandum est quod divisio numerica potest reperiri absque divisione formali, et cum illa, Petrus enim et Paulus solum numerice distinguuntur non vero formaliter, specifice, et essentialiter. Similiter etiam Petrus, et leo etiam si formaliter distinguantur, numerice etiam distinguuntur. Divisio formalis et essentialis necessario supponit distinctionem numericam, et cum principia formalia, penes quae attenditur distinctio formalis, alia sint specifica, alia generica, et principia specifica alia sint atoma alia subalterna inde est quod distinctio formalis, alia est distinctio formalis atoma, ut inter Petrum, leonem et equum, alia est distinctio formalis specifica subalterna ut inter Petrum et plantam. Et cum species subalternae aliae sint aliis superiores datur consequenter distinctio formalis una alia superior. distinctio generica per quam enim dicitur distinctio, eaque quae genere differunt ut substantia et quantitas potius dicuntur 2o. diversa quam distincta formaliter.

~~[illegible]~~

~~[illegible]~~

3 Tertio notandum est quod cum ut notabili 1. diximus unitas sit carentia divisionis. unitas est etiam in duplici differentia alia siquidem est unitas numerica, materialis, sive individualis, alia est unitas formalis, et essentialis. Et 1a ad principia individualia, 2a ad formalia et essentialia attendit. Et cum ut diximus principia essentialia alia sint generica, alia specifica, et haec alia sit athoma, alia subalterna, unitas alia est generica, alia specifica, specifica athoma alia subalterna. Petrus v.g. ipse habet unitatem numericam cum ~~Paulo~~ Paulo unitatem specificam athomam cum leone unitatem subalternam, cum Planta habet etiam unitatem subalternam sed minorem quam cum leone. cum lapide etiam unitatem subalternam minorem, cum caelo minorem, cum Angelis unitatem genericam.

4 Quarto notandum est a parte rei et ante operationem intellectus dari unitatem numericam quae attendit nempe penes principia individuantia, sive sit materia ut in rebus corporeis sive sit forma spiritualis, ut in Angelis. quod probatur quia Petrus, et Angelus Gabriel v.g. habent ipse carentiam divisionis penes principia individuantia, ergo habent unitatem numericam.

5 Quinto notandum est dari etiam a parte rei unitatem formalem praescindendo pronunc utrum dicatur positive et formaliter, vel negative et fundamentaliter. Et etiam supponendum est hanc unitatem esse minorem unitate numerali. Primum probatur 1ma parte quia a parte rei inter Petrum et Paulum datur carentia divisionis penes principia formalia, aliorum specie distinguentium, ergo et unitas formalis. 2m quia inter Petrum et Paulum datur relatio similitudinis quae necessario fundatur in unitate vel numerica, quia in hac potius sunt dissimiles ergo formalis.

6 Si dices quod Petrus et Paulus habent suas entitates multiplicatas ergo non habent unitatem

7 Sed contra et dist. ans. habent suas entitates multiplicatas materialiter concedo ans. formaliter nego ans. ergo non habent unitatem numericam concedo cons. formalem nego cons.

8 2o probatur: quia illa est maior unitas quae minus admittit de divisione, sed numerica est huiusmodi; ut patet ergo maior est unitas numerica quam formalis. Verum his positis difficultas est in § sequenti enodanda.

§. II.

§. II.

Utrum detur ... a parte rei unitas formalis communis pluribus.

Ante dubij resolutionem notandum est 1º quod natura potest considerari in triplici statu. primo potest considerari secundum se, et solitarie, quatenus nempe illi solummodo adaptantur, et appropriantur praedicata essentialia omnino intrinseca, sive suum quod solum explicat conexionem praedicatorum essentialium vel ad summum explicat conexionem cum suis passionibus. Secundo potest considerari in statu contractionis et singularitatis, quatenus nempe est existens, in quo statu etiam includit non solum praedicata essentialia, sed etiam plura accidentalia, et extrinseca. Tertio potest considerari prout est in intellectu abstracta a singularitate, in quo statu spectant naturam denominationem rationis, cuiusmodi sunt denominationes provenientes a secunda intentione rationis, generis videlicet, et speciei, et similibus. Primus ergo status est status Metaphysicus, Secundus Physicus, Tertius logicus. primus ergo status dicitur talis nempe metaphysicus quia ibi solum explicat praedicata ad eam expectantia, et secundus dicitur physicus quia ibi coniungitur existentiae vel subiicitur contractioni, et ... tationi. tertius dicitur logicus quia nempe ibi attribuuntur naturae intentiones logicales. 10

Secundo notandum est quod cum natura in statu metaphysico, solitario, et ibi secundum se solum spectant praedicata essentialia et intrinseca, a quibus nequit denudari, sequitur quod quidquid convenit naturae secundum se semper et in omni statu debet convenire, alias destrueretur natura si illi non conveniret quod est sibi intrinsecum, et proinde oppositum illius quod convenit secundum se semper debet illi repugnare. homini v.g. secundum se convenit esse animal rationale risibile, ergo haec praedicata semper in quocumque statu debent illi convenire, et oppositum nempe non esse animal rationale risibile semper debet illi repugnare. Et ... praedicata quae in alio duplici statu conveniunt naturae, cum sint praedicata extrinseca, et variabilia non semper debent illi convenire. ut patet homini non physice existenti convenit actu reddere ambulare, et alia huiusmodi, quae illi non conveniunt secundum se. vel per intellectum considerantem patitur ut speciem. et similiter per intellectum homini convenit esse speciem quod illi a parte rei nec secundum se convenit. 11

Tertio notandum est quod esse aliquid commune potest sumi dupliciter. positive nempe, et negative. tunc dicitur aliquid commune positive, quando stante summa unitate in se in pluribus reperitur, ...

eo quod hæc multiplicitas et pluralitas aliquod præiudicium in-
ferat in sua unitate. Unitas negativa est etiam duplex
primo dicitur aliquid unum negative quod nulli est appropriatum
in nullo quæ est determinate existens. et hæc acceptio ter-
mini negative est magis communis. Secundo dicitur aliquid
unum negative, per non repugnantiam, quod nempe illi non repug-
nat esse communis pluribus appropriari, et illa appropriatio
positiva non illi conveniat pro illo statu, sed tantum capacitas nega-
tiva, seu non repugnantia. quæ omnis doctrina desumitur ex
D. Tho. cap. 4 de ente et essentia. ubi elucidatur a Caiet. et
nota quod idem est, esse aliquid unum negative quod nulli est appropriatum, ac
dici quod est negative unum quod caret prædicato unitatem impediente.
fundatur hoc in communi acceptione termini negative nam tunc dicitur
aliqua res habere aliquod prædicatum negative quod caret opposito ip-
sius impediente. ut v.g. actus indifferens in linea moris (si datur, de quo
nunc non disputo) dicitur bonus negative quia licet ipse non habeat intrinse-
cam bonitatem, tamen non habet intrinsecam malitiam, ac proinde caret prædicato posi-
tive impediente bonitatem, sive ut idem est nulli est appropriatus talis actus
nempe nec bonitati nec malitiæ dispositus sit.

§. III.

12. Prima conclusio. natura secundum se, sive metaphysice sumpta, et in statu solitario
non habet unitatem ~~positivam~~ formalem positive, sed solum est una uni-
tate formali negative. sumpto sensu negative in utroque sensu superius ex-
plicato. Probatur conclusio quoad omnes suas partes. quoad 1am. contra P.
Fonseca, qui 5. Metap. cap. 28. q. 3. sect. 2. docet naturam in statu soli-
tudinis habere unitatem formalem positivam. est etiam 2a pars nostræ conclusionis contra sco-
tistas qui ad suum Mag. 2. dist. 3. q. 1. docent naturam, non solum in statu
solitudinis sed etiam prout a parte rei existit retinere unitatem formalem positivam.
Sed tamen nostra conclusio est communis thomistarum quibus adhærent Doctores Societatis.
Probatur 1a pars nostræ conclusionis ratione communi. quia si natura secundum se haberet uni-
tatem formalem positive, et semper et in omni statu retineret prædictam unitatem
et oppositum nullo modo illi conveniret: sed talis unitas non convenit naturæ
in omni statu. imo oppositum convenit illi in aliquo statu; ergo natura secundum
se non habet unitatem formalem positive. Consequentia est in recto modo, et figura. maior
ex dictis constat evidenter. probatur minor. quia natura in statu physico, et exis-
tentiæ in singularibus, non habet unitatem formalem positivam, sed potius habet
oppositum

oppositu eis insingularib9 sit positive divisa, et multiplicata, ut
pt. q° talis unitas fo^alis n. ovenit naæ in o^i statu, ac p^r inde nec s^m se. 3
Confirmatr q. unitas fo^alis positive includit exclusionē divisionis po-
sitivæ, o^is n. unitas dicit carentiā divisionis. S. naa s^m se n.
excludit positive divisionē; alias in o^i statu excluderet divisionē; q^d
in singularib9 n. excludit divisionē s^d potius positive dividitr in,
Petro. naæ q^d e in Paulo positive ē multiplicata et divisa naa
humana. q° naa s^m se n. h^et unitatē formalē positive. L 4
Sed dices: naa s^m se nullā divisionē habet, q° habet uni-
tatē fo^alē positive. ant. videtr certū q° si naa s^m se haberet
aliquā divisionē talis divisio esset illi essentialis, ac p^r inde illi o-
veniret etiā p intellectū. hæc x^a regula data nempe quod ovenit
alicui s^m se &c. hæc q. x^a hoc axioma abstrahentiū n. ē men-
dacium. q° si haberet aliquā divisionē semper deberet cognosci cū tali
divisione. alias n. cognoscerentr s^m sibi essentialia. 2° q° p^btr:
q. unitas positiva nil aliud videtr exigere, quā carentiā cuiuslibet
divisionis. p^btr: assumptū nā carentia positiva cuiuscūq divisionis,
ē positiva indivisio, s^d indivisio positiva, ē unitas positiva, q° ad uni
tatē positivā solū requiritr carentia cuiuscūq divisionis. maior. videtr
evidens cū sit a definitione ad definitū, et minor videtr eodē modo 5
vera ob eadē ratione.

Sol^o
S. 3^a. q. naa s^m se nec divisionē positivā, nec indi-
visionē positivā includit s^d. præcisive, et permissive s^d h^et ad utrāq
q ac p^r inde nec habet unitatē positivā nec divisionē, s^d præcisive
se h^et ad utrāq. nā divisio positiva, et unitas positiva s^t p^dicata ac
cidentalia naæ, quorū utrū ovenit a^t rei insingularibus ut p in-
tellectū v^l cū s^m se solū dicat p^dicata essentialia inde ē quod nullū
illorū explicet s^d ab utro que p^recindat permissivē se heat ad utrūq
v^l ex forma a^ti aug. oceso anti nego oq. unde ad p^bationē
dist. mai. unitas positiva nil aliud ē quā carentia divisionis. divisi-
onis ut exclusæ. ocedo mai. divisionis ut permissæ præcisive. nego mai.
et ad p^batē similiter dist. mai. carentia positiva cuiuscūq divisionis,
ē positiva indivisio. carentia positiva divionis cuiuscūq, ut exclusæ. oce
do mai. ut permissæ præcisive. nego mai. et similiter dist. min. indivi
sio positiva ē unitas positiva. si sit indivisio exclusiva unitatis. ocedo min.
si sit indivisio permissiva præcisive, unitatis nego min. et oq.

16 Sed replicabis naa s[ecundu]m se sive in statu solitudinis e vere ens positivum, ergo etiam unitate formali positiva; ans videtur certum, cum non sit nihil positive. Conseq[uenti]a ero probatur, q[uonia]m v[erbi] g[rati]a: quando unitas e passio entis, ergo cum e ens verum positive erit etiam una unitate positiva.

17 Huic replicae respondet M. Domin. Lince l. 1. q. 3. ar. 5. n. 32. et 33. quod etiam si naa s[ecundu]m se sit ens positive non sequitur quod sit una positive. namque ait quod unitas non sequitur entitatem sub omni statu, et instat in bonitate namque in omnibus, dominitarum e[ss]e bonitas formalis positiva solum convenit rei sub statu existentiae seu cum positivo ordine ad existentiam. Et confirmat quod creaturae possibiles non amantur a Deo. Concludit ergo quod unitas quae e passio entis, solum e unitas negativa.

18 Mag. Joseph Saenz de Aguirre tract. 3. Logicae disp. 12. sect. 2. n. 27. non acquiescit huic solutioni ait ergo quod naa s[ecundu]m se habet unitatem positivam specificam, v[erbi] dicit quod licet neget naa s[ecundu]m se unitatem formalem positivam, intelligitur de unitate formali pro positive, non v[ero] de unitate formali positiva non pro hanc non negat habet naa s[ecundu]m se. citat q[uidem] pro se D. Tho. opus. 56 ubi sic ait: Stabilitas essendi in pluribus non e de essentia hominis, quia aliquod hoc quod e in forte esset stabilis ad participationem plurium. similiter citat pro se D. Thom cum Arist. 5. Metaph. lect. 8. ubi ait quaelibet essentia ee una. et 3. Metaph. lect. 12. ait unaquaeque res e una per suam essentiam. Et concludit praedictus M. quod unitas formalis positiva secedit a D. Tho. convenire naae s[ecundu]m se.

19 Sed neutra solutio mihi satisfacit. non primum q[ui]a si bene perpenditur relinquit argumentum insolutum namque ait quod entitatem positivam solum habet pro proprietate unitatem negativam quod negat arguens et exigitur solidior solutio. nec paritas adducta concludit. primo quia bonitas sequitur entitatem eomodo quo e entitas, v[erbi] quia creaturae possibiles solum sunt entia nominaliter sic etiam sunt bonae. et in statu existentiae quia sunt entia participialiter sic etiam sunt bonae participialiter, cum quo stat quod in statu possibilitatis non amentur a Deo. etiam si intelligantur quia intellectus abstrahit ab existentia a qua non abstrahit voluntas vel quia in statu possibilitatis entia nominaliter, et vere nominaliter ideo sunt intelligibiles, non v[ero] amabiles quia solum sunt bonae nominaliter. Vel paritas adducta in favorem Lince. potius probat oppositum

oppositu et pot. 2.º ipsu retorqueri: neg. q. bonitas e. passio entis eo modo quo aliquid e. ens, sive nominaliter, sive participialiter, eo modo e. bonus. g.^o similiter q. unitas e. passio entis eo modo quo aliquid sit ens, erit unus: g.^o si e. ens positive, erit unus positive. g.^o dicta solutio n. subsistit. Secundo paritas praedicta n. favet dicto Mag.^o q. et illi concedemus quod bonitas n. sequitur entitatem sub quolibet statu, n. potest negari de unitate et disparitas e. quod bonitas dicit necess. convenientiam ac proinde respicit entitatem sub existentia sub quo solus e. conveniens. unitas v. praescindit a convenientia et amabilitate ac proinde n. exigit existentiam; g.^o eo modo quo aliquid e. ens debet ee unus.

Secunda solutio M. Aguirre. etiam n. satisfacit q. ut videatur ans. solutio revera n. e. sed potius concedit quod ans. intendit. v. supponit falsum supponit n. et concedit quod nat. sim. se habet entitatem positivam specificam, quod e. falsum. et sic nego. neg. 2.º ipsum quod convenit nat. sim. se positive semper et in omni statu debet convenire sic n. exponit praedicta maxima loco citat. n. 42; s. d. n. in omi statu convenit nat. entitas positiva specifica. g.^o nec nat. sim. se. maior e. dicti Act. min. pbi: nam nat. prout in intellectu n. habet entitatem positivam; s. tm. directive, ut et alias n. eet formaliter species. et ut constat in intellectu e. formaliter species. haec n. propositio e. vera hoc prout sub e. consideratione intellectus e. species; g.^o n. in omi statu convenit entitas positiva nat. g.^o nec sim se.

Nec favet praedicto Authori D. Th. nam si bene perpendantur verba Angelici Mag.^i solum probant quod nat. sim. se habet unitatem negativam, quod libenter concedimus v.^d aliter solvenda e. replica. 21

v. aliter solvenda e. instantia facta. respondeo n. neg. ans. nat. neg. in statu solitudinis n. habet entitatem positivam s. tm. negativam hoc est pro illo statu neq. illi convenit ee positive nec n. ee s. het se mere negative ad ee, hoc e. illi n. repugnat ee v. pot. dici quod e. ens nominaliter et possibiliter, distinguendo a se ipsa prout e. ac. rei q. ibi habet entitatem positivam, et participialiter, et a se ipsa prout e. in intellectu nam prout e. in intellectu het repugnantiam ad existendum sub illo statu cum sit ens rationis. et idem dicimus de unitate pro illo statu nulla habet unitatem positivam s. mere permissive, et permissive se habet ad unitatem positivam. et ita petit ratione q. alias talis entitas et unitas positivam 22

convenire nag in oi statu, et pot. q̃ p̃dicata quę nag conveniunt sbi se si p̃dicata essentialia ꝓinde q nequit intelligi sine illis in aliquo statu, alias eet absq eo quod e illi essentiale.

23 S. replicabis. naa sbi se n. hbet pluralitatē positivę, ḡ hbet unitatē positivę. ans. constat alias n. posset hre unitatē nec per intellectū cū oe illud quod convenit nag sbi se semper debeat illi convenire. Coa ē pbati: q̃ n. pluralitas positiva e unitas positiva, e n. unitas positiva c̃dictoriū pluralitatis positivę, ḡ si naa n. hbet pluralitatē positivę hbet unitatē positivę.

Huic replicę respondet Aquirre ubi sup.

24 n. 29. quod dato quod pluralitas positiva, et unitas positiva sint p̃dicata c̃dictoria sive formaliter sive virtualiter, sicut albedo, et negatio exclusiva albedinis, rationalitas et exclusio illius, pot. dari mediū inter ea extrema n. ex parte rei et pullo instanti s. respu nag sbi se, quę n. exigit unū extremū neq aliud.

25 Hęc p̃dicta M. S. videtr implicatoria solutio q̃ si semel concedatr quod si p̃dicata c̃dictoria nequit inter illa ullū mediū excogitari, alias n. eet verū illud principium quodlibet e l. n. e q̃ possemus respondere quod poterit dari mediū et. n. ex parte rei respu alicuius nag in statu sbi se. quod videtr chimera.

26 V. respondeo quod pluralitas positiva pot. disolari, et per unitatē positivę, et p unitatē negativę; nā quęlibet n. pluralitas e p̃dicatū c̃dictoriū pluralitatis et tam unitas positiva, e n. pluralitas, quā unitas negativa; V. etsi naa sbi se hbeat n. pluralitatē positivę n. sequitr quod hbeat unitatē positivę, s. sufficit quod hbeat unitatē negativę.

27 S. replicabis. naa sbi se n. e divisa positive, ḡ naa se e non divisa sive indivisa positive, ḡ una positive. Coa pt. cum arguatr a definitione ad definitū = sive quod idē e dicere: naa sbi se non e determinata, ḡ e n. determinata ḡ una positive cū unitas positiva consistat in positiva indeterminatione sen n. determinatione.

28 Huic replicę poterat responderi cū doctrina. M. P. M. Fr. Ioan. ab Anunt. carmelitani discalceati in log. disp. 3. q. 3. §. 1. n. 17. quod coa n. valet cū sg arguitr a fallacia arguendi a negativa de p̃dicato finito. ad affirmativę

affirmativa ex praedicato infinito, negat non simile, sed de praedictis effectus: haec sola negatur ab ipso: natura sui se non est singularis.
ergo est natura sui se est non singularis quae valet bene negetur non in- 28
de praedictis effectus — S. Dico secundo effectus assignatus
a praedicto Mag. si non est alius non potest destruere rationem; fundatur
non in loco arguendi ~~ab affirmativa ad negativam~~ a negativa
ad affirmativam variato praedicato per nomen finitum et infinitum + cl. Dist. 2 Penlser.
qui modus arguendi a Dialecticis omnibus admittitur. haec non est optima ratio. Petrus non est albus ergo Petrus est non albus. Unde sic
male solvit argumentum praedictus Mag. ob praedictos effectus, cum in
re nullus sit effectus. 29

Unde aliter solvenda est, explicat et ut
cum claritate procedamus. respondeo scilicet ante omnia rationem variatam non appellatio. ac proinde arguitur a disiunctiva ad partem si
ve non arguitur a negativa pure ad affirmativam, et ut valeat
ratio a negativa ad affirmativam variato praedicato per nomen finitum et
infinitum debet esse negativa, pure negativa. explicatur solutio.
haec propositio. natura sui se non est divisa ~~[illegible]~~
~~[illegible] divisa, neque non divisa positive~~ potest verificari stante
carentia divisionis positive, vel divisionis negative. quaelibet namque
indivisio sive quaelibet unitas destruit divisionem, et ponit contradictoriam
ergo ad hoc quod natura sui se non sit divisa, sufficit quod habeat unitatem negativam. unde non valet determinate inferre ergo est non divisa
positive, cum ad hoc ut verificetur non requiritur tanta unitas, sed sufficit
unitas negativa. unde dicta ex propositione negativa quae asseritur pro anti
sit. natura sui se non est divisa, quae est vera, non licet inferre ergo natura
sui se est non divisa variatur non appelatio. — et ut percipiatur va
riationis appelatio quae provenit ab illo termino sui se nota
quod natura sui se habet duplicem virtualitatem ~~[illegible]~~ una secundum quam
non est divisa alia secundum quam est divisa namque natura sui se neque est
divisa nec non divisa, sed abstrahit praescindit in prima propositione
non divisio appellat supra namque sui primam virtualitatem est vera, constat
non quod natura sui se et essentialiter dicit divisionem, alias si dice
ret divisionem nec per intellectum esset indivisa. in secunda vero, scilicet
in hac. ergo natura sui se est non divisa appellat non divisio supra
namque sui virtualitatem, ac proinde est falsa constat enim quod

naa sm se & essentialiter het carentiam divisionis quod e falsum

aliam nec in singularibus posset dividi & vel multiplicari, Vel

cum naa per intellectum heat indivisionem positivam, & a parte rei divisionem

positivam, sm se praescindit ab utroque ac proinde nec e divisa

nec non divisa s. permissive se het.

30 Explicatur exemplo. Animal sm se non e rationale, nec

non rationale vel irrationale, Vel non lt inferre animal non e ration.

sm se. ergo sm se e non rationale sive irrationale pessima ma. varia

appellatio. nam in 1a non rationale appellat supra unam virtualitatem animalis sm quam non e rationale, in secunda cum sit perfecte

exclusiva praedicati appelat non rationale supra animal sm omnem

virtualitatem ac proinde e falsa. Vel locus arguendi a nega

tiva ab affirmativa variato praedicato per finitum & infinitum

tenet solum in propositionibus absolutis in quibus non variatur ap-

pellatio. = Et similiter respondeo ad aliam nam naa sm se non e

determinata ergo e non determinata nego nam ob similem defectum.

31 Secunda pars. Est nempe quod naa sm se e una

unitate negativa, lt. ex dictis videatur clara insuper suadetur

& impugnationis de unitate negative sumpto lat negative per non re

pugnantiam. & prob: ergo esse unam negative per non repugnantiam

e habere capacitatem ut in aliquo statu heat unitatem s. naa

sm se het praedictam capacitatem, cum non repugnet quod per intellectum

tribuatur illi praedicta unitas. ergo e una negative, lat negative per

non repugnantiam.

32 Probatur ergo de unitate negative in prima acceptione.

quia nempe nulli sit appropriata.* ergo ut dicatur quod naa sm

se & in statu solitario est una negative hoc modo, sufficit quod

in illo statu non heat positive praedicatum oppositum; s. naa in statu

solitudinis non het praedicatum oppositum unitati, nempe non het divisi

onem, ergo e una negative prout lat negative significat nulli esse

appropriatam. Confirmatur.

*Ab. op. 42 c. 7. in prima naa absolute accepta. in. g. ond. in inferio- ribus considerata quam unitas. cum definitio eius sit una & nomen loquuntur patet.

33 quia ut Animal dicatur non rationale sm se

negative sufficit ut sm se nec sit rationale, nec irrationale, idem suf

ficit quod non includat praedicatum oppositum. ~~...~~

~~...~~

~~...~~ lt. ut alius aliquis dicatur

Bonus

Et bonum negative, non requiritur quod habeat intrinsece bonitatem, sed sufficit quod careat praedicato opposito bonitati, nempe malitia. ergo similiter ut natura secundum se dicatur una negative, sufficit quod careat praedicato opposito unitati, nempe quod careat divisione. at quia caret divisione secundum se, alias in omni statu esset divisa. ergo habet unitatem negativam. 34

Dices cum Mag. Lerma lib. 3. log. q. 6. n. 10. quod si natura secundum se haberet omni negative secundum quod hoc negative significat non esse appropriatam alicui in nullo statu posset esse appropriata, oppositum enim illius quod convenit naturae secundum se in nullo potest naturae convenire; sed in singularibus quaelibet natura est determinata et appropriata, ergo natura secundum se non est omni negative sumpto negative, in dicta acceptione.

Resp. Dato quod ut natura in singularibus deberet esse non appropriata 35 deberet convenire naturae secundum se positive esse non appropriatam, nam ex eo quod sit non determinata, et non appropriata negative secundum se, non sequitur quod illud eodem modo debeat convenire in omni statu. Explicatur solutio nam si aliqua praedicata nata convenire naturae solae prout est in statu secundum se et solitario, et variato statu necessario variantur praedicata, et huiusmodi sunt praedicata negativa quo iuxta in sententia ipsius Mag. Lerma natura secundum se est una negative per non repugnantiam sic docet n. 5. quod non convenit naturae prout est intellectu naturae intellectu non habet non repugnantiam sive unitatem negativam, sed unitatem positivam, praedicata ergo de quibus intelligitur illa maxima scilicet quod convenit naturae secundum se, semper et in omni statu debet illi convenire, et oppositum semper debet illi repugnare, sunt praedicata essentialia quae non sequuntur naturam prout in statu, et sunt omnia praedicata positiva essentialia [illegible] Et quoad explicari sint negativa, dummodo sint essentialia, ut naturam humanam esse hominem, differre a leone et alia huiusmodi, at vero praedicata negativa vel affirmativa quae sequuntur statum eodem modo debent convenire prout in illo statu et non alias et huiusmodi sunt unitates negativae, tum per non repugnantiam, tum per non esse appropriatum quae praedicata sequuntur naturam prout in statu, nam sunt praedicata accidentalia sive ut clarius loquar omnis intelligitur maxima de praedicatis affirmativis et negativis quibus affirmatur vel negatur aliquid accidentale, probatur nam natura secundum se neque est singularis, nec non singularis et tamen ipsa praedicata non conveniunt sic in differentia in quolibet statu sed unius determinate atque alii et aliud determinate in intellectu. ergo ex eo quod natura prout est in singularibus non sit una negative, genus nulli sit

appropriata reale infert Mag. Lemma quod natura in se non
recat illam unitatem negativam.

36 Si dicas quod natura sumpta est aliquid rea-
le. S. quod est aliquid reale est appropriatum singularitati, ut omne re-
ale sit singulare, ergo natura sumpta in se non est una unitate negative.

37 S. Dico quod natura sumpta in se solum est quid reale possibiliter, et nomi-
naliter, et solum habet appropriationem, et determinationem possibi-
liter, et aptitudinaliter, et permissive, ex se solum dicit illam uni-
tatem negativam.

§. IV.

38 Secunda Conclusio. Natura in statu contractionis ad singularia, sive
in statu physico, et existentiali est una unitate negative impro-
pria, solummodo. Contrarium huius Conclusionis tenent Scotistae cum suo M.
2 dist. dist. 3. q. 1. qui contendunt naturam rei habere unitatem positivam
et non desint aliqui Scotistae qui asserant illam unitatem ... rei
fundamentaliter, atque ... est ... principaliter inter Thomistas
et cum sit exclusiva ... quo ... non ... impropria ... non habet
unitatem positivam. ergo unitas positiva est incompossibilis cum divisione
positiva, S. natura rei non est positive divisa et multiplicata in
individuis. ergo natura rei non habet unitatem positivam. maior constat
cum divisio sit dissolutiva unitatis. et minor non videtur minus evidens, cum
natura rei sit natura ... per identitatem singularibus, ... divi-
sa, et multiplicata ad singularium divisionem.

39 Si dices quod Petrus, et Paulus ... rei sunt unum formaliter
et natura in Petro et Paulo habet unitatem formalem positivam. Contra videtur certa
quia illa unitas quae reperitur in Petro et Paulo solum potest provenire ab
unitate quam in illis sortitur natura humana. ... probatur quia si Petrus,
et Paulus non essent unum formaliter, essent divisi formaliter. et
haberent carentiam unitatis formalis, S. carentia unitatis formalis et
divisio formalis causat diversitatem specificam, quam evidens est quod
Petrus, et Paulus non habent. ergo est quod Petrus et Paulus sunt unum formaliter.
maior est evidens, cum ... sit non unum formaliter, et carentia unitatis formalis
sive divisio formalis. et minor est etiam evidens.

40 S. Dico quod Petrus et Paulus solum sunt unum formaliter, unitate conformitatis et
similitudinis, sive unum formaliter negative impropriae ut postea explicabimus

vel unum

vel unius unitati fundamentali, v. ex eo quod Petrus, et Paulus sint eiusdem speciei non infertur quod habeant unitatem formalem positivam, neque ut constat natura humana est divisa realiter in illis atque inde non habet in illis omnimodam unitatem formalem. vide pro hoc pro. ad argumentum in forma. 41

S. explicabis de unitate formali positiva sufficit carentia divisionis formalis positivae, S. natura humana v.g. ut est a parte rei nullam habet divisionem formalem positivam, alias esset distinctio specifica inter Petrum et Paulum; ergo natura habet a parte rei unitatem formalem positivam. min. dependet ab explicanda, et probatur mai. quia bene arguitur a positione definitionis ad positionem definiti, S. carentia divisionis formalis positivae, est unitas formalis positiva, ergo a parte rei datur unitas formalis positiva. 42

S. D. quia sicut unitas formalis, distinguitur et dividitur in unitatem formalem positivam, consistentem in omnimoda identitate, et in unitatem formalem fundamentalem consistentem in unitate convenientiae, conformitatis, et similitudinis quae unitas admittit diversitatem materialem, sic carentia divisionis formalis positivae debet distingui, in carentiam formalem divisionis formalis positivae, quae carentia explicat carentiam et remotionem cuiuslibet non identitatis et diversitatis, et in carentiam fundamentalem divisionis formalis, quae carentia est solum carentia, et remotio divisionis formalis fundamentaliter, admittens talis carentia diversitatem materialem; atque inde hoc posito dist. mai. datur a parte rei inter Petrum et Paulum carentia divisionis formalis, si sit sermo de carentia fundamentali. conc. mai. si sit sermo de carentia formali, formaliter tali, nego mai. et eadem distinctione dist. min. nego cons.

Vide ex dictis probatur 2ª pars. Illa unitas formalis positiva non consistit in unitate conformitatis, et similitudinis, S. in unitate identitatis, S. a parte rei solum datur unitas conformitatis, et non identitatis. ergo non datur unitas formalis. 44

V. relinquitur quod valde inefficaciter probat noster Doctor M. Ferma lib. 3. q. 7. n. 6. aiens si natura prout est a parte rei haberet unitatem formalem positivam id spectaret naturae secundum se, S. secundum se non convenit, ergo nec a parte rei. min. probat. quia si illi conveniret secundum se, conveniret a parte rei. S. a parte rei non convenit. ergo nec secundum se. 45

S. quis non videat nugatoriam inefficaciam huius rationis. in primis probat idem per idem, nam probat quod talem unitatem non habet a parte rei, quia non habet illam secundum se, et rursus secundum se probat non habere illam quia non habet a parte rei. vide circulationem.

Secundo assumit maiorem valde falsam ait enim si natura potest esse ex parte rei habeat unitatem formalem positive conveniret illi talis unitas per se et talis propositio est falsa et hoc ipsum poterat instari natura prout est in intellectu habet unitatem formalem positive, ergo haec illa per se. negat hoc ergo quod hoc ab ipso afformatum debet negari. Et ratio huius est quia licet sit universaliter verum quod convenit positive naturae per se in omni statu debet convenire; non est verum quod convenit in aliquo determinato statu, sive a parte rei, sive per intellectum illi, convenit per se et ratio veritatis primi est quia per se solum conveniunt praedicata essentialia quae semper debent convenire, at vero a parte rei vel in intellectu conveniunt etiam positive plura praedicata accidentalia quae non possunt nec debent convenire in omni statu. relinquitur ergo quod ratio afformata a Mag. Lorma non concludit.

46. Tertio eadem pars probatur ex absurdis sequentibus ut supra diximus §. 2. n. 11. notabili 3. tunc dicitur aliquid unum positive formaliter stante summa unitate in pluribus reperitur. ex quo sic arguitur. Primo quia dato ... existeret in rebus creatis mirabile mysterium Trinitatis. quod sic suadetur quia natura humana vel equina vera existens cum summa unitate in pluribus reperiretur quod est plusquam chimera. Secundo si a parte rei daretur talis unitas formalis sequeretur quod Deus non posset creare novum individuum naturae huius vel anihilare aliud individuum. Probatur et est chimaera, ergo et praedicta unitas. sequella probatur quia creatio est omnino ex nihilo, atqui ad creationem Petri v.g. supponeretur aliquid positivum Petri, alias si non esset eadem unitas positiva formalis Petri cum Paulo distinguerentur specifice, vel Deus non posset creare Petrum vel Petrus esset diversae speciei. imo non posset creare individuum eiusdem speciei, etiam si crearet Petrum, quia eum distinguerentur formaliter esset diversae speciei. ergo sequerentur plures chimaerae. Et eadem forma argumentandi non posse Deus anihilare Petrum, nisi anihilando totam naturam humanam. quod quidem impossibile est ~~...~~ Nec valet dicere quod supponeretur unitas formalis non ut Petri

47 respondeo creaturae cum nihil illius supponeretur.

Respondeo ad creationem non debet supponi aliquid etiam non ut proprium 48. alias non esset omnino ex nihilo. Et etiam alias quaelibet generatio esset creatio. quia ut ingenerat supponatur materia non supponitur ut propria genitibus ante generationem non sit ... supposita ut communis.

Secunda pars Thesis, nempe quod natura rei non sit sua unitate negativa propria, quae consistit in positiva aptitudine, sive in eo, quod esse nulli appropriata, probatur:
quia unitas negativa propria solum datur quando carentia praedicati oppositi unitati, sed naturae rei non datur carentia praedicati oppositi unitati, ergo non datur naturae rei unitas negativa propria. maior constat ex supra dictis, et sicut per unitatem in actu morali indifferenti (si datur) quia actus ille dicitur bonus negative quia caret intrinseca malitia, licet non habeat bonitatem. minor est evidens cum naturae rei detur singularitas positiva, quae est praedicatum destructivum unitatis formalis.

Secundo suadetur eadem pars: quia esse naturae rei unam unitate negativa propria est esse nulli appropriatam; sed natura rei non est appropriata; constat, quia natura rei est propria Petri v.g. ergo non habet unitatem negativam propriae. 50

Magister Lerma lib. 3. q. 6. n. 20. probat hoc quia si natura rei haberet unitatem negativam propriam esset quia nulli appropriata, hoc competeret naturae secundum se, et postea probat quod non convenit naturae secundum se, quia alias conveniret naturae rei. quae probatio ploraque quod probat iis peraeque habet aliquos defectus. in primis consequentia efformata in maiori non valet, ex terminis. quia potest habere aliquod praedicatum in aliquo statu determinato quod illi non conveniat secundum se. = Secundo est falsum dicere quod natura secundum se non habet unitatem negativam propriam ut vidimus n. 32. et 33 51
... replica quae ... ... n. 34. et 35 ... 52

Replicabis: quod si natura, prout est naturae rei non caret unitate formali negative propriae maxime quia est appropriata, et determinata mediante singularitate. sed stat quod sit appropriata singularitati et non habeat unitatem formalem negativam propriae. ergo habet talem unitatem naturae rei. maior est nostra doctrina; et probatur minor unitas formalis negativa propria consistit in positiva aptitudine ad essendum in pluribus statu et secundum unitatem, sed natura naturae rei habet positivam aptitudinem ad essendum in pluribus, stante sua unitate, ergo habet unitatem formalem propriae. minor probatur: nam materia prima, licet dum est sub una forma substantiali appropriata, inde etiam si sit appropriata ad unam formaliter substantialem retinet aptitudinem positivam ad essendum sub aliis formis. ergo similiter etiam si natura humana in Petro ... Petreitati, et singularitati sit determinata ad essendum in Petro hoc non obstante poterit servare aptitudinem positivam ad essendum in aliis individuis, ac proinde habebit unitatem negativam propriam.

53 S.° Conf.° q. si naa prima dr̃ ē sub forma substantiali cuius individui conservat aptitudinem positivam ad essendum sub alijs formis substantialibus, ideo ē quia distinguitur realiter entitative a qualibet forma substantiali ut dicitur 1. Physic. ac proinde in sua entitate ē pura pōa subiectiva physice et realiter. at v.° naa hum.ª in Petro nō distinguitur realiter a singularitate v.° Petreitas, et humanitas solum per rationem distinguuntur, v.ᵈ humanitas quae revera ē humanitas Petri nō pōt ēē humanitas Pauli, v.ᵗ constat manifeste discrimen inter ultimam naa 1.ᵃ habet unitatem negativam ex parte, nō tamen sequitur quod naa hum.ª v.g. vel alia naa habeat talem unitatem ap.ᵉ rei. Explicatur magis solutio q. maa 1.ª exse positive habet aptitudinem ad plures formas v.ᵈ talis aptitudo semper et in omni statu debet convenire x.ª illud quod convenit alicui sonse.ª at v.° naa hum.ª v.g. solum se positive nō ē apta ad essendum in pluribus sed negative, v.ᵈ nō debet habere talem aptitudinem ap.ᵉ rei. v.ᵗ constat quod naa hum.ª Petri, nequaquam pōt ēē in Paulo. at v.° naa Petri, pōt ēē maa 1.ª alterius individui.

54 Tertia pars prob. Ad his nempe quod naa ap.ᵉ rei habet unitatem negativam ex parte sive per nō repugnantiam prob.: q. illa unitas solum consistit in eo quod nō repugnet fieri una, s. naa prout ē ap.ᵉ rei habet aptitudinem sive nō repugnantiam ad hoc ut per intellectum removeatur singularitas. g.° habet unitatem negativam imperfectam. maior ē certa et min. prob.: q. naa cum distinguatur virtualiter a singularitate pōt denudari ab intellectu et cognosci absque illa singularitate; g.° habet nō repugnantiam remotam ad hoc ut sit una, g.° habet unitatem negativam imperfectam.

Confirmatur quia Petrus et Paulus

55 ap.ᵉ rei ss unum formaliter, hoc ē habent unitatem fundamentalem sive unitatem convenientie, similitudinis, et conformitatis, s.ᵈ talis unitas ē saltem unitas negativa imperfecta ut constat. g.° habent talem unitatem negativam imperfectam.

§. V.

56 Tertia Conclusio. naa prout ē in intellectu, sive ut quaerit consideratur per ea ab omnibus singularibus, sive naa logice sumpta ē una unitate formali positiva. haec Conclusio facile pōt suaderi, v.ᵈ prob.: ratione, q. ut diximus

q. ut diximus q. n. 11. unitas formalis positiva q. stante repugnantiae in se potest positive in pluribus reperiri, et in se habet aptitudinem positivam ad essendum in pluribus; et natura quatenus est in intellectu sive logice sumpta hoc habet. q. natura quatenus est in intellectu habet unitatem formalem positive. maior est evidens. probatur minor. q. natura prout est in intellectu potest affirmari de pluribus quo conservata, et illa unitate est apta positive ad essendum in pluribus. maior constat. probatur q. natura prout est in intellectu non solum habet praedicari ratione cuius non possit esse in pluribus cum consideretur absque singularitate limitante et determinante ad unum, sed q. de propositiones sunt verae. Petrus est homo. Paulus est homo. q. illa natura ut in se apta est positive per intellectum ad essendum in pluribus. atque in se habet unitatem formalem positive

S. dices. quod natura prout est in intellectu solum concipitur absque singularitate, atque inde solum concipitur secundum se, sive secundum sua praedicata essentialia; sed natura secundum se, et secundum sua praedicata essentialia non habet unitatem formalem positive. probatur maior. q. si intellectus aliquid aliud conciperet falso existimaret atque non esset solum cognitio abstractiva, cum abstrahentium non sit mendacium. q. solum cognoscit naturam absque singularitate, atque sic secundum sua praedicata essentialia.

S. Distinguo maiorem. concipitur natura absque singularitate positive concedo maiorem, negative nego maiorem. et ad probationem in eius initio maiorem similiter distinguo. natura absque singularitate solum dicit praedicata essentialia quae illi conveniunt secundum se, sed absque singularitate praecisive et negative solum concedo maiorem. sed absque singularitate, intellecto positive, et non praecisive negative, sed praecisive positive nego maiorem. et concessa minori. nego consequentiam. unde magnum est discrimen inter naturam prout est in intellectu, et prout est in statu solitario secundum se; quia secundum se quatenus secundum se non habet singularitatem, illa carentia est solum carentia negativa, sed illa praecisio naturae secundum se a singularitate est praecisio mere negativa; in intellectu vero positive praescindit, positive non habet singularitatem, hanc quae positivam carentiam habet accidentaliter per intellectum. sed relinquitur quod natura logice sumpta per intellectum est vera unitate formali positiva. 57

§. VI.

Corollaria praecedentis doctrinae. 58

Item universale, ex illo quod initio huius libri annotavimus nihil aliud sit quam unum in multis; inde quod eo modo quo in quolibet statu convenit naturae unitas eo modo debet illi convenire universalitas et contra. sed pro maioris claritatis gratia aliquibus conclusionibus resolvemus universalitatem naturae in quolibet statu. 59

60. Prima Conclusio. natura secundum se sive in statu metaphysico, vel solitario non est universalis positive. Sed tamen negative sumendo negative in utroque termino
3 est communis Authorum citatorum §. 3. n. 12. est Divi Thomae opusc. 56. ubi sic ait: Habilitas essendi in pluribus non est de essentia hominis, quia alias homo qui est in Sorte esset habilis ad participationem pluris, quod est impossibile. Idem docet cap. 1. de ente et essentia, ubi ait: De ratione universalis est communitas neque autem naturae convenit secundum se absolute considerata (idest secundum connexionem essentialem praedicatorum essentialium) si enim communitas esset de essentia hominis tunc in quocumque inveniretur humanitas, inveniretur etiam communitas.

61. Ratione probatur: Illud quid quid positive convenit naturae secundum se, semper et in omni statu debet convenire: Sed non in omni statu (nempe singulari rei) non est universalis positive, ergo nec secundum se. ex dictis supra discursus.

62. Tunc probatur: eadem paritas quia eo modo debet habere natura secundum se universalitatem, quo unitatem, Sed secundum se non habet positive unitatem formalem, ergo nec universalitatem. = Replicae quae possent fieri consistentes in sophismate variationis appellationis iam sunt formaliter dilutae §. 3.

63. Secunda pars Conclusionis probatur ex D. Tho. 3. Metaphys. lect. 12. ubi ait Utraque harum est una per suum esse. Et ratione quia tunc dicitur aliquid habere
54 aliquod praedicatum negative, quando licet non habet illud intrinsece, tamen caret praedicato destruente illud, ut patet exemplo sapientiae dictae de actu in differenti qui homo negative dicitur. Sed natura secundum se licet non habeat positive universalitatem, tamen caret praedicato destruente universalitatem, nempe caret singularitate, ut ut ex dicto. Avicennae approbato a D. Tho. Equinitas secundum se sit tantum equinitas nec una nec plures: ergo habet universalitatem negativam. Item quia secundum habet unitatem formalem negativam, ergo et universalitatem. Replicae quae contra hoc possent fieri iam solutae §. 3. a n. 31.

64. Secunda Conclusio. natura a parte rei, sive in statu physico non est universalis positive, nec negative proprie, sed negative improprie, sive fundamentaliter et remote. est communis Doctorum citatorum §. 4. n. 38. nam tamen Conclusio est omnium. probatur ex Philosophus. 1. de Anim. tex. 8. ubi ait animal universale aut nihil est aut posterius quod locum explicat D. Tho. opusc. 56. dicendo quod Philosophus ideo asserit quod universale aut nihil est aut posterius quia in re nil est formaliter

65. Ratione probatur quia primo quod universale formaliter positive est unum aptum positive ad essendum in pluribus natura a parte rei non est apta ad essendum in pluribus quia contracta singularitate, ergo non est universalis positive

Item quia

Itaque quia a parte rei non habet unitatem formalem positive; ergo neque universalitatem formalem positive. 66
Secunda pars Conclusionis suadetur quia ut ex dictis constat tunc dicitur aliqua res
habere negative per modum aliquod praedicatum quando intrinsece et positive ca-
ret opposito destruente ipsum; sed natura a parte rei non caret praedicato opposi-
to universalitati, sed potius habet singularitatem extremis destruentem uni-
versalitatem; ergo natura a parte rei non habet universalitatem negative per modum; item
natura a parte rei non habet unitatem formalem negative per modum ergo neque universalitatem. 67
Tertia pars probatur quia universalitas negativa in praecisione consistit in non
repugnantia, sed natura etiam prout est a parte rei nullam habet repugnan-
tiam ad universalitatem; ergo est universalis negative per non repugnantiam. Pro-
batur minor. quia natura prout est a parte rei non habet repugnantiam ut cognosca-
tur non cognita singularitate. ergo habet non repugnantiam. Itaque quia ut diximus
habet a parte rei unitatem conformitatis; ergo habet universalitatem negative in praecisione. 68
replices quod dicam hoc non fieri nisi diluetur §. 4.
Tertia Conclusio. natura logice sumpta sive prout subest considerationi intellectus
est universalis positive. Probatur Conclusio ex dictis patet quia natura logice sumpta est for-
malissime species, vel genus, vel alia huiusmodi; sed hoc neque sunt universalis
positive, ergo natura logice sumpta est universalis positive. maior est evidens, minor
hae praedicationes sunt verae, homo est species, et animal est genus, loquor de illis
prout subest intentionibus; ergo sunt universales. Itaque quia universalitas positiva
consistit, et tunc datur quando natura una inest potest praedicari de pluribus, sed hoc
per intellectum potest praedicari de pluribus ergo per intellectum est universalis positive.
Itaque quia natura per intellectum habet unitatem formalem positive, sed talis unitas constituit uni-
versale positive, ergo est universalis positive. noto quod genuine abstrahitur ab
eo quod sit universalis natura per illam operationem intellectus, de hoc postea.

§. VII.

Dices secundo contra Conclusionem obicies fundamentum Scoti 7. Metaphys. q. 18. quem se- 69
cuntur Scotistae, et Vasquez ostendentes quod natura a parte rei est universalis
positive. Nam Philosophus 1. Perihermeneias cap. 4. ait. Rerum aliae sunt universales
aliae particulares; sed particularia dantur in rebus sive a parte rei; ergo universalia
dantur. Et ratione probatur: ubi datur unum relativum debet dari suum correlativum; 70
sed particularia sunt correlativa universalis, et alias dantur a parte rei; ergo a parte
rei dantur universalia. 71
Respondeo ad primum quod Philosophus in praedicta divisione rerum loquitur
de rebus secundo intentionaliter sumptis, non loquitur de rebus prout nominibus

significanti, ac ideo ait quod intentiones aliae sunt universales, ut genus et species, et aliae secundum modum aliae sunt particulares ut individuum, subiectum, praedicatum singulare. — Secundo quod loquitur de rebus a parte rei sive primo intentionaliter sumptis intelligitur praedicta divisio de universali fundamentaliter, et de particulari fundamentaliter. — vel tertio quod loquitur de universali secundo intentionaliter, et de particulari primo intentionaliter ac ideo quod non debet dari universale a parte rei, sicut quando dividit substantiam in primam, et secundam, primum membrum sumitur primo intentionaliter, et secundum secundo intentionaliter.

72 Ad secundum concessa maiori, et minori quoad primam partem distinguo quoad secundam partem sed particularia dantur a parte rei fundamentaliter secundum formaliter nego minorem et universalia, distinguo consequentiam fundamentaliter concedo, formaliter nego consequentiam.

73 Si dicas a parte rei debet dari obiectum intellectus; sed hoc est universale; ergo a parte rei datur universale.

74 Respondeo concedo quod obiectum intellectus non universale logicum formaliter, cum hoc sit ens rationis, sed universale metaphysicum; unde ex praedicto discursu solum convincitur quod a parte rei datur universale metaphysicum; quod debet intelligi datum, sed non separatum a singularibus, sed cum illis identificatum.

QVAESTIO III.

Utrum gradus metaphysici distinguantur obiective.

§. I.

1 Antequam universalis logici formalis naturam investigemus, et per quem actum intellectus fiat discutiamus, placet de metaphysicorum graduum distinctione aliquantulum praelibare, tum quia hic communiter disputant de eorum distinctione, tum quia gradus metaphysici sunt fundamentum universalis logici et ad diversitatem graduum diversa constituuntur universalia, sed non alia re de illorum distinctione, vel identitate in praesenti agimus. Et antequam decidatur quaestio aliqua notabilia ordine deducentia est necessarium anteire. Unde

2 Primo notandum est in quolibet individuo esse diversos gradus, quorum cum aliquibus, cum aliquibus individuis convenit, ab aliis vero individuis distinguitur. Hi gradus metaphysici vocantur quia pertinent ad essentialem constitutionem rei. exemplum sit in Petro, in quo reperitur gradus substantiae, cum convenit cum omnibus sublunaribus compositis, cum caelis et cum Angelis, est etiam in Petro gradus corporis, cum quo convenit cum caelis et distinguitur ab Angelo, est etiam gradus mixti, cum quo convenit

cum lapide et aliis, distinguitur a caelo et elementis, et gradus vegetabilis

cum quo convenit cum planta, distinguitur a lapide, et gradus sensibilis

cum quo convenit cum leone, distinguitur a planta. Et gradus rationalis

cum quo convenit cum Paulo, distinguitur a leone, et tandem sua ecceitas

sive sua differentia individualis, Petreitas scilicet, qua mediante distinguitur

a quolibet alio. Quaestio ergo praesens inquirit quomodo isti gradus

distinguantur inter se, et erit exemplum inter hos determinatos gradus,

scilicet inter Animal, et rationale, et quod resolutum fuerit de

his, intelligatur de Petreitate cum rationalitate, et de aliis ad invicem

et inter hos inferiores separatos. 3

Secundo notandum est quod loquimur de gradibus metaphysicis ejusdem

individui, inter se separatis non vero separatis cum gradibus alterius individui

videri certum est non quod sicut duo individua distinguuntur realiter et realiter

sic distinguantur etiam illi gradus. 4

3° notandum est distinctionem ex terminis

nihil aliud esse quam carentiam unitatis, et identitatis; unde evidens est quod eo

modo quo aliquid est distinctum ab alio, ita habebit carentiam identitatis, et omni-

tatis cum illo, aliquin si posset non habere carentiam identitatis, posset esse distinctum

et idem quod est chimera. Unde hoc posito quod inquirimus est quales distinc-

tiones seu carentiam identitatis habeant gradus metaphysici, ad quod per-

cipiendum videtur necessarium genera distinctionum praemittere. Unde sit.

§. II

Quotuplex sit distinctio? 5

Distinctio omnis, generaliter sumpta aut est realis, aut rationis. Prima est

ante omnem operationem intellectus, secunda est beneficio intellectus appre-

hensiva inter duo quae realiter sunt idem. 1a exercetur inter Petrum, et Paulum, et Angelum

et quodlibet aliud ens reale, 2a inter attributa divina, et naturam divinam (si forte

ibi non sit distinctio Scotica, ut non invenies cras). et inter essentiam hominis, et naturam

hominis. Probatur haec assertio quia inter extrema contradictionis opposita formaliter

non est excogitabilis medius; sed talis distinctionis divisio data inter extrema contradictionis

formaliter opposita, ergo nullus datur medius ergo nulla est alia distinctio. Major probatur: esse

ante intellectum, non esse ante intellectum sunt propositiones contradictoriae formaliter oppositae quarum

cludens una affirmativa, alia negativa, sed tunc sic si est distinctio ante intellec-

tum est realis, si non est rationis. ergo est adaequata divisio distinctionis in realem, et rationis. 6

Distinctio realis subdividitur in distinctionem realem virtualem et indistinctionem

reale actuale, distinctio realis virtualis, eminentialis, vel fundamentalis e aequivalentia unius et indivisibilis entitatis ad praestandum, quae solum praestari, ut e inter esse dei et attributa, distinctio actualis e carentia identitatis realis ut inter Petrum, et Paulum.

7 Rursus distinctio realis actualis subdividitur in distinctionem entitativam sive rei, et rei, et in distinctionem realem modalem, 1.a inter Petrum et Paulum, 2.a inter rem et modum in venitur et dicitur modalis, hinc etiam denominatione amodo, et quamvis sit minor quam distinctio entitativa, hoc e quia dicit identitatem, sed quae e inter rem et modum, sive quae versatur inter duos modos, et ut percipiatur haec distinctio nota quod modus e determinatio ad aliquid extra esse rei, ita minimae entitatis quod sine illa nequeat ee. ut docet D. Tho. opus. 40. v.g. distinctio quae versatur inter Petrum et suam sessionem, vel quae versatur inter stationem et sessionem. mitto distinctionem realem formalem ex natura rei quia de hac instituendum e § diversum.

8 (Distinctio rationis subdividitur in eam quae) habet fundamentum in re, et in eam quae non habet fundamentum in re, sive in distinctionem rationis ratiocinantis, et in distinctionem rationis ratiocinatae, 1.a e quae intellectus fingit pro suo libito ut inter gladium et ensem, Marcum et Tullium. 2.a vero est illa quae supponit aliquod motivum a parte rei ut inter conceptum essentiae, et conceptum naturae.

§. III.

De distinctione formali ex natura rei.

9 Praeter annumeratas distinctiones ab omnibus admissas aliqui superimponunt aliam quam vocant distinctionem formalem ex natura rei, quae distinctio attribuitur Scoto, diciturque fuisse inventor illius, explicaturque ab illo fere semper per non identitatem formalem, ornaturque citatus subtilis doctor pro hac opinione 1. dist. 2. q. 7. § Dhic restat. et 1. dist. 3. q. 6. et 2. dist. 2. q. 1. et in aliis locis dist. et in 7. Metap. q. 16. et in quodlib. 1. q. 1. et fere semper. Scotum sequuntur omnes Scotistae et novissime Pontius egregius Scoti commentator, Herrera excepto qui Metap. disp. 4. q. 2. qui dicit Scotum solum tradidisse distinctionem virtualem = Praeter Scotistas admittunt aliqui Thomistae hanc distinctionem formalem ex natura rei Martinez de Prado in sua Metap. 1. p. Contr. 10. dub. 2. §1. n. 8. ait non ee sucum demonstratum ee impossibilem distinctionem formalem ex natura rei v. ait quod probabiliter debet admitti citatque pro ea plurimos Thomistas. ut sunt Bto. Bannez

Ferrara

Ferrara Araujo Lerma, et Lerma qui oes citati possunt videri in praedicto loco apud Prado. licet Prado ibidem §. 2. n. 14. ait probabilius esse non dari distinctionem formalem ex natura rei = Ceterum quod attinet ad M. Lerma lib. 3. log. q. 5. n. 3 expresse impugnat distinctionem formalem ex natura rei, at lib. 1. log. q. 4. n. 4. videtur admisisse praedictam distinctionem, et non solum ibi sed assignando distinctionem quae reperitur inter actionem passionem, et omnibus ait esse distinctionem formalem ex natura rei, sic. ait lib. 7. log. q. 31. n. 4. et 3. Physic. q. 4. n. 5. eamque distinctionem ait admittendam esse inter relationem et suum fundamentum lib. 7. logic. q. 22. n. 4. et fere semper admittit praedictam distinctionem formalem ex natura rei licet ut vidimus in lib. 3 universaliter neget et impugnet praedictam dist. unde ex dictis huius Authoris nihil firmum haberi potest. 1. o

Ceterum omnes Thomistae chimericam reputant praedictam distinctionem sive rem mediam, et sit aliquantulum divisum incognoscendo quae dicitur distinctio media, et sit divisum respectu cuius separata ut membrum dividens distinctio formalis ex natura rei, aliqui asserunt distinctionem ut sic, esse divisum. Denique asserunt divisionem distinctionis in realem, et rationis, esse inadaequatam, proindeque aiunt distinctionem ut sic dividi in distinctionem realem adaequatam, et indistinctionem realem inadaequatam sive distinctionem formalem ex natura rei, et indistinctionem rationis. Unde distinctionem formalem ex natura rei aiunt esse mediam inter realem et rationis, minorem illa, et maiorem ista, = Caeterum alii asserunt distinctionem ut sic adaequate dividi in distinctionem realem, et distinctionem rationis. et distinctionem realem subdividunt in realem entitativam, realem modalem, et realem formalem ex natura rei, hoc est quod praecipue potuit ex diversis Authoribus tam Thomistis, quam Scotistis, quos vidi, ceterum ex his cum Propositione conabor praedictam distinctionem formalem ex natura rei esse chimericam et implicatoriam, sive dicatur esse mediam inter realem, et rationis, sive dicatur esse membrum dividens distinctionis realis. unde sit. 1 L

Prima Conclusio. omnis distinctio est realis, vel rationis, unde implicat distinctionem formalem ex natura rei esse mediam inter utramque. et probatur. Conclusio. quia inter extrema contradictorie opposita non datur medium; sed divisio distinctionis in realem et rationis datur inter extrema opposita contradictorie; ergo nulla alia distinctio media potest excogitari. maior fundatur in illo principio 1o <u>quodlibet est, vel non est.</u> et minor probatur: quia praedicta divisio est inter extrema distincta vel per operationem intellectus, vel non per operationem intellectus, sive est inter extrema distincta a parte rei, vel non distincta a parte rei; ergo est inter extrema contradictorie opposita.

12 Conf.^r 1° haec ratio quia distinctio est carentia unitatis, ergo quotuplex fuerit unitas, erit distinctio. tunc sic, Sed omnis unitas vel est realis, vel rationis; ergo omnis distinctio vel est realis vel rationis. Prob. min: unitas cum sit passio entis sequitur entitatem iuxta illud Philos. 4. Metaphys. cap. 4. si ita ens, et unum ac natura una sunt, quatenus ea quae se invicem sequuntur tanquam principium et causa; ergo quotuplex fuerit ens erit, et unum; sed omne ens aut est reale aut est rationis; ergo unum vel unitas vel est realis vel rationis.

13 Conf.^r 2° quia formalitates inter quas fingunt distinctionem mediam, v.g. animalitas, et rationalitas eiusdem individui vel sunt aliquid reale distinctum extra animam vel non. si sunt, ergo distinguuntur realiter, si non ergo solum distinguuntur per rationem. ergo omnis distinctio vel est realis vel rationis.

14 Conf.^r 3. quia omnis distinctio quae versatur inter duas res simpliciter tales est distinctio simpliciter realis; sed distinctio media formalis ex natura rei est distinctio inter duas res simpliciter tales iuxta modum dicendi Scotistarum; ergo est distinctio simpliciter realis. maior videtur evidens et min. prob: quia illae duae formalitates inter quas iuxta opinandi modum Scotistarum debent esse verae et non chymericae vel fictae extra animam Petrus, v.g. vere est animal, et vere est rationale ante opus intellectus ergo illa distinctio versatur inter duas res simpliciter tales

15 Si dicant quod illae duae formalitates non possunt denominari res absolute et simpliciter, quia denominatio rei solum potest acommodari rebus completis quae possunt existere seorsum et separatim ad invicem.

16 Sed contra 1° quia alias risibilitas, intellectus, voluntas, et omnes potentiae sensitivae, et vegetativae non possent denominari res quia existere nequeunt seorsum ab anima. item materia prima et forma materialis non esse res quia nequeunt seorsum separatim existere. item in forma et figura quantitatis, et in aliis quam plurimis exemplis. Et quod intollerabilius est sequeretur ex praedicta solutione quod tres Personae divinae non esse tres res. Quae sequela videntur Scotistis opponitur Fidei articulo, et sacrosanctae Trinitatis mysterio praesertim iuxta illud Anselmi dicentis: Omnes Christianos asserere Personas divinas simul proprie esse tres res, simul esse, et unam rem absque aliqua separatione vel divisione; Sequela maioris prob: quia Personae divinae nequeunt existere separatim realiter inter se, vel separatim ab essentia. ergo si aliquid ut denominetur res debet posse existere seorsum a quolibet alio videtur quod tres Personae divinae non erunt tres res.

Urgentius

Urgentius; nam distinctio formalis ex natura rei quam fingunt adversarij 17
vel est adequate realis, ac proinde non est media inter realem, et rationis,
vel non conducit ad vitanda inconvenientia, que mediante illa avertere
conantur Scotiste: ergo est absolute distinctio realis. assumptum probo: quia incon-
venientia precipua que intendunt vitare est ne duo contradictoria predi-
cata de eadem entitate verificentur; sed si ante opus intellectus destruuntur
illa predicata contradictoria est mediante distinctione adequate reali, ergo non suffi-
cit distinctio media, maior constat et minor probatur: quia predicata contradictoria
distinguuntur adequate, si formaliter illa distinctio est ad inventa ad vitan-
dam contradictoria predicata debet esse adequate realis. explicatur magis
predicta ratio: hec predicata animal est principium et ratio conveniendi, rationa-
le non est principium et ratio conveniendi, sunt predicata contradictoria, sed
illa vere et realiter et adequate, quelibet seorsim sumpta sunt vera
ergo si adequate sunt vera, adequate distinguuntur realiter, eadem non entitas non
potest realiter esse principium conveniendi, et non esse principium, 18

Si dices quod illa entitas cum duplici formalitate reali hoc potest
prestare. ac proinde non erit distinctio realis adequate.

Sed contra quia in primis illa 19
predicata adequate realiter verificantur, ergo adequate realiter distinguantur.
2o. quia si sufficit duplex formalitas in eadem entitate, eadem ratione sufficiet
duplex virtualitas, ergo non debet intercedere distinctio realis adequata, ac proin-
de non sufficit distinctio media, vel si sufficit distinctio media sufficiet dis- 20
tinctio virtualis.

Secunda Conclusio. distinctio realis adequate subdividitur
in distinctionem entitativam, modalem, et virtualem, ut analogice, vel
repugnat distinctio realis formalis ex natura rei = 1a. pars patet. distinctio
entitativa, est inter duas res, modalis, inter rem, et modum, vel inter duos
modos, virtualis, est distinctio quo ad equivalentiam. 2a. pars etiam est ex-
pressa, quoniam vel illa divisio est univoca adequate debebant membra dividen-
tia participare rationem divisi, sed solum duo prima adequate participant ration-
em distinctionis realis. ut inter illa est analogia physica, tertium vero solum per
methaphoram dicitur et enumeratur inter distinctiones reales, cum
ex terminis realiter beat identitatem, et patet inter eos et magis ergo est
divisio analoga. Tertia pars probatur: 21

Primo quia si distinctio formalis ex natura rei

ē membrū divers distinctione reale participabit adeq̄ rationē realis distinctione, implicat n. species alicuius generis n. participans extrahendi rationē genericā, S. distinctio realis ē necess. inter entia realia, ergo implicat distinctio formalis ex naa rei. mai. ē evidens, et min. probr: 1° q. distinctio rationis implicat n. exercerī inter entia rationis, ergo distinctio realis implicat quod n. sit inter entia realia. tū 2° q. distinctio ē carentia unitatis, ergo distinctio realis ē carentia unitatis realis, sed carentia unitatis realis ē et datr necess. inter entia realia. S. constat. ergo implicat distinctio formalis ex naa rei.

22 Secundo efficaciter probr: Ratio q. distinctio formalis ex naa rei nihil aliud ē iuxta Scotistas quā negatio identatis formalis et conexionis intrinsecæ, S. talis negatio non sufficit ad distinguendum illa extrema actualiter distincta; ergo distinctio formalis ex naa rei n. ē realis actualis, s. solū ē actualis per operationē intellectus. mai. pt. et min probr: q. illa negatio intrinsecæ conexionis, et identitatis formalis n. sufficit ad ponendum inter illa extrema relationē realē, ergo nec sufficit ad ponendum distinctionē realē actualē. ma probr: probandū postea ans. q. ois distinctio realis fundat realationē realē inter illa duo cū ois distinctio dicat oppositionē

23 S. dices cū Suario quod extremis distinctio realis n. infert relationē realē inter illa duo (Deus n. ab Angelo distinguitr, et tn n. dicit relationē realē ad illud.

24 S. contra q. ad minus exigit distinctio realis relationē realē ex parte unius extremi, et si n. datr ex parte alterius extremi ē propter incapacitatē subiecti. ergo ois distinctio realis infert relationē relationē realē,

25 ig. ergo probr: principale ans. q. negatio identatis formalis, et conexionis intrinsecæ reperitr iuxta Scotistas inter naā divā et attributa, at inter hæc n. pōt dari relatio realis, cū in Deo solū dentr quatr relationes reales. ergo verū præditū ans.

2

§. IV.

Proponuntr, et diluuntr fundamenta dist. formalis ex naa rei.

26 Primo arguunt Scotistæ ex mysterio Trinitatis. q. ibi verificantr propositiones. ess. diva coicatr Filio. Paternitas n. coicatr Filio inter essā et Paternitatē datr distinctio formalis ex naa rei.

S. contra

S. D. q. si hoc arg. aliquid vinceret in favorem distinctionis formalis 27
vinceret distinctionem realem adjecta q. etiam verificantur hae propositiones
res quae est ess. divina realiter vocatur Filio; res quae est Paternitas
realiter n. vocatur Filio. cum ut vidimus ex D. Anselmo tres Personae
sint tres res, et ess. sit una res. S. hoc n. probat. ergo nec distinctionem
formalem actualem. 28

Urgentius q. distinctio realis actualis officit unitati
essentiae et attributorum, in divinis n. datur distinctio realis inter
Personas, ratione oppositionis relativae cum ibi omnia sint unum ubi n.
obest relationis oppositio. ergo distinctio formalis ex natura rei quam fingunt
Scotistae repugnat in divinis. V. etiam si alias n. repugnaret, repug-
naret in divinis, S. ut vidimus absolute est distinctio chymerica. 29

Secundo suadent distinctionem formalem ex natura rei hac ratione.
ergo q. aliqua duo ita ad invicem se habere concedantur quod physice nec di-
vinitus possint separari, et tamen alias unum metaphysice et formaliter exclu-
dit aliud, tunc datur distinctio realis actualis, n. physica et entitativa
ergo saltem formalis ex natura rei. maior probatur: quia quando aliqua duo ita ad
invicem separantur quod unum excludit aliud eo modo quo illud exclu-
dit ab illo distinguitur, ergo si illud includit physice, et excludit meta-
physice intercedet distinctio realis actualis n. physica S. metaphysica
sive formalis ex natura rei. tunc sic S. plura sic se habent, ergo datur
inter illa distinctio formalis ex natura rei. minor constat. v.g. inter anima-
litatem et rationalitatem eiusdem individui. et insuper probatur: quia utraque
ex his extremis definitur sua definitione seorsum ab alio, et alias utraque
aliud physice includit ergo datur inclusio physica actualis, et actualis
exclusio metaphysica, sive formalis ex natura rei, datur ergo talis distinctio.

Hoc argumento vincitur M. Prado 1. p. Metap. q. 10. ar. 4. § 1. n. 13. 30
V. ait quod probabiliter potest admitti distinctio formalis ex natura rei. S. mihi
illud videtur sophisma cum ut vidimus q. praecedenti rationes quibus diluitur
distinctio formalis ex natura rei procedunt per media demonstrativa. V.d 31
Respondeo neg. ex terminis maiorem. q. ut aliqua duo n. possint
nec divinitus separari possit bene distinctione physica. V. ex inseparatione
physica n. probatur indistinctio physica, et distinctio formalis. explicatur maior.
inter mag. et formam est distinctio physica et materia nec divinitus potest separari
ab omni forma: inter esse et existentiam est distinctio physica, et existentia n. potest esse
separata ab esse. hoc in re. Scotistis distinguitur realiter, [illegible]

et hi nec dicuntur posse ab illis [illegible] simul sumptis, et omnibus separari. et alia quae plurima ex[illegible]. V.ª ad probationem dico quod illa extrema non dicunt exclusionem metaphysicae perfectae unius ab alio, cum illa duo extrema concurrant ad constituendam unam essentiam metaphysicam, sed solum dicunt exclusionem inadaequatam fundamentaliter et virtualiter quia unum extremum potest concipi praecisive ab alio. Non sunt dicunt exclusionem in adaequatam actualem, et ad probationem dico quod non definiunt dicatur sic adaequatis definitionibus, sed in adaequatis, unde distinctio etiam et diversitas illarum definitionum est distinctio solum virtualis ex parte rei et solum actualis per operationem intellectus.

32 Denique argentinorum argumento ad stabiliendam distinctionem formalem ex natura rei arguunt quod ea quae ad diversa praedicamenta pertinent distinguuntur realiter et ante operationem intellectus, sed plura quae ad diversa praedicamenta pertinent non distinguuntur realiter entitative; ergo distinguuntur distinctione reali, actuali, et formali ex natura rei.

33 Confirmatur quod quae pertinent ad diversas species habent distinctionem realem; sed una entitativa qualitas pertinet ad diversas qualitatis species, v.g. calor ad 1am et ad 3am, et idem est de frigore et aliis primis, et quae plurimis secundis; ergo est quod illa entitas secundum quod pertinet ad unam speciem distinguitur realiter formaliter ex natura rei, a se ut pertinet ad aliam speciem.

34 Sed ad 3m quod imprimis valde probabile est in via Doctoris quod una et eadem res ut pertineat ad diversa accidentis praedicamenta, et ad diversas species accidentium sufficit quod habeat diversas rationes cum fundamento. ita tenent Capreolus, Sonzinas, Savelus, Zumel et novissime Prado. et ex aliis Toletus, Vazquez, Rubio, Vidanus et alii, ergo non requiritur distinctio formalis ex natura rei. = alii inter quos SS. M. Ioan. a S. Th. ait quod praedicamenta accidentis ad minus distinguuntur realiter modaliter. ergo potest exponi praedicamentorum distinctio absque subsidio distinctionis formalis ex natura rei. sed de hoc alibi sermonem instituemus.

§. IV.

Explicantur praecisiones obiectivae, et formales.

35 Praecisio ex terminis dicit distinctionem et separationem unius ab alio, unde quotmodis fuerit separatio unius ab alio totidem erunt praecisiones. est ergo praecisio in duplici differentia alia est formalis, [illegible], obiectiva realis, praecisio formalis quae (non distinctio formalis ex natura rei est, ut iam non est hic impugnata) solum se tenet ex parte

ex parte intellectus, modo nullo ex parte obiecti, sed ad summum exigit ex parte obiecti aliquod connotatum; vel solum exigit haec praecisio formalis diversitatem actuum intellectus; quibus idem obiectum coram ponitur, solum cum diversa connotatione. ut v. g. conceptus quibus concipitur idem homo, sive significatus hoc nomine Marcus, sive hoc, Iulius, sive hoc, Cicero obiectum non idem est solum cum diversa connotatione.

Praecisio obiectiva, tamen dicitur quae ultra diversitatem actuum intellectus exigit diversitatem obiecti in esse obiecti. haec potest esse in duplici differentia 1° quia obiectum est ex parte rei diversum, quatenus esset diversitas praesuppositive ad operationem actus intellectus, vel distinctio formalis ex natura rei ab Scoto adinventa, et de hac praecisione obiectiva iam diximus repugnare. 36

2° accipitur praecisio obiectiva proprie sive non in esse rei, sed solum in esse obiecti et cum stante identitate physica, est diversitas obiectiva, ut v. g. quando concipitur Animal, et rationale quae ut in esse entis identificentur non obiectum unius actus solum est animal, non includendo rationale, et obiectum alterius est rationale, non includendo animal; haec praecisio obiectiva adhuc est duplex una perfecta, alia imperfecta, prima est dato quod ut obiecta utriusque actus identificentur physice tamen in esse obiecti habent distinctionem, non solum quia in obiecto unius actus non explicatur obiectum alterius, sed secundo quia in illo non includitur actu proprie quod illud non includit, et haec praecisio perfecta inquirimus utrum detur inter gradus metaphysicos, sive inter rationes superiores, et inferiores quae univoce comparantur inter se. praecisio obiectiva imperfecta est quando obiectum unius actus ut non sit obiectum alterius actus tamen non solum habent identitatem physicam sed actu includitur etiam obiective in obiecto alterius actus ut non pro explicito tamen pro implicito, ut est quaelibet ratio analoga respectu suorum inferiorum, hanc quia praecisionem obiectivam imperfectam vocant aliqui solum praecisionem formalem, haec quaestio videtur de nomine, ut videatur quod magis proprie vocatur praecisio obiectiva imperfecta sive per implicitum et explicitum nam distinctio haec solum ponit locum in eminentia obiecti, vel est distinctio rationis ratiocinatae, illa non est quae reperitur inter eius divisa, et attributa, atque distinctio rationis ratiocinantis sive sine fundamento in re sufficit ad praecisionem formalem.

Ut autem radicitus distinctio obiectiva perfecta percipiatur, nota quod talis praecisio potest fieri 1° per simplicem apprehensionem, cognoscendo nempe unam virtualitatem obiecti nihil cogitando de alia secum identificata, non solum non cogitando aliquid, sed etiam obiective nihil reperto et incluso actu. 2° potest fieri per actum iudicii nempe affirmando vel negando distinctionem obiectivam. explicatur exemplo possum non cognoscere animal non cognito rationali, sed tamen hoc absque eo quod affirmem animal est distinctum a rationale, vel negem dicendo. animal non est rationale et de proxima abstractione, et praecisione simplici, intelligitur hoc axioma 37

abstractionis est mendacium; 2° praecisio est cum falsitate si affirmet ita esse in re, hic negatur idem. 3° solum quaeritur utrum inter gradus metaphysicos, sive inter rationes inferiores, et superiores univoce inter se comparatas detur praecisio obiectiva simplex et perfecta, v. g. utrum quando concipitur animal perfecte praescindat rationale, taliter quod rationale non solum ibi non explicetur in obiecto illius actus, sed etiam quod ibi actu non includatur.

38 Unde notandum quod quando dicimus et affirmamus animal est rationale ut ibi importetur praecisio inter subiectum et praedicatum, illa praecisio et separatio obiectiva solum se habet de connotato ad posse affirmare non vero importatur in recto, ita ut dicatur animal ut praecisum, est rationale ut praecisum, alias esset falsa illa affirmatio. Quibus positis circa praesuppositam quaestionem duplex versatur sententia.

39 Prima ait inter gradus metaphysicos solum admittit praecisionem formalem, sive quod idem est admittit solum praecisionem obiectivam imperfectam, per implicitum et explicitum, aiunt non quod obiectum unius actus non solum physice identificatur cum obiecto alterius actus sed etiam obiective, solumque diversitatem aiunt oriri ex parte actus intellectus diversimode exprimentis idem obiectum, modo nempe in ordine ad unum actum, modo ad alium. Et solum ponunt distinctionem connotativam ita Nominales, et pariter hoc aliqui moderni Societatis ut P. Hurtadus disp. 5. metap. sect. 10. Oviedo controvers. 9. punct. 8. Arriaga in log. disp. 6. q. 2. Franciscus Alfonsus disp. 4. sect. 1. Quiros disp. 9. sect. 4. et ex nostris Sal. P. M. Averza q. 9. sect. 10.

40 Secunda vero ait admitti inter gradus metaphysicos, sive inter rationes superiores, et inferiores univoce comparatas inter se praecisionem obiectivam perfectam modo superius explicatam. ita nostri Thomistae et ex Patribus Societatis celebriores ut P. Varsquez 1. p. disp. 117 cap. 2 Eximius Suarez Metap. disp. 2. sect. 2 et disp. 7 sect. 1. Ricardus Lince Metaph. lib. 2. tract. 4. et lib. 6. disp. 13. q. 9. art. 290. Izquierdo in suo Pharo sect. 2.

41 §. V.

Explicatur distinctio quae reperitur inter gradus metaphysicos.

Sit Prima Conclusio. genus et differentia eiusdem individui. v. g animal, et rationale (et idem dico de aliis gradibus) non distinguuntur aliqua distinctione reali actuali = Praeter impugnationem superius factam distinctionis formalis ex natura rei. ad maiorem intelligentiam distinctionis quae versatur inter gradus metaphysicos ponitur praedicta Conclusio. Et probatur quia gradus animalitatis, et gradus rationalitatis in recto

in Petro v.g. sumitur et originatur ab eadem indivisibiliter forma; sed quae oritur sicut ab eodem principio indivisibili ingerere causam formalem, non distinguuntur realiter, ergo animal, et rationale non distinguuntur realiter. min. constat cum esse formale sit ipsa forma, ergo esse quod aeque primario et indivisibiliter proveniat ab eadem forma non distinguuntur realiter. et mai. urget clare cum totum illud promanat ab anima. 42

Replicabis quod gradus corporis distinguitur realiter a gradu viventis, ergo similiter quilibet gradus metaphysicus distinguitur a quocumque. ans. probatur: quia gradus corporis provenit a diverso principio, ac gradus viventis; ergo distinguuntur realiter. cons. patet ex diversitate rationis quam [illegible] solidabamus. ans. vero probatur: quia gradus corporis provenit a forma corporeitatis, et gradus viventis, ab alia forma, nempe ab anima. sed tales formae sunt diversae. ergo gradus corporis provenit a diverso principio ac gradus viventis. 43

Sed dices ut in libris de Anima explicabitur in homine neque in nullo ente animato, imo in nullo ente reali datur duplex forma substantialis, quia alias quaelibet esset 1a et non esset 1a. 44

Sed replicabis quia etiam si non detur duplex forma substantialis, adhuc ut animal, et rationale distinguuntur realiter; ergo distinguuntur realiter. ans. probatur. quia ex doctrina Porphyrii genus sumitur a materia, et differentia a forma sed ut dicitur in physicorum materia, et forma distinguuntur realiter, ergo genus et differentia distinguuntur realiter, ergo animal et rationale distinguuntur realiter. 45

Sed dices quod axioma illud debet intelligi solum similitudinarie non vero proprie quod est idem ac dicere, sicut in physicis materia est ita pura potentia quod nullum actum includit, ita in logicis genus est pura potentia quae differentiam, sed ad summum dist. min. genus sumitur a materia proxime nego, remote concedo. 46

Sed replicabis sed sumitur a materia proxime genus, ergo [illegible] absolutive. ans. probatur: quia genus et differentia solum reperiuntur in rebus creatis, ubi est materia vel aliquid ad modum materiae, et forma, vel aliquid ad modum formae; ergo est quod essentialiter genus sumitur a materia, et differentia a forma. 47

Sed dices quod licet verum sit quod solum genus et differentia reperiuntur in rebus creatis; non est quod proxime sumatur a materia, et forma, vel ab eo quod habet modum materiae, et modum formae (quod dico propter Angelos in quibus ex D. Tho. 1. p. q. 50. ar. non datur compositio materiae et formae, sed solum ex essentia, et existentia) sed hoc ideo est quia creaturae quodlibet compositionem fisicam sunt limitatae, ac proinde possunt habere compositionem ex genere, et differentia quae repugnat [illegible] simplicitati [illegible]

48 Sed explicabis si inter genus, et differentiam non datur distinctio realis v. g. si inter animal, et rationale non datur distinctio realis, ac proinde si eadem indivisibilis entitas, sequitur quod de praedicata contradictoria verificentur de eadem entitate, sed hoc repugnat, ergo necessario distinguuntur realiter. min. probatur maior. quia verificantur ibi duae propositiones. animal est ratio conveniendi cum equo = rationale non est ratio conveniendi cum equo. et istae sunt contradictoriae propositiones: ergo verificantur duo praedicata contradictoria de eadem entitate.

49 Sed contra quia ut verificentur illae duae propositiones non requiritur aliqua distinctio realis a parte rei, sed sufficit a parte rei distinctio virtualis, et formalis per intellectum quia a parte rei non dantur propositiones formaliter, sed virtualiter, formaliter autem solum dantur in intellectu, unde ad tollendum illam oppositionem sufficit distinctio per intellectum, et virtualis seu fundamentalis a parte rei.

§. VI.

50. Secunda conclusio. inter gradus metaphysicos (v. g. inter animal, et rationale, et idem dico de aliis) datur praecisio obiectiva perfecta qualis a nobis est explicata §. 4. probatur fere, et loquor de gradibus qui univoce comparantur, non qui analogice = Probatur conclusio. quia ut detur praecisio obiectiva perfecta sufficit quod in conceptu obiectivo unius actu actu non includatur aliud obiectum v. g. in conceptu obiectivo animalis, actu non includatur rationale; sed in conceptu obiectivo animalis actu non includitur rationale; ergo datur praecisio obiectiva perfecta inter animal et rationale. maior ex dictis constat. et min. probatur: quia ut in conceptu obiectivo animalis actu non includatur rationale sufficit quod animal possit concipi non cognito rationali, et similiter possit concipi rationale non cognito animali: sed potest concipi animal non cognito rationali, similiter hoc potest concipi non cognito illo. ergo in conceptu obiectivo animalis actu non includitur rationale, et in conceptu obiectivo rationalis actu non includitur animal. maior constat. et min. probatur: quia ut actu possit cognosci animal non cognito rationali sufficit quod de essentia obiectiva unius non sit aliud, sed licet a parte rei unum sit de essentia alterius, tamen obiective unum non est de essentia alterius ergo potest cognosci animal, quin concipiatur rationale, et consequenter ac proinde inter illa datur praecisio obiectiva perfecta.

51 Sed dices quod si discursus factus aliquid convincit probat quod datur praecisio obiectiva perfecta inter ens et sua inferiora, sed per nos ens non praescindit obiective perfecte a suis inferioribus, ergo neque animal praescindit obiective a rationale.

probatur min.

Resp.: maior quia ideo perinde animal praescindit obiective perfecte a rationali quia potest cognosci verum alio incognito. Sed etiam potest cognosci aliquid verè esse non cognita talitate illius esse, et etiam potest cognosci talitas alicuius rei nihil cogitando de ente, quae de causa ex ratione ens praescindit obiective perfecte a suis inferioribus; et si ens actu includit in conceptu inferiorum, etiam rationale actu, vel saltem explicite debet includi in conceptu animalis, ac proinde inter animal et rationale non est praecisio obiectiva perfecta.

Sed urgebis quia cum ens sit praedicatum transcendens actu includitur in qualibet differentia. Resp. quod non solum est ens praedicatum de essentia physica et metaphysica cuiuslibet rei sed etiam est de essentia obiectivi conceptus cuiuslibet rei, nam sive concipiatur substantia sive accidens illud necessario est ens, quia cum actu obiective aliquid sit, alias esset nihil; ergo necessario concipitur ens, at sed animal licet sit de essentia physica et metaphysica rationalis, non tamen obiective verum non est de conceptu alterius quoniam bene potest praecipi quod sit animal, non sit rationale. §2

Sed dices ergo animal non est rationale, consequens probatur: quia in illo conceptu non includitur rationale, ergo animal non est rationale; sed hoc est falsum alias haec propositio esset falsa animal est rationale. §3

Sed nego consequens et dist. probationem §4

Nego ergo animal non est rationale, si non exclusive sumptum, nego non praecisive sumptum concedo. Nego consequentiam ut diximus illa praecisio non fit per actus iudicij sed per simplices apprehensiones, sive quod idem est, non sumitur praecisive negative, non praecisive exclusive positive.

Replicabis animal non includit rationale, ergo excludit, consequens probatur: nam inclusio, et exclusio, videntur terminum aequivalentes esse. Sed si excluditur erit falsa haec propositio animal est rationale, ergo non excludit, ergo includit. §5

Sed nego consequentiam quia cum conceptus ille sit mere praecisivus, neque animal actu includit rationale neque illud excludit; sed sumitur mere negative praecisive debet accipi, et illa propositio est vera quia ad hoc sufficit ad invicem impossibilitas. §6

§. VII.

Proponitur fundamentum adversariorum inter gradus metaphysicos praecisiones formales sive obiectivas imperfecte.

Si animal praescindit obiective perfecte a rationali; ergo animal habet aliam cognoscibilitatem passivam, ac rationale; sed implicat quod animal §7

1 beat aliq cognoscibilitat passivq, ac raonale, ergo animal non praecin
dit obiective perfecte a raonali. mai. stat et min. probr: quia si animal ha
beret aliq cognoscibilitat passivq a raonale, beret aliq entitat
et animal non bet aliq entitat ab ipso physice identificatam, imo nec
distinguentem actu antecedenter ad operationem intellectus. ergo animal non bet aliq cog
noscibilitat passivq. mai probr: quia cognoscibilitas est passio entis, ergo ubi
fuerit multiplicata cognoscibilitas, debet esse multiplicata entitas, et e contra
ubi entitas fuerit eadem, debet esse eadem cognoscibilitas.

58 R. 3º quod ut animal praes
cindat perfecte a raonali non requiritur quod ex parte rei beat aliq actualem, et
adaequatam cognoscibilitatem, sufficit fundamentalis et virtualis, et rao est quia illae
duae cognitiones quae cognoscunt animal, et raonale, quaelibet illarum
est inadaequata, ac proinde non exigit entitatem diversam quaelibet illarum, ad quod di
citur quod intelligibilitas est passio entis debet intelligi de cognoscibilitate ad
aequata non de inadaequata. vel dicatur quod sicut ex parte rei est duplex virtualis cognos
cibilitas, et actu dividuntur per intellectus, sic etiam ex parte rei licet integra entitas
aequivalenter sit duae entitates, quae actu dividuntur per raones, et eo modo
quo est entitas est cognoscibilitas, et si entitas fuerit adaequata non fundabit nisi unam
cognoscibilitatem adaequatam, si vero entitas fuerit virtualiter multiplex fundabit mul
tiplices inadaequatas cognitiones

59 instabis quia virtualis entitas, et cognoscibilitas en
titatis quae est physice et animal et raonale sufficit ut partim adinvicem
inadaequate cognoscantur, cum praecisione obiectiva perfecta, etiam virtualis multi
plicitas eiusdem entitatis sufficiet ut praecindat perfecte obiective a gradu
entis, ubi utrobique non est eadem rao; ergo vel gradus entis praescindit perfecte obiective
ab inferioribus, ac proinde quaelibet rao analoga, vel gradus, et rao
nes univoce convenientes non praecindant obiective perfecte ab inferioribus.

60 R. nego maiorem, sequela patet a paritate disparitas quae supra insinu
abatur, nam quod rao analoga, eo quod talis, et transcendens est non solum de essen
tia physica et metaphysica inferiorum, sed et logice sive obiective, ac proinde
nequit denudari talibus respectibus ab inferioribus raonibus; secus vero ac
cidit in gradibus qui univoce comparantur quia licet sint adinvicem de
essentia physica, et metaphysica adaequate sumpta, tamen metaphysica ina
daequate non sunt adinvicem de essentia, ac proinde obiective logice possunt adaequate praes
cindi, et cognosci unus sine alio. ergo possunt praescindi perfecte obiective.

R. replicabis.

S. replicabis. Virtus multiplicitas in eadem entitate sufficit porro, ut cognoscatur diversis cognitionibus, quarum quaelibet non attingat obiective quod alia, imo neque illud includat actu implicite. ergo aliqua virtualis multiplicitas sufficiet ut partim producatur, et partim non producatur. S. hoc est consequentia, et illud ex quo sequitur; sequella videtur certa quia nostra utrobique eadem est ratio. Non videtur evidenter aliquid quod est mirabile in Sacro Trinitatis mysterio accidere posset passim in rebus creatis. 61

S. Con. quia cum producibilitas sit de linea physica repugnat quod producatur aliqua entitas physice sine aliquo praedicato secum identificato, at vero cum intelligibilitas sit de linea intentionali bene potest aliquid attingere obiective absque praedicato physice identificato duplici modo illud praedicatum non sit de essentia obiectiva ut contingit in praedicatis transcendentibus. ergo instantia non venit ad rem et illa valde magnificant adversarii. Ratio est quia cum ut diximus illa producibilitas sit de linea physica tendit ad rem sub existentia ponendam, illisque ab eo dicendam, et cum status existentis nequeat separari ab omnibus praedicatis, tam essentialibus quam assumptis accidentalibus inde est quod instantia adducta nil convincit. 62

Urgetur procedens solutio. quia virtualis distinctio in anima rationali sufficit ut pedi concedatur sub munere sensitivo, et non sub intellectivo, et quod capillis concedatur sub munere vegetandi, et non sub munere intelligendi et sentiendi ergo potiori titulo intellectus poterit unum sine alio considerare. Deus in malitia peccati quae licet sit identificata cum entitate peccaminosa, ut creatur a Deo utique ab universali causa entitas non causatur formalis malitia. Ratio praecipua utique intellectus coniuncta possit separare est praeterea illud dictum quod dicitur ab Averroe, cum Arist. 12 Metaphys. tex. 38. et apposita appellatur proprio. intellectus est natus dividere et scindere quae sunt indivisa 63

§. VIII.

Corollaria ex dictis. 64

Ex dictis colligere compositionem exponere et differentiam esse compositionis rationis. quae est ait D. Tho. Cap. 3. de ente et Ess. Si homo aliquando examinatur, et rationale dicatur esse, non exit ut res tertia ex duabus rebus, sed ut intellectus tertius ex duobus intellectibus = Contra insurgit prox. ex dictis quia ut constat compositio est distinctorum unio; ergo eo modo quo extrema distinguuntur exit compositio; hinc est; sed ut virtualiter genus et differentia utpote animal et rationale non distinguuntur realiter, sed per rationem, ergo non faciunt compositionem realem sed rationis.

65 Colliges 2º quod compositio ex genere et differentia est vera compositio licet sit compositio rationis. probatur 1º a posteriori quia si non esset vera compositio non repugnaret simplicitati Dei, siquidem summa Dei unitas solus per compositiones posset deficere a sua simplicitate, sed talis compositio Deo repugnat, ergo est quia est vera compositio licet sit compositio rationis.

66 A priori probatur quia ut aliqua compositio sit vera sufficit quod in ea in qua est unus extremus non includatur in alio, et quod unus comparetur ut actus, et aliud ut potentia. sed ut ex dictis constat neque genus in differentia neque differentia in genere actu includuntur, et aliquod genus comparatur ut potentia perfectibilis, et determinabilis, et differentia ut ipsa determinans et actuans, ergo est vera compositio.

QVAESTIO IV.

Per quem actus intellectus fiat universale logicum tam formaliter, quam fundamentaliter praecise sumptum?

§. I.

1 Praemittuntur aliqua ad quaestionis intelligentiam scitu digna.
Primo notandum est quod de universali potest esse sermo dupliciter. 1º potest considerari universale materiale, secundo formale, universale materialiter, et subiective sumptum est id illud quod potest esse subiectum denominabile forma constitutiva universalis formaliter vel ut sic sumptum est id illud quod fundare potest unitatem univocam et capacem indifferentiae ad praedicandum de pluribus quod absque dubio potest esse aliquid reale, vel aliquid rationis, nam quemadmodum plura entia realia unitatem a parte rei univocam fundantia possunt proinde denominari universalia ita plura entia rationis inter se etiam talem unitatem admittentia possunt denominari aliqua secunda intentione universalis. quocirca Petrus et Paulus conveniunt in esse hominis, hi homo denominatur species respectu illorum, ita similiter species v.g. quia homo denominatur species, et quia equus, et quia leo denominantur species conveniunt in esse 2ae intentionis speciei denominantur a secunda intentione speciei generis quia speciei praedicatur de pluribus differentibus numero. et omnes illae intentiones quae homo, equus, et leo denominantur solo numero differunt. universale formaliter est ipsa forma quae denominatur hoc constitutiva universale. igitur in praesenti non est difficultas de universali materialiter sumpto, sed de illo formaliter inspecto

2 Secundo supponendum est quod universale ut sic, est in duplici differentia aliud non est universale metaphysicum, aliud logicum, universale metaphysicum est illud quod pertinet ad metaphysicam attinet videlicet solum includit praedicata essentialia nam

Sed eius

Sed cum instat in actione praecisiva intellectus; universale logicum non possumus supponere quid sit, cum de hoc sit dividendum inter ellud. vel ad illud cognoscendum

q. diversas instituemus.

Sextio notandum est quod universale logicum est duplex aliud est fori fundamentale aliud, formale est illud quod formaliter considerat logicum et quod constituitur forma ipsa actualiter posita, quae ut postea videbimus est ipsa 2a intentio obiectiva quae forma constitutiva universalis logici formaliter, vel universale logicum est constitutum tali 2a intentione obiectiva. = universale fundamentale, est duplex aliud proximum, remotum aliud, fundamentum proximum est illud quod immediate sequitur universale logicum forte; remotum vero illud ad quod non ita proxime sequitur universale logicum vel hoc universale est realis unitas convenientia, sive similitudo, aut conformitas naturae aliquarum rei. de utroque ergo universali tam formaliter quam fundamentaliter proxime est disserendum, et quid de universali metaphysico etiam in discursu quaestionis videbitur. Sed antequam resolvatur quaestio restat inquirere quid sit universale logicum, et hoc non potest melius disquiri quam cognoscendo forma qua constituitur in esse talis. Circa quod triplex versatur sententia. 3

Prima asserit naturam aliquarum rei habere unitatem sufficientem ut sit universalis sive ut possit affirmari de pluribus, vel ait habere non universalitatem logicam ex aliquarum rei ante omnem operationem intellectus. ita Scotistae fere omnes praesertim Ponius. 4

Secunda vero indiget ad constituendum universale logicum operationem intellectus confuse cognoscentis singularia, et illa extrinsece denominante cognita. ita Hurtado disp. 5 Metaph. sect. 7. Arriaga disp. 9. Suarez disp. 6. M. et ex nostris SS P. M. Raphael de Aversa q. 8. de Univers. sect. 8. et alii. 5

Tertia vero universaliter constituit universale logicum mediante secunda intentione obiectiva tamquam forma; ut quodlibet accidens accidentale reale constituitur forma accidentali reali, ita non accidens accidentale logicum constituitur forma rationis. ita Thomistae omnes quos in longum esset illos nominatim referre. 6

Sit conclusio. forma constitutiva universalis logici est secunda intentio rationis. 7

Probatur 1o ex D. Tho. 4 Metaph. lect. 4. ubi ait: Ens rationis dicitur proprie de illis intentionibus, quas ratio adinvenit in rebus consideratis ut intentio Generis, speciei, et similium. Tunc sic D. generitas, et specieitas, de quibus proprie dicitur ens rationis, est species universalis logici. ergo universale logicum constituitur mediante secunda intentione rationis tamquam forma. 8

Secundo probatur ex D. Tho. q. 2. p. 9. 28 ar. 1. ubi: Aliquis respectus significatur per modum praedicandi ad aliquid et tamen in ipsa apprehensione conferentis unum alteri, et tunc

ē relatio raonis hōis, ut cū raō ꝯparat animal hōi, ut genus speciei, aut vice versa; S. ut dixi genus ē vna species universalis logici, gᵒ ꝯstituitr aliqua secunda intentione, nempe relatione raonis, quę ꝯstruitur in intellectu.

9 Ratione pbr: Ille. gᵃ illa ē fōa ꝯstitutiva universalis logici, quā mediante ꝯstituitr naa vna apta ad pdicandū de multis, S sola 2ª intentione raonis ꝯstituitr naa apta ad pdicandū de multis, gᵒ 2ª intentio ē fōa ꝯstitutiva universalis logici. mai. ꝯstat ex deffinit. universalis log. c mi. videtr certa cū pporioni ad 2ū intentionē idest dētr: l. naa realitr identificata cū singularibus, l. ad synu abstractus, ratione ordine aptitudine pxª ad essendū in pluribus.

10 S. replicabis infavorem 2ı ssi, gᵃ nulla fōa ñ. vera, pot ēē raō formalis pdicationis verę. S relatio raonis ē fōa ñ vera cū sit ens fictus gᵒ ñ. pot. ēē raō formalis pdicationis verę.

11 S. 2º. gᵃ pdicabilitas vera, imo et pdicatio vera ē solus pus intellectus cū apt. rei nec sit pdicabilitas nec pdicatio, v. hōi abē ut ñ possit pvenire ab extra raonis ut apta ser raone formali quod implicat quod absq illo existat pdicabilitas ⁊ pdicatio. Et raō ē gᵃ pdicabilitas universalis ꝯsistit in superioritate quę absq extra raonis ñ ꝯvenit naę cū sit superioritas mere artificialis ñ naalis et vera.

12 S. replicabis gᵃ ad unitatē universalē solū requiritr quod naa sit pr identitatē in individuis cū pdicatio sit affirmatio identitatis; S. identitas cū individuis requirit apt. rei, imo adhuc ñ videtr posse adducere relatio raonis, si n. apt rei naa ñ haberet identitatē, nil pceret relatio raonis. gᵒ apt. rei datr aptitudo ad pdicandū de pluribus, sive datr universale logicū.

13 S. 2º. gᵃ aliud ē quod ut naa possit affirmari de pluribus ut sibi inferioribus exigat necessō identitatē realē cū illis aliud quod universalitas l. aptitudo ad pdicandū ꝯsistat in illa identitate. 1ū ē verum, et 2ū falsum quod sic ostendo gᵃ identitas naę cū Petro v.g. c cū Paulo idem ꝯvenit ut intellectus possit abstrahere raonem rom hōis, c illam affirmare de utroq ñ. v. naa quę semel ē Petri pot ē. Petri illam pot. affirmare de Paulo alias ēēt falsa ppositio. gᵒ ut requiratr pfundamento identitas naę cū individuis, illa ñ sufficit s. insuper requiritr fōa quę ꝯstituat naa aptā ad essendū in pluribus quę v. cū aptitudo hęc eadem possit pvenire ab opere intellectus inde ē quod fōa ꝯstitutiva universalis dicitr et ē solum 2ª intentio.

14 item replicabis genus pdicat naā humanā de Petro et hōi pdicabilis ē quia genus ñ facit ens raonis. gᵒ stat pdicabilitas, ⁊ pdicatio absq opere raonis.

S. 2º.

S. 5° quod Deus non affirmat compositionem per divisionem et separationem extremorum, hoc non accidit in nobis propter nisum imperfectum modum cognoscendi. Ultra: distantia facta non convenit ut Deus non componat compositionem modo quo nos. 15

S. Dices quod nulla forma simpliciter singularis potest esse ratio formalis constitutiva universalis, sed relatio rationis est forma singularis in essendo, ergo non potest esse forma constitutiva universalis: maior videtur certa cum singularitas et universalitas opponantur. minor probatur: quia relatio rationis resultat ex actu mediante actione intellectus, sed omnis actus intellectus est singularis, ergo causatus ab illo. 16

S. Dato quod licet relatio rationis sit singularis in essendo sive realiter, tamen logice et formaliter est universalis quia apprehenditur ut talis. Et non repugnat quod forma quae in esse entis est singularis, sit universalis logice quia est linea logica linea ficta, et sic in quid. Et instatur in speciebus angelicis, quae licet quaelibet sit singularis in essendo tamen in repraesentando est universalis cuius ratio est quia linea intentionalis est linea sui quid. 17

S. replicabis quia relatio rationis eo ipso quod sit singularis in essendo non potest formaliter et logice esse universalis. ergo ruit solutio. ans probatur: quia si ob aliquam rationem esset universalis maxime quia relatio, vel quia respicit plura, sed per utramque rationem potest esse universalis. ergo eo ipso quod sit singularis in essendo non potest esse logice et formaliter universalis. maior patet et probatur quia alias omnis relatio etiam realis esset forma constitutiva universalis logici. probatur 2ª pars: quia etiam relatio paternitatis respicit plura cum respiciat plures filios. et similiter relatio magisterii respicit plures discipulos. Et tamen nulla est universalis, ergo etiam si relatio rationis respiciat plura non est universalis in essendo. 18

S. Dato quod relatio rationis non ideo est universalis quia est relatio, vel quia respicit plura ut cum S. quod respicit plura per modum superioris artificialiter et praedicabiliter, cum ferre relationes reales si respiciunt plura non respicit illa ut superiores ipsa relatio praedicabiliter. S. ad summum alia superioritate reali, vel legali, quae vero artificiali de qua in praesenti est sermo. 19

20

Iterum replicabis, quod relatio rationis non potest esse forma nec artificialiter constitutiva universalis logici, ergo ruit solutio. ans probatur: quia illa est forma constitutiva universalis logici qua mediante potest universale praedicari per identitatem de inferiori logico, sed ad hoc praedicari non potest forma rationis cum haec sit realiter distincta ab inferioribus vel ut formalius loquar differt ab eis ut tota distat ens reale ab ente rationis. ergo relatio rationis non potest esse forma universalis.

S. Dato quod licet verum sit quod ipsa forma non habeat identitatem cum natura, nec 21

cum inferioribus, hic potest esse unitas obiectiva ut natura habens identitatem cum inferioribus possit affirmari de inferioribus, et ratio est quia ut natura possit affirmari de inferioribus exigit necessario superioritatem artificialem respectu illorum quam non potest habere nisi mediante illa praecisione.

22 Replicabis contra 2.^m sed quia ut natura possit affirmari de pluribus sufficit quod cognoscatur cognitione confusa, hoc est sufficit quod ex parte obiecti cognoscatur cum unitate etiam si ibi includantur implicite singularia. Ergo non requiritur illa praecisio rationis, nam per hoc cognoscitur cum unitate, ergo universalis.

23 Sed dico quod illa unitas non est unitas perfecta sed imperfecta, ac proinde non sufficit ad universale logicum, quia ad universale logicum requiritur unitas univoca ac proinde in suo conceptu obiectivo praescindente perfecte ab inferioribus.

24 Sed replicabis quod etsi sic cognita singularia confuse non habeant unitatem intrinsecam, habent tamen unitatem extrinsecam provenientem a denominatione extrinseca actus intellectus cognoscentis.

25 Sed dico quod non sufficit ad universale logicum unitas extrinseca nec denominatio extrinseca, sed requiritur unitas intrinsece constituens naturam aptam ad praedicandum de pluribus tamquam sibi inferioribus, quia ut constat illa debet esse forma constitutiva universalis logici quod constituit universale ut pertinens ad Logicam, quod est absque dubio secunda intentio obiectiva cum Logicus ut in confesso est agat de secundis intentionibus adiunctis proximis.

26 Ut his positis solum est inquirendus quo actu fiat universale logicum formaliter, et fundamentaliter, et ad quod sit quidem.

§. II.

27 Actibus intellectus enumeratis, resolvitur residua quaestio.

Ex dictis § praecedenti constat formam constitutivam universalis logici non existere a parte rei sed ab aliqua intellectus operatione subsequi. Ut autem facilius possimus ad quam illarum resultet cognoscere, operae pretium duximus actus intellectus enumerare.

28 Sed ut facilius, imo et scientifice circa illos discurramus, notandum prius quod cum omnis nostra cognitio ortum habeat a sensu, ut in proloquium venit nihil est in intellectu quin prius fuerit in sensu: oportet ergo scire quod cum sensus externus sit in actu, suam sensationem facit, ad quam faciendam exigit speciem immissam ab obiecto externo, quam, mediante intelligentia caelorum motrice, vim habet ad species sensibiles producendas, sensionem externam, illa mediante, immutandam. quo immutato,

incipit

incipit operatio Sensus Communis, qui talis dicitur quoniam de operationibus sensuum externorum tamquam arbiter iudicat eorumque obiecta discernit. Ubi quoque sensus redditur in actu mediante specie causata a sensibus externis in actu, unde sensus communis nihil potest percipere quod prius aliquo sensu externo non fuerit perceptus. Deinde Sensus Communis immittit species Sensatas ad Imaginativam seu Phantasiam, quae est eadem potentia, et in imaginativa seu phantasia conservantur species etiam in obiectorum absentia, est enim depositum et generale receptaculum specierum. mitto species insensatas antipathiae vel simpathiae repraesentativas, quae creantur ab imaginativa, et ab Aestimativa percipiuntur, et in memoria servantur. dixi mitto praedictas species. quia operatio intellectus ab imaginativa et Phantasia ortum ducit. Verum cum de sibi sensus materiales et corporei sint solum percipiunt obiectum materiali et sensibili modo. Cum intellectus sit spiritualis potentia indiget speciebus spiritualibus, unde ad has producendas ponitur intellectus agens.

Verum cum ut dixi in- 2
tellectus sit potentia spiritualis, proindeque nequeat species Sensatas, quae sunt in Imaginativa, vel insensatas quae in memoria, percipere. ideo natura provida constituit in homine duplicem intellectum quorum primus sive agens deserviret alteri sive possibili vel passibili, ad modum quo Intelligentiae et colores motrices sensibus externis deserviunt producit enim Intelligentia etiam motrix, modificato suo universali influxu ab obiecto externo, species sensibiles sensui externo deservientes, Sic pariformiter Intellectus agens Sterili phantasmate, veluti instrumento, ut tenet probabilior Thomistarum sententia producit et facit species intelligibiles illasque ex intellectu passibili educendo ipsique eas imprimendo, qua ratione illae species dicuntur impressae, et quia intellectus passibilis illas recipit dicitur talis intellectus passibilis, et quia mediante illa specie, intellectus passibilis intelligit, et intelligendo fit omnia iuxta communem Animasticorum sententiam ideo etiam intellectus passibilis, possibilis quoque dicitur

Quae autem duorum intellec- 3
tuum differentia, praeter communem placitum Animasticorum, Sumitur ex Philosopho 3. de Anima cap. 3. tex. 17. et 18. ubi sic ait loquens de intellectu agente et possibili, Necesse est, et in Anima has existere differentias. Et est quidem talis intellectus quia omnia fit, quidam vero quia omnia facit. = quod ibidem docet D. Th. lect. 10. et 1. p. q. 79. ar. 7. et 10. et alibi.

1. Obiter nota quod licet intellectus possibilis, passibilis dicatur, non est potentia pure passiva, sed passibilis dicitur quia cum ex se sit tamquam tabula rasa in qua nihil est depictum patitur recipiendo species, sed hic postea intellectus sic fecundatus specie causata ab intellectu agente prorumpit in actus intellectionis cognoscendo nempe obiectum repraesentatum per illam speciem; e contra vero intellectus agens nullo modo est cognoscitivus, sed solo modo edit species formativas vel eas proportionando intellectui possibili, qui cum sit potentia universalis exigit proinde species universales ac proinde intellectus agens eo ipso quod illas species format absque materialitate illas relinquit universales, nam cum singularitas sumatur a materia eo ipso quod non relinquatur in specie principia materialia, est illa species universalis, vel dicitur actio intellectus agentis abstractio, quia nempe singularitates et individuationes separant a natura repraesentata in specie illa.

32 Producta ergo specie impressa universali incipit operatio intellectus possibilis, qui primo per primas operationes ad primas operationes intellectus pertinentes cognoscit naturam ut est repraesentata in illa specie et cum in illa specie solum repraesententur praedicata universalia, illa solum illo tunc intellectus cognoscit. dicitur quae haec prima intellectus possibilis operatio cognitio praecisiva, et etiam vocatur Abstractio quia mediante illa cognoscitur natura nulla mentione facta de singularibus, sed separata a singularibus.

[margin: ut ait Phil. universale quid[illegible] singulare a. [illegible]]

33 Abstractio ergo haec intellectus possibilis sive praecisiva cognitio dividitur in abstractionem negativam et in abstractionem positivam. prima dicitur negativa abstractio quia per illam solum cognoscitur natura universalis non cognitis singularibus neque indirecte proinde mere negative se habet circa singularia nihil de eis cogitando; abstractio vero positiva talis dicitur quia non se habet mere negative circa singularia sed positive separat naturam a singularibus proinde quia per illam attinguntur singularia tamquam termini a quibus, et si per tales actiones non attinguntur singularia tamquam termini ad quos.

34 Deinde intellectus alia operatione seu alio actu cognoscit naturam non solum praecisive, sed etiam comparative comparando videlicet eam singularibus a quibus eam abstraxit, singularia respiciendo ut inferiora, et naturam ut superiorem affirmabilem, et praedicabilem de illis.

35 Rursus cognitio comparativa est duplex, alia est simplex, alia composita prior pertinet ad sim-

plicem

plice apprehensione per illam n. solum cognoscitur ratio comparative ad inferiora nihil de eis affirmando vel negando; sed solum cognoscitur ut affirmabilis vel negabilis, seu cognoscitur ut praedicabilis per affirmationem vel negationem. actio vero comparativa posita est actus secundae operationis intellectus, nempe iudicii et per illam cognoscitur natura compositive vel divisive ab inferioribus sive de facto affirmatur vel negatur de inferioribus. 36

Quaestio ergo praesens requirit per quam hanc operationem intellectus fiat universale logicum formaliter, et per quam fundamentaliter proxime et etiam per quam fiat universale metaphysicum. quoad [illegible] universale [illegible].

Prima asserit universale metaphysicum fieri per actionem intellectus agentis 37
tamen per hanc actionem asserit non fieri universale logicum formaliter, nec fundamentaliter proxime. per actionem vero abstractivam, et praecisivam intellectus possibilis fieri expressive universale metaphysicum, et simul poni fundamentum proximum universalis logici, hocque intelligitur tam de actione positive praecisiva quam negative. per hanc vero actionem ait haec sententia non poni universale logicum formaliter. ita fere omnes Thomistae praesertim Lince lib. 1. q. 3. ar. 8. a n. 12. usque ad 20. et Aquinas log. tract. 3. disp. 14. sect. 2. n. 11. et sect. 3. n. 27.

Secunda sententia ait ad universalitatem sive fundamentaliter proxime sive formaliter sufficere actionem intellectus agentis ita Soto. Niasius. Zumel, et alii 38

Tertia sententia ait universale logicum formaliter non exigere actionem comparativam sed illud poni per abstractionem praecisivam intellectus possibilis. ita ex Thomistis Ortiz tract. 5. log. conf. 2. sect. 5. et alii ut Toletus, Arriaga. Spinulla etc. 39

Quarta sententia ait universale logicum fundamentaliter proxime non poni per quamcumque actionem praecisivam intellectus possibilis, sed tantum per positivam abstractionem. ita M. Barra disp. 3. log. dub. 5. Sandez et plures Thomistae praesertim Aquinas ubi supra n. 3 40

Quinta sententia ait per actionem [illegible] praecisivam sive negative sive positive intellectus possibilis non poni fundamentum proximum universalis logici, sed universale logicum fundamentaliter proxime nimirum poni per eam actionem comparativam [illegible] ipsum universale logicum formaliter ita M. Lerma lib. 3. log. q. 8. et 1. q. [illegible] 41

Sexta sententia ait universale logicum formaliter fieri tantum per actionem comparativam compositam ita P. Vazquez 1. p. disp. 33. 42

Ultima sententia asserit universale logicum fieri indifferenter per quamcumque actionem comparativam, sive simplicem, sive iudicativam, sive per cognitionem discursivam ita M. Ince ex Societate celeberrimus Almanitinus lib. 8. Dialect. trac. 5. c. 3. et alii Jesuitae. 43

Sed quae inter hanc diversitatem sententiarum sit tenenda in sequentibus videbitur.

§. III.

44 Prima Clo. per abstractionem intellectus Agentis fit primo universale metaphysicum, non vero fit universale logicum formaliter l. fundamentaliter.

Pbr: 1o ex D. Th. opusc. 55. ubi ait: quod una et eadem natura quae singularis erat, et individuata per materiam in singularibus hominibus fit postea universalis per actionem intellectus depurantis ipsam a conditionibus materialibus, quae sunt hic et nunc. idem docet ops. 48. cap. 1. et 1. p. q. 1 ar. 1. ad. 2. et 2. Cont. gent. cap. 77. Tunc sic certe constat ex dictis quod actio intellectus agentis est qua mediante depuratur phantasma a conditionibus individuantibus, ergo per illam fit universale metaphysicum. ergo ut postea videbimus non potest hoc intelligi de universali logico.

45 Ratione pbr: Clo. quia universale metaphysicum sufficit unitas quaedam communis negative cum non repugnantia ad essendum in pluribus, sed natura prout repraesentata in specie ab intellectu agente facta hoc habet ergo habet universalitatem metaphysicam. maior constat quia universale metaphysicum non dicit positivam relationem convenientiae ut in confuso est apud oes. et min. pbr: quia natura prout repraesentata est in illa specie non dicit conditiones individuantes, ergo non dicit aliquid quod impediat eius unitatem seu communitatem metaphysicam.

46 Sed dices quod natura prout repraesentata in specie ab intellectu agente efformata est natura secundum se, sed natura secundum se non est universalis metaphysice, ergo natura prout est in specie ab intellectu agente efformata non est universalis metaphysice. pbr: maior probanda postea minor. quia natura prout repraesentata in specie efformata ab intellectu agente solum repraesentat praedicata essentialia, nimirum quidditatem hominis v.g. absque alio quo praedicato accidentali reali individuali, et absque aliqua fictione. ergo repraesentat naturam in illa specie ut est secundum se. min. vero pbr quia si natura secundum se esset universalis metaphysice semper et in omni statu illi hoc conveniret cum ut sepius diximus quod convenit naturae secundum se semper illi debet convenire. sed natura non in omni statu est universalis metaphysice nempe in intellectu secundum quod est hoc universalis neque [illegible] in re cum ibi sit singularis. ergo natura secundum se non est universalis metaphysice.

S.

47 Sed contra quia natura secundum se ut sepius diximus non habet aliquam unitatem positivam sed tantum negativam et illi solum conveniunt praedicata essentialia nullo vero modo convenit illi aliquod praedicatum accidentale, sed natura prout est in illa specie causata ab intellectu agente habet unitatem positivam, l.

Insuper praeter praedicata essentialia conveniunt illi aliqua praedicata accidentalia et extrinseca ergo natura prout est in illa specie non est solum natura secundum se. maior ex supra dictis patet minor probatur: quia natura prout est in illa specie est positive una, singularitas cum ibi sit absque conditionibus individuantibus alias illa species directe representaret singularia contra dicenda in lib. de Anima. ergo ibi habet unitatem positivam, quod etiam suadetur quia intellectus possibilis cognoscit per suam actionem perceptivam id ipsum quod representatur per illam speciem, sed intellectus possibilis per illam suam actionem cognoscit naturam ut unam unitate positiva dicente negationem carentiam cuiuscumque divisionis: ergo in illa specie representabatur natura cum unitate positiva sic quod non est secundum se.

Nunc ulterius quod ibi habet naturam praedicatum accidentale patet per dictum D. Tho. 1 p. q. 85 ar. 2 ad 2. ubi ait: obiectivam abstractionem aut praecisionem a singularibus accidere naturae (nota) et accidit ipsi actualiter intelligi, per rationem quia ibi natura recipit abstractionem quae absque dubio accidentaliter illi convenit, alias si esset praedicatum essentiale semper illi conveniret, ergo habet aliquod praedicatum accidentale ergo non est natura secundum se in illa specie. Videte ad argumentum infra ne quod non est maior oratione dicta. 48

Si replicaveris natura in illa specie habet unitatem speciei quae convenit illi secundum se, ergo natura in illa specie est natura secundum se. ans. probatur: quia unitas illa quam habet natura in illa specie vel est unitas realis, vel est unitas rationis, si dicatur primum illa unitas debet essentialiter convenire naturae quia illa unitas realis non potest esse posita ab intellectu quia intellectus ille non potest vocare unitatem realem, neque secundum se non habeat. neque non potest dici unitas rationis solum possit causari a potentia cognoscitiva, et cum intellectus agens non sit cognoscitivus. inde est quod non potest causare unitatem rationis. 49

Sed respondetur quod unitas illa quam sortitur natura in illa specie est unitas realis extrinseca et accidentalis proveniens naturae ab actione abstractiva intellectus, sicut omnis denominatio extrinseca sumpta ab illa actione. Unde et potest dici unitas rationis fundamentaliter remote. 50

Secunda pars conclusionis in qua asserimus universale logicum formaliter non fieri per abstractionem intellectus agentis facile suadetur: quia nihil per illam actionem fit universale logicum formaliter per quam potest poni forma constitutiva universalis logici; sed forma constitutiva universalis logici non potest poni per illam actionem, ergo per illam non fit universale logicum formaliter; maior est evidens. 51

min. pbr: q. fra constitutiva universalis logici formaliter e relatio rationis. ut abunde diximus § 1. n. 7. et deinceps; S. fra rationis nequit poni per tales actiones; g.o universalis logici fra n. pot. poni per tales intellectus agentis actiones. maior ex dictis supponitur et min. videtur certa q.a cum ens rationis susceptibile ee obiectivum solum pot. causari a pra cognoscitiva ut abunde satis diximus lib. 2.; S. intellectus agens n. e cognoscitivus; g.o fra rationis n. poni per tales actiones.

52 Nec valet dicere quod Sanct. D. Tho. 1. p. q. 85. a. 2. ad 2. intellectus agens facit universale quod e unum in multis. S. universale logicum e unum in multis; g.o intellectus agens facit universale logicum formaliter.

53 N. inquam id valet quia sensus e quod intellectus agens facit universale Metaphysicum quod etiam e unum in multis v. similiter interpretandus e. Angelicus Mag. quoties videtur asserere universale fieri ab intellectu agente.

54 Tertia denique pro se? is videlicet quod per abstractiones intellectus agentis non fit fundamentum prox. universalis logici, pbr: q. illud e fundamentum prox. universalis logici quod e immed. capax determinatae intentionis universalis S. hoc n. hbet natura ut abstracta per intellectus agentis; g.o per tales actiones n. fit fundamentum prox. universalis logici. pbr: min. q.a licet data fundamentum prox. universalis logici q. cognoscitur natura ut una et abstracta; universalitas n. logica seu secunda intentio ac proinde debet supponere fundamentum prox. primae intentionis quae absdubio n. existit per abstractiones intellectus agentis. g.o per tales actiones n. fit fundamentum prox. universalitatis. ans. videtur expressus in D. Tho. 4. Metaph. lect. 4. ubi ait: Huiusmodi intentiones (logicales scilicet de quibus erat sermo) ee excogitatas ab intellectu in rebus consideratis. S. ut supponitur intellectus agens n. e cognoscitivus; g.o n. pot. tribuere naturae, ut ee cognitum ut possit poni fra universalis logici immed.

55 S. Contra hanc rationem dices. quod illud e fundamentum prox. universalis logici quod e prox. susceptivum secundae intentionis logicalis S. natura ut abstracta per intellectus agentis e prox. susceptiva secundae intentionis logicalis; g.o per abstractiones intellectus agentis ponitur fundamentum prox. universalis. maior ex terminis pot. pbr: min. q.a natura ut abstracta per intellectus agentis hbet unitatem cum aptitudine ad plura, S. unitas cum aptitudine ad plura e fundamentum immed. susceptivum universalis logici. g.o natura ut abstracta per intellectus agentis e fundamentum prox. susceptivum secundae intentionis logicalis. ac proinde fundamentum prox. universalis ponitur abstractionibus intellectus agentis.

S. Contra q.

S. D.^{co} q. unitas immediate receptiva universalitatis logicae non est quaelibet unitas, et aptitudo, sed est unitas, et aptitudo, ut cognita, nam ut docet D. Th. 4. Metaph. lect. 4. illa dicuntur proprie secundae intentionis quas ratio adinvenit in rebus consideratis. Sed etsi natura ut abstracta per intellectum agentem habeat unitatem, cum ut constat habet carentiam divisionis cuiuscumque et etiam terminationis ad singularia proinde habeat aptitudinem, tamen illa unitas, et aptitudo non sufficit ad fundamentum proximum universalitatis constituendae. Et hoc est veritas in forma. neg. 2da est 1^{ae} min. et ad probationem distinguatur mai. et min. cum terminis inductionis implicitis. 56

Replicabis: in natura prout abstracta per intellectum agentem non resplendet aliquod impedimentum ad universalitatem formalem, ergo est fundamentum proximum. 57

S. 1° Et dist. ant. non reperitur impedimentum positivum. conc. ant. non reperitur impedimentum negativum; nempe carentia unitatis ut cognitae neg. ant. et neg. conseq. solutio patet ex dictis. 58

§. IV.

Secunda Cl.o. per abstractionem praecisivam negative intellectus possibilis ponitur universale ^{expressivum} metaphysicum, non tamen ponitur fundamentum proximum universalis logici. Probatur: Cl.o quoad primam partem quia universale metaphysicum ut ut vidimus ponitur per abstractionem intellectus agentis, tamen cum natura per hanc praecisivam abstractionem nullam aliam unitatem accipiat sed tantum 1^{ae} perfectius ponatur, nempe ut cognita sequitur quod per relatam actionem fiat universale metaphysicum expressivum et formaliter. 59

Secunda vero pars Cl.^{is} probatur: quia tunc redditur natura capax ~~[illegible]~~ recipiendi immediate secundam intentionem quando determinate ad inferiora potest ordinari; sed natura ut abstracta per praecisivam abstractionem negative non potest determinate ordinari ad inferiora; ergo natura ut abstracta per talem abstractionem non est fundamentum proximum universalitatis. mai. constat. et min. probatur: quia ut diximus §. 2. n. 33. natura ut abstracta negative nullo modo respicit inferiora neque ipsa quae sunt apta. Sed eo ipso non potest respicere determinata inferiora; ergo non potest immediate ordinari ad determinata inferiora immediate acquirit neque est fundamentum proximum universalis. 60

S. dices. Cum M. Dominic. Lince. lib. 1. q. 3. ar. 5. n. 22. quod tunc ponitur fundamentum proximum universalis quando ponitur natura ut cognita unitate sola obiectiva, et cum non repugnantia ut referatur uniformiter ad plura; sed istis hoc habet natura ut abstracta abstractione praecisiva negative; ergo est fundamentum proximum. mai. pro 1^{a} parte videtur expressa D. Th. ubi supra n. 56. pro 2^{a} vero probatur. quia eo ipso quod natura sit cognita ut una nullum impedimentum habet ut aliquando plura uniformiter referatur. ergo 61

bet n. repugnantiam ut ad plura referatur, ac proinde erit fundamentum proximum.

62 R. 2.do neg. n. quod libet esse cognitum est fundamentum proximum universalis logici. S. illud tantum ad quod pot. sequi determinata intentio determinati universalis, et ad esse cognitum, quod per illam abstractionem praecisivam negative sortitur natura non pot. immediate sequi determinata intentio determinati universalis. ac proinde natura prout sic cognita praecisive negative nequit esse fundamentum proximum universalitatis. mai ex terminis videtur certa, et insuper constat ex D. Th. 1. p. q. 85. ar. 2. ad 2. ubi ait quod ad esse abstractum, (positive nempe) sequitur (immediate scilicet) in natura abstracta intentio universalitatis. et mini. probatur: et exemplificatur: natura enim Animal v.g. ut cognitum negativa praecisione cum nullo modo respiciat inferiora atque est abstractum, indifferens est ut ad illa comparetur vel ad alia, scilicet ut comparetur ad species inferiores, qua comparatione sortiatur intentionem generis vel ut comparetur ad hoc vel illud animal et intentionem speciei sortiatur. vel ut comparetur ad vivens, intentionem subiicibilitatis sortiatur. et idem dico de homine et de aliis naturis.

63 Replicabis quod illa indifferentia est ex parte cap. n. v. ex parte naturae nempe quod illa indifferentia est solum indifferentia activa ex parte intellectus se tenens, non vero indifferentia passiva ex parte naturae se habens, haec enim quamlibet immediate pot. sui imponere intentionem.

64 S. 2.do neg. cum natura ut diximus nullo modo respiciat determinata inferiora neque ut tria atque datur indifferentia non solum activa, ex parte intellectus ad diversos tres potentias comparare; S. etiam habet indifferentiam passivam ex parte naturae se tenentem cum adhuc natura sit ad plura apta. vide ad [illegible] illius mai principalis argumenti diximus.

65 Quod natura licet non habeat repugnantiam positivam ut ad plura uniformiter referatur habet repugnantiam negativam quoniam nempe illi deest alia cognitio qua cognoscatur cum ordine ad inferiora ut ad tria atque, quae cognitio est videtur comparativa reveranda est. S. tantum est absoluta positive dividens naturam ab inferioribus. ~~[illegible]~~

66 S. dices quod etiam in hac negativa praecisione debent splendescere singularia aliorum intellectus nullo modo poterit certo cognoscere a quibus fuit abstracta natura.

67 S. 2.do neg. ad hoc ut singularia postea possit cognoscere sufficit conversio ad phantasmata ut latius explicatur in lib. 6. de Anima

§. V

§. V.

Tertia Q. 2o. Per abstractionem praecisivam positive intellectus pos- 68
sibilis fit etiam expressius universale metaphysicum, et insuper po-
nitur fundamentum proximum universalis logici. haec Q. 2o. probatur: explicatur
his verbis sup. §. 4. n. 62 relatis. Et insuper probatur ratione. Q. 2a. pars
manifeste constat quia per illam abstractionem habet natura unitatem ut constat
Ex aliam illa actio non sit actio fingens sed cognoscens natura perfecte,
ac unitate quam habet inde est quod ponitur universale metaphysicum
expressivum et formalius.

Secunda a. pars probatur: quia illud est fundamentum proximum universalis 69
logici quod est immediate capax recipiendi determinatam intentionem univer-
salis. Sed natura ut abstracta abstractione praecisiva positive intellectus possibi-
lis est immediate capax recipiendi determinatam intentionem universalis: ergo
natura ut sic abstracta est fundamentum proximum universalis. maior constat. et
minor probatur: quia natura sic abstracta habet unitatem obiectivam, et positive
habet non repugnantiam ut ad plura referatur per aliam actionem. ergo natura
sic abstracta est immediate capax recipiendi immediate secundam intentionem
universalitatis. ant. quoad utramque partem videtur certum cum ut sic sit cognita
ut una, et aliam cum nullam repugnantiam nec positivam nec negativam habeat
ad hoc ut postea comparetur videtur certum quod est fundamentum proximum universalis.

Si dices quod natura sic abstracta non est immediate capax recipiendi deter-
minatam intentionem universalis, quia ut sic est indifferens, ut comparetur ut genus 70
vel ut species. ergo non est fundamentum proximum.

Respondeo negando quia illa indifferentia et ampli- 71
tudo est totaliter indifferentia et amplitudo activa ex parte intellectus possibilis,
qui ob suam libertatem potest illam naturam sic praecisive et positive abstractam
comparare ad plures et diversos terminos; non vero est indifferentia et amplitudo pas-
siva ex parte naturae retinens reddensque inde naturam indeterminabilem proxime
ad recipiendam determinatam intentionem universalis, natura enim sic
abstracta positive et proxime potest recipere immediate secundam intentionem cuius-
libet determinati universalis. quod sic ostendo quia inter naturam sic cog-
nitam, et inter ipsam ut de facto comparatam et relatam, quae mediante separa-
tione et relatione est universalis formaliter nihil mediat. ergo est illa indifferentia
totaliter activa ex parte causae retinens; non vero indifferentia passiva ex parte naturae se habentis.

Si replicabis quod licet ad illam abstractionem sequatur immediate 72
actio comparativa, atque inde post illam unitatem ponatur relatio rationis.

m.ⁱ per eandem actionem comparativam ponitur universale logicum formaliter, et fundamentum proximum ipsius universalitatis, ratio est quia illa comparatio habet duplicem virtualiter, et mediante 1.ᵃ ponitur fundamentum proximum, et mediante 2.ᵃ ponitur universale logicum. ergo non ponitur universalis fundamentum proximum per actionem primam intellectus possibilis.

73 Sed contra arguitur sic. Cum in proximis iam ponatur partitur illa duplex formalitas in illa comparatione accipiendo non ponitur per illam fundamentum proximum.

74. Secundo quia alias per eandem actionem ponerentur duplex ens rationis quod videtur falsum. antecedens videtur certum quia implicat quod eadem relatio rationis, sit fundamentum proximum, et universalis logicum, sive ut formaliter loquar implicat quod eadem relatio rationis sit forma constitutiva duplicis extrafacti. ergo per illam comparationem debebant poni duo entia rationis quorum unum constitueret fundamentum proximum, et aliud ipsum universale; probatur ergo. consequentia. nempe quod hoc sit falsum ostenditur, quia cum duo entia rationis habent duplex esse obiectivum passivum exigunt duas cognitiones quibus correspondeat illud duplex esse obiectivum.

75 Sum ultimum, et urgentius quia dato et non concesso quod per illam comparationem ponatur illa duplex relatio quaelibet esset forma constitutiva universalis logici formaliter; non vero fundamenti. ratio est quia relatio rationis illa esse forma constituens naturam ut superior praedicabiliter de pluribus cum mediante illa natura respiceret plura sibi inferiora ergo esset forma constitutiva universalis logici formaliter.

76 Sed ex alio capite replicabis ad persuadendum per hanc abstractionem poni ipsum universale logicum formaliter. quod sic suadetur: quia eo ipso quod per illam abstractionem ponatur natura ut praecisa a singularibus respiciens illa ut terminos ad quos ponitur per illam actionem relatio rationis. ergo ponitur ipsum universale logicum formaliter antecedens suadetur quia per illam actionem ponitur unitas relativa, quia non solum unitas naturae in se et in ordine se considerata ergo est relativa.

Sed contra arguitur sic.

77 quia illa unitas non est relativa sed absoluta quia ut esset relativa debebat respicere inferiora ut terminos ad quos ut terminos a quibus est et ex illa non sic respicit sed potius cum elongatione, et separatione ab illis accipiendo non ponitur aliqua relatio rationis.

78 Sed replicabis quod intellectus est reflexivus ergo per eandem actionem respicit inferiora ut terminos ad quos.

Sed contra

R. 2.º quod licet sit reflexivus solum convincitur quod ex vi illius actus advertat se cognoscere, quod et alij negant; dicunt n. quod per alium actum potuerit advertere se cognovisse, hic quid quid sit de hoc reflexio non 79
ducit ut per quos actus per quos separavit inferiora ut tales eosque respiciat
illa ut tales ad quos. — Et imitatur quod lib. praecedenti dixisse quod reflexio
non deducit ad ens rationis efformandum. 80

Dices naa ut abstra... illa abstrac-
tione praecisiva positive oritur unitas ficta, R. eo ipso quod habeat unitatem
fictam talis unitas est relatio rationis; ergo per talem abstractionem ponitur quidquid
requiritur ad universale logicum formaliter. maior videtur certa quia illa
est unitas ficta quae consistit in esse pure obiectivo; R. talis unitas consi-
stit in puro esse obiectivo; ergo est unitas rationis maior videtur certa et min.
prob.: quia illa unitas consistit in puro esse obiectivo quae nullo modo potest
existere realiter R. illa unitas nullo modo potest existere realiter
ergo consistit in puro esse obiectivo; quod a. eo ipso quod sit unitas rationis
talis unitas consistat in relatione quae communis... primi syllogismi ergo talis unitas
sit relatio rationis videtur certum cum illud ens rationis sit ens rationis lo-
gicum, cum logica de illo curet, R. ens rationis logicum est relatio. ergo est relatio.

Huic difficultati occurrit M. Aguirre tract. 3. disp. 14. sect. 3. n. 57 81
concedendo quod talis unitas est ens rationis at negat quod sit relatio
u. ait quod non pertinet ad logicum formaliter R. tantum secunda mentaliter.

R. in 2.º est quod si talis unitas est ens rationis, et non sit relatio rationis 82
sed privatio, nempe carentia divisionis; videtur quod aliquod ens
rationis fiat per actum non comparativum R. absolutum contra 2.º reg. dominum
lib. 2 q. 3. § 4. n. 49. et ipse M. videtur tenere tract. 2. disp. 9. sect. 5.
n. 6[illegible]. ergo videtur quod illa unitas non sit unitas rationis.

Sed si velis stare 83
solutioni traditae dices quod illa actio licet non sit comparativa formaliter
comparativa est virtualiter comparativa, atque inde potest per illam fieri ens rationis.

Non acquiesco huic solutioni u. nego quod illa unitas sit 84
unitas rationis, et ad probationem dico quod est falsum quod consistat in puro
esse obiectivo. est n. quaedam denominatio extrinseca proveniens ab actu
abstractivo et praecisivo intellectus, u. non omne quod dependet ab in-
tellectu est ens rationis. Duplici fundamento moveor ad hoc. Primum
quia nullum est rationis potest fieri nisi per actionem comparativam ut diximus

85. Secundus ē q̄a alias n̄. posset intellectus unquam cognoscere absq̄ fictione quod mihi videtur absurdum, & sic suadeo q̄. sicut dig. debere cognoscere intellectum absq̄ fictione max.e in hac prima actione absoluta in qua solum cognoscit suum obiectum nempe universale metaphysicum, ḡ. si hic fingeret nunquam posset intellectus cognoscere absq̄ fictione. & quod hoc sit falsum videtur clarum q̄. obiectum primarium intellectus ut dicitur 3. & c. anima ē ens reale ḡ. cognoscit ibi absq̄ fictione.

86 Dicere quod illud obiectum ē universale & quod universale n̄. pōt realiter existere.

87 N̄. sufficit q̄. illud obiectum ē universale metaphysicum & universale metaphysicum est quid reale; alias natura pōt ē abstracta p intellectum agentem ēē ens rationis quod nullus dixit cum intellectus agens n̄. sit cognoscitivus. sequella pbr: q̄a natura abstracta p intellectum agentem etiam ē quid universale. ḡ. sicut respondes quod ē universale metaphysicum, & metaphysicum bet pobiecto ens reale ac pinde quod illa natura ē. ens reale. similiter respondeo q̄. natura post abstracta abstractione praecisiva positive ē. enim ens reale nempe universale metaphysicum, obiectum primarium intellectus.

88 Tertium fundam.tum q̄. intellectus possibilis per illam abstractionem praecisivam positive solum cognoscit quidquid illi repraesentatur p species elaboratas ab intellectu agente, s. per tales species solum repraesentatur natura universalis realiter metaphysice ḡ. ē aliquid reale. ḡ. unitas illa quam natura sortitur p illam operationem n̄. ē unitas rationis. ac pinde n̄. ē universalis formaliter s. fundamentaliter proxime.

§. VI.

89 Quarta C.lo. universale logicum formaliter sumptum, sive secundo intentionaliter fit per actionem comparativam simplicem, n̄. v. oppositam, sive hoc modo per comparationem pertinentem ad simplicem apprehensionem, n̄. s. per illam quae pertinet ad iudicium. Probr: ex D. Th. 1. p. q. 28. ar. 1. ubi sic ait: respectus significatus per ea quae dicuntur ad aliquid aliq.do ē tm̄ in ipsa apprehensione rationis conferentis unum alteri, ut comparat hominem animali, ut speciem ad genus. idem docet q. 7. de Pot. ar. 11. ubi ait: quod intellectus adinvenit relationem generis & speciei ordinando ordinem eius quod ē in intellectu ad res ad extra. idem docet opus. 48. cap. 1. & 1. periherm. lect. 10.

Barone.

Haec potest probari (Ille quoad 1 gg.) q. ut saepius diximus 90
§. 1. cap. 7. sua constitutiva universalis logici e relatio ratio-
nis. Sed relatio rationis nequit poni nisi per actionem comparativam, ergo
universale logicum fit per actionem comparativam. mi. etiam constat ex lib.
antic. de ente infecto. 91

Probatur 2º alia ratione quia tunc ponitur universale
logicum formaliter quod ponitur natura ut superius respiciens plura, sed
implicat quod ponatur natura ut respiciens plura ut sibi inferiora nisi
per actionem comparativam, ergo universale logicum formaliter fit per actionem
comparativam. mai. constat et insuper suadet ex definitione universalis logici
quod est unum in multis, et de multis, ergo universale logicum forma-
liter respicit et refertur ad plura in quibus sit, et de quibus possit praedicari.
probatur ergo min. quia implicat quod natura obiective passive referatur ad plu-
ra nisi existat intellectus qui exercet actionem illam comparantem ad plura.

Sed dices quod relatio universalitatis logicae potest poni indirecte et 92
per resultantiam, ac proinde non exigit necessario actio comparativa, sed passiva.

Sed contra quia relatio rationis implicat quod ponatur per resultantiam absque cog- 93
nitione ad illam terminata, ratio est 1º quia resultantia est propria relationis
realis. 2º quia relatio rationis cum sit ens rationis consistit in esse pure obiec-
tivo ac proinde nequit poni per resultantiam.

Secunda a. pars nempe 94
quod non possit poni per comparationem compositam, sed per simplicem probatur: quia
comparatio enuntiativa supponit iam naturam comparatam et relatam, et de praedi-
cabili facit eam actu praedicatam, sed universale logicum consistit in natura
ut praedicabili, non ut praedicata, ut ut supponimus ex definitione universalis
praedicabilitas est passio universalis logici; ergo nequit fieri universa-
le logicum per actionem comparativam compositam, sed potius per illam simplicem.

Sed dices quod ad universale logicum formaliter requiritur 95
necessario comparatio composita sive enuntiativa. ergo falso illa propositionis
ans suadetur quia tunc solum datur universale logicum formaliter quando
cognoscitur natura ut una in multis, ut patet ex eius definitione, sed
non potest cognosci natura ut una in multis absque comparatione enuncia-
tiva, ergo requiritur necessario comparatio enuntiativa ad univer-
sale logicum formaliter. mai. iam inter praecedentes est probata
probatur ergo minor quia nequit cognosci quod sit in multis quin

affirmari de multis. S. si affirmari de multis ingreditur comparatio enuntiativa, quod ingreditur comparatio enuntiativa.

96 S. 2° quod univer sale logicum formaliter est praedicabile de multis, ergo non potest esse aptum affirmatum de multis. V.d ad argumentum nego. Lij arg. et adaequatio ... distinguo mai. quod cognoscitur natura ut una in multis aptitudinaliter concedo mai. exercite nego mai. et eodem modo dist. min. et consequentia solutio patet ex dictis.

97 Poterat disputari ad complementum huius tractatus utrum universale dividatur adaequate in quinque praedicabilia, et si sit genus ad illa, sed usus praevaluit de tractandis his quaestionibus lib. sequenti, ideo illas in praesenti omittimus. =



LIBER QUARTUS DE PRÆDICABILIBUS.

Universam Porphyrii Phœnicei Isagogen, seu introductionem in libros Categoriarum Aristotelis Stagiritæ Phylosophorum Principis amplectens.

§.

Porphyrius, cuius prædictam Isagogen selegimus explicandam, Tyri, in Phœnitia ènatus, fuit discipulus Plotini, Mag[ister] D. Jamblici, et Chrysaorij,* cuius rogatu Isagogen scripsit, seu introductionem in libros Categoriarum Arist. Stagiritæ Phylosophorum Principis, quæ nunc vulgo liber Prædicabilium nuncupatur. Vixit temporibus Aureliani, et Diocletiani Imperatorum: primo fuit Xpianus postea v. persi=anus Apostata, rabidusque in Christum canis, ut ait D. Hieron. lib. de Script. Eccles. Attamen et sic in Religione errasset, fuit adeo insignis Phylosophus, ut D. Aug. lib. 19 de Civit. Dei cap. 22 eum Phylosophorum doctissimum nuncupavit. Quapropter in tradendis Prædicabilibus, seu in Isagoge componenda omnium Phylosophorum facile Princeps admiratur. Ut hoc eius opus communiter in Scholis ut regula ad prædicabilia stabilienda merito è acceptatum, inter opera quæ Arist. Stagiritæ communiter inseritur, et a Chatolicissimis viris commentarijs è illustratum, ut pt in D. Severino Boetio. B. Albert. Mag. D. Tho. Scoto, et alijs; communiterque, omnibus temporibus, ut opus sanum, et utile admittitur; cautione facta, ut, si quid aliquid contra bonos mores Ecclesiæ Chatolicæ dixerit, corrigatur, quo circa moderamine, illud in omnibus tueri conavimur. =

* fuit nobilis unus Siculus vel Phrixius vel Romanus Patricij ordinis

§

Proemium, in quo summa tex. c. 1.

Hoc caput 1um, Proœmium Chrysaorio, eius discipulo, dicatum continens in duas secernitur divisiones, in 1a. rationem indicat Chrysaorio huius operis construendi. in 2a. modum tradendum observandum constituit.

circa 1um max. Porphyrius Chrysaorio huius Isagoges

veritatis procedat, his quae praedicatur Arist. Stagirit. Phys. corporis et principiis intelligenda, his commodius sciendi discendi ut sit perfecte definitio, divisio, et demonstratio tradenda. Et sic eius suae isagoges utilitate capta audientis benevolentia captetur.

In 2° huius cap. parte abstinendum proponit in hoc suo opere a quaestionibus his physicis, his Metaphysicis, quae circa naturam universalis cognitionem poterant excitari vel illa solum logice inspectam intelligit disceptandam. En summam textus.

Quaestio Prima.

Utrum Praedicabilia sint tantum quinque.

§. I.

1 Cum praedicabilitas sit proprietas, seu propria passio universalis, explicata iam essentia universalis tantum restat de praedicabilitate disquirendum: unde 1° loco instituitur quaestio praesens ut cognoscamus an universale adaequate dividatur in quinque praedicabilia. Nam

2 Et licet Porphyrius in sua isagoge tantum quinque enumeraret praedicabilia genus, nempe, speciem, differentiam, proprium, et accidens, tamen non desunt qui plura vel pauciora enumererent unde ut clarius sufficientia huius divisionis manifestetur.

3 Primo notandum est quod ut aliqua ratio possit subinducere rationem universalis praedicabilis aliquas debet habere conditiones ex quarum defectu alia non est universalis. primo ergo illa ratio superior ut sit universalis debet esse perfecte unum, ac proinde univoca, quia ratio quae universale est unum in multis unum sit unitate perfecta et simpliciter tali qualis est unitas univoca. 2° illa ratio debet esse simplex et incomplexa quod etiam patet quia quod est complexum proprie non est unum, sed complexum seu constitutum ex pluribus. 3° illa ratio debet esse in re quid positivum, alias non certum et determinatum significabit.

4 Secundo notandum est quod cum accidentia realia vel rationis definiantur in ordine ad subiectum, tot erunt universalia praedicabilia quot fuerint subiecta quae possunt denominari aliqua secunda intentione universalis praedicabilis.

His positis

His positis Sit prima Clo: Prædicabilia ss. tm̃. quinque. 9

Pbr: Clo. 1o a priori Tot ss prædicabilia quot ss naturæ quæ
poss diversimode denominari aliqua secunda intentione uni-
versali. Sed huiusmodi naturæ seu Subiecta ss tm quinque: ergo
prædicabilia ss tm quinque. Pmin: quia natura seu subiectum quod
denominatur illa 2a intentione est quid essentiale respectu Subi.
vel est quid accidentale et extrinsecum, Si est quid essentiale
vel est quid essentiale per modum partis subiecti vel explicat
totam essentiam sub. si solum explicat partem esse subiecti, vel
explicat partem potentialem, vel actualem; si explicat partem po-
tentialem subiecti sic est genus, si partem actualem; sic est diff.
si explicat totum esse sub. sic est species, ergo tria prædicabi-
lia, genus speciem, et diff. Si autem illa natura denominata
est extra esse vel est totaliter extra esse vel dimanat ab esse
Si dimanat ab ess. est proprium. si non dimanat sed totaliter est
ab extrinseco est accidens. ergo a primo ad ultimum inter [illegible]
prædicabilia ss quinque, scilicet genus, species, diffa. proprium et accidens. 6

Secundo

Pbr: paritate desumpta ex linea physica, nam cum logicus con-
ficiat sua arte facta logicalia ad modum quo evenit in physicis ut
in composito substantiali physico concurrunt quinque, sic prædica-
bilia debent determinate esse quinque. explicatur maior. nam in composito
substantiali physico est et ipsum compositum, et ss partes ipsius compositi
et cum partes alia sit potentialis ut est materia, alia actualis ut
est forma substantialis, inde est quod ibi considerantur tria, materia ad
cuius similitudinem consideratur genus, forma, ad cuius similitudinem con-
sideratur diffa. compositum ad cuius compositionem consideratur species. Ul-
terius in composito substantiali dantur duo genera accidentium alia
ss propria, ut ss proprietates et passiones dimanantes ab ess. alia non
propria sed totaliter ab extrinseco ut ss accidentia communia ergo si-
militer in composito logico et intelligimus proprium et accidens ergo a
primo ad ultimum ss prædicabilia tm quinque enumerata.

§. II.

Proponuntur et Solvuntur argumenta ad probandum prædicabilia
esse plura.

7 Arg. 2º Arist. 1 Top. c. 12. tot modis dicitur unum oppositorum quot dicitur alterum; sed singularia, quae utique contraria sunt universalibus, sunt fere infinita; ergo similiter universalia praedicabilia.

8 Dist. mai. si sermo sit de oppositis formaliter concedo mai. materialiter nego mai. et dist. min. eodem modo, et nego conseq. sed dist. eodem modo. explicatur distinctio. verum est quod si datur unum contrarium quod formaliter est contrarium debet etiam dari oppositum, et si dantur plura sic formaliter opposita debent dari tot termini contrarii, neque idem non potest esse contrarium sui ipsius v.g. si calor datur necesse est dari frigus, et quia datur siccitas, debet dari humiditas, quia datur durum datur molle, quia datur album debet dari nigrum et sic de aliis contrariis quae sunt formalissime contraria, at vero non sequitur quod tot individua albi debent dari quot nigri, vel econtra quia individua quae talia solum explicant oppositionem materialem. v.g. singulare non opponitur universali formaliter, sed materiali. stat quod singularia materialia sint fere infinita quin ex hoc sequatur quod tot debent esse universalia. Sed ad summum formaliter singularia quae formaliter sunt quinque nempe singulare genericum, specificum, differentiale, proprium, et accidentale. ergo argumentum nihil convincit.

9 Secundo obiicies. tot debent esse universalia quot sunt modi essendi; sed modi essendi sunt decem decem constituentes praedicamenta. ergo et decem sunt universalia. mai. probatur: quia modus praedicandi sumitur ex modo essendi. ergo tot debent esse universalia praedicabilia quot modi essendi.

10 Resp. dist. mai. quia modus essendi a quo sumitur diversitas praedicamentorum est penes esse physicum et entitativum per se vel in alio. at vero modus praedicandi non sumitur penes esse physicum sed penes diversum modum essendi in inferioribus, seu penes diversum modum essendi logice. licet hic modus sit tantum quintuplex et tunc sunt quinque praedicabilia etiamsi praedicamenta sint decem.

11 Sed dices quod sunt plures quam quinque modi essendi in inferioribus; ergo praedicabilia sunt plura

ans. per.

ani; pbr: Anima vere praedicatur de hac, et de illa anima, existentia, de hac et de illa exist.ª Subsistentia de hac et de illa subsist.ª punctus de hoc et de illo puncto. et sic de aliis; atqui hae praedicationes non sunt nec pertinent ad quinque enumerata praedicabilia; ergo dantur plura praedicabilia. 12

R. concedo maiorem, nego minorem; enumerata in argumento sunt quid incompletum ac proinde non pertinent directe ad ullum praedicabile, sed reducuntur ad praedicabile speciei.

Secundo dices quod differentia et genus sunt quid incomple-tum et tamen constituunt diversa praedicabilia; ergo etiam si enumerata in argumento sint quid incompletum debent constituere diversa praedicabilia. probatur: Nam ideo differentia et genus etiam si sint quid incompletum constituunt diversa praedicabilia quia habent diversum praedicandi modum; ergo similiter enumerata in argumento etiam si sint quid incompletum debent constituere diversa praedicabilia. 13

R. concedo maiorem, nego minorem; genus et differentia ideo constituunt diversa praedicabilia quia licet sint quid incompletum praedicantur per modum partis; at vero enumerata in argumento sunt quid incompletum et tamen non praedicantur ut partes sed per modum totius. ergo non debent constituere diversa praedicabilia sed reducuntur ad praedicabile speciei quia species praedicatur per modum totius. 14

Tertio obiicies. individuum vagum, ut aliquis homo est vere praedicabile siquidem praedicatur de Petro et Paulo ceterisque individuis; atqui individuum vagum non pertinet ad aliquod ex quinque praedicabilibus; ergo datur aliud praedicabile. 15

Huic argumento aliqui respondent quod individuum vagum ideo non pertinet ad aliquod praedicabile quia est analogum cum significet modum particularem essendi individuorum, in quo modo sunt primo diversi. 16

Sed haec solutio non placet quia individuum vagum non est analogum aliàs proprium praedicaretur de uno prius quam de alio, quod non accidit sed aeque primario praedicatur de omnibus individuis. 17

18

V. respondeo quod

individuum vagum ideo non pertinet ad aliquod praedicabile quia non significat naturam aliquam completam, sed modum particularem existendi. Et cum hic modus sit quid incompletum inde est quod individuum vagum non constituit aliud praedicabile sed reducitur ad praedicabile cuius est illud individuum vagum, ut ad genus generi cum, ad speciem specificum, et sic de aliis.

§. III.

Alia arguta quae intendunt quod praedicabilia sunt pauciora proponuntur et solvuntur.

19 Nam praedicabilia sunt tantum duo, nempe unum quod praedicatur essentialiter, aliud quod praedicatur accidentaliter.

20 Sed contra quia illa duo sunt praedicabilia subalterna divisibilia usque ad quinque supradicta.

21 Secundo quia genus et species non constituunt duo praedicabilia. ergo non sunt quinque. ans. probatur quia genus et species ideo distinguerentur quia genus praedicatur de pluribus differentibus specie; species vero de pluribus differentibus numero, sed hoc non sufficit; alias species subalterna esset diversum praedicabile ab infima, et genus subalternum ab infimo ergo genus et species non distinguunt duo praedicabilia.

22 Sed contra quia genus non ideo praecise distinguitur a specie quia genus praedicatur de pluribus differentibus specie, sed quia praedicatur in quid per modum partis potentialis; species vero per modum totius actualis. ergo constituunt duo praedicabilia, differentia vero subalterna et atoma sidatur, habent eundem modum praedicandi nempe inquale per modum partis actualis. ac proinde non constituunt duo praedicabilia, ut nec genus subalternum et infimum.

23 Tertio quia Arist. 1. top. cap. 3. 4. et 5. assignat tantum quatuor praedicata, nempe genus, diffinitionem, proprium, et accidens, ergo tot sunt praedicabilia.

24 Ad. terminum respondet quod ibi Arist. agit de praedicatis quae dicuntur de specie, et cum species non praedicetur de se ipsa inde est quod non

non fuit enumerata ab Arist. diff.a u. dicit quod in deffinitione includi r. 25

S. hec solutio n. videtur solida S. voluntaria V.de conveniens legere Arist. ut intelligatur plane eius sensus. concedo ergo ans. et nego cons. nam alia s. ratio de predicatis topicis, de quibus ibi agit Arist. alia v.o de predicatis seu predicabilibus de quibus nunc agit Porphyrius. ibi ergo agit Arist. de predicatis que possunt deservire ad problemata seu ad syllogismos topicos conficiendos ad quod ut notat Scotus illus duo requiruntur tamen quod illud predicatum vel sit essentiale vel accidentale, convertibile vel inconvertibile, n. vero obstat quod sit complexum V.de Arist. enumeravit deffinitionem, que absdubio quid e. complexum. Porphyrius a. incomplexis agit de universalibus que vere et simpliciter sunt unus, et tamquam superiora dicuntur de inferioribus, que ut videmus sunt tm quinque, ergo etiam numerus hic disponitur ex diffinitione, sed deffinitio n. e unus predicabile siquidem e. quid complexum. 26

Eum modum quo Arist. disposuit illa quatuor predicata; quidquid dicitur de specie vel e essentiale convertibile cum illa vel n. convertibile, ut deffinitio. n. convertibile ut genus. vel e accidentale convertibile vel n. convertibile ut proprium n. convertibile ut accidens. Sed ergo ibi e diversa intentio Arist. ac in nostro casu mens Porphyrii. nam hic loquitur Porph. de predicatis seu predicabilibus que deserviunt predicamentis eo n. quod comparentur ad inferiora, qua ratione debent esse aliquid unum et incomplexum. V.de excluditur deffinitio et includitur species.

QUESTIO. SECUNDA.

Utrum Universale sit genus ad quinque predicabilia?

§. I.

Explicatur an ne universalitas sit de substantia predicabilitatis, vel potius predicabilitas sit propria passio universalis, per consequens extra illius essentiam. 1

1 Difficultas ergo nunc veritatis praesentis examinare v. antequam directe quaesito principali respondeamus examinandum duximus sit ne universalitas de essentia praedicabilitatis vel n. circa quod videtur Scotus sensisse praedicabilitatem esse de essentia universalitatis logicae, quem sequuntur Merinero cap. 2 de Univers. disp. 2 q. 2. et Hurt. disp. 3 sect. 2.

2 Ex opposito v° D. Ths. opusc. 48 cap. 1. sentit quod praedicabilitas est passio universalitatis orta ex illa sicut risibilitas oritur ex rationalitate, calor ab igne. Et D. Ths sequuntur eius discipuli M. Soto q. 4. art. 3. Patres Complut. Carmel. discal. in log. disp. 9. de specie q. 3. n. 270 et alibi. Mag. Joan. a S. Ths q. 3. ar. 5. et Illm. M. Joan. Mart. de Prado lib. 1. log. q. 17 § 1. n. 1. PP. Conimb. q. 3. ar. 3 Toletus q. 1. Et sic communiter tenent vel supponunt omnes Thomistae at v. quaesito conseq. hoc teneatur asserendo etiam quod universale est genus ad quinque praedicabilia postea videbimus.

Sit ergo nostra 1a

3 Conclusio 1a. Praedicabilitas est passio, seu proprietas universalitatis profluens ab ipsa universalitate tamquam risibilitas a rationalitate vel (ut formalius loquar) exigens profluere ab illa; dixi, ut formalius loquar quia cum praedicabilitas sit etiam 2a intentio rationis et ens rationis non potest esse vere dimanare ab aliqua essentia sed ad summum potest habere exigentiam ut formetur et fingatur.

Et 1a

4 sic explicata probatur primo ex ipsa definitione universalis, quod est unum in multis; atqui praedicabile vel praedicabilitas non est unum formaliter in multis sed unum de multis supponens essentialiter unum in multis, ergo praedicabilitas est passio seu proprietas universalitatis. mai. est evidens. quia universale ex terminis solum est unum in multis seu unum aptum ad essendum in pluribus. min. etiam constat videtur quia praedicabile ex terminis solum dicit affirmari de pluribus, ut ad hoc essentialiter supponat esse in pluribus sive supponat esse universalis. ergo praedicabilitas est proprietas seu passio universalis.

Confirmatur

Confirmatur quia ex eo quod intellectus comparet naturam ad inferiora, ut quid in ipsis inferioribus existens, tribuatque proinde naturae relationem rationis universalis, redditur ipsa natura ultimo disposita et capax ut intellectus tribuat ipsi naturae relationem praedicabilitatis, qua mediante affirmetur de pluribus; ergo praedicabilitas est proprietas seu passio propria universalis.

6 Conf. 2° quia passio est illa quae per suam essentiam a qua dimanat, vel quasi dimanat demonstratur tanquam per rationem apriori. Sed de universali demonstratur praedicabilitas, sive praedicabilias probatur de universali tanquam per rationem apriori. Ergo praedicabilitas est propria passio universalis. Maior est evidens. Minor probatur: quia haec vera est demonstratio. omne quod est in aliquo vel omne quod est in pluribus potest praedicari de pluribus. ergo praedicabilitas demonstratur de universali ac proinde praedicabilitas est proprietas universalis.

7 Ex dictis infertur quod in quolibet natura universali est duplex relatio rationis, una qua fit universalis, alia qua fit praedicabilis. una qua consideratur natura relata ad plura ut in quibus est, alia qua consideratur ipsa natura ut de illis affirmabilis, proinde que ex parte Subiecti debet etiam correspondere duplex relatio Subiicibilitatis, una quae vocatur Subiicibilitas ut in qua, et illa natura, alia Subiicibilitas ut de qua dicitur illa natura. His positis sit.

§. II

Solvitur principale quaesitum statuitur secunda Conclusio.

8 Secunda Conclusio. Universale non est genus ad quinque praedicabilia = Fateor hanc Conclusionem esse contra omnes authores etiam thomistas quos vidi, et prae manibus potui habere, sed quidquid sit de probabilitate extrinseca probatur a priori, et ab intrinseco, meo iudicio ratione evidenti et de more thomistarum. Quia ut aliquod praedicatum comparetur ut genus et sit genus respectu aliquorum specierum sibi inferiorum requiritur necessario quod illud praedicatum genericum, seu illud genus sit de Substantia intrinseca et quidditativa, sive sit de essentia illarum

specierum respectu quarum e genus: Sed universale non est de substantia intrinseca praedicabilium, seu non e de essentia praedicabilium; ergo universale non est genus ad quinque praedicabilia. Conseq. evidenter infertur in recto modo, et figura nempe in *Ferio*. maior e evidens siquidem genus praedicatum inquid sive quod idem e e praedicatum essentiale respectu suarum specierum, ut patet in animali respectu suarum specierum, et in quolibet alio praedicato generico e genus debet esse, et e de substantia intrinseca specierum respectu quarum e genus. min. vero principalis syllogismi prob: ad quod omnes Thomistas quos vidi, et ratio id quod § I diximus praedicabile e proprietas universalis, seu praedicabilitas e proprietas universalitatis; Sed eo ipso universale non e de ess.ª et de subst.ª praedicabilis. ergo vera e minor. maior ab omnibus Doctoribus in praesenti quaestionem concedit. et a nobis e probata prob: e min. quoniam nulla ess.ª e de substantia intrinseca suarum passionum, ut patet discurrendo per omnes ess. et omnes passiones, et insuper a priori prob: quoniam omnis ess.ª e prior suis passionibus, ergo non e de subst. illarum. prior nempe prioritate entitativa, vel ratio Thomistas ess.ª realis distinguitur entitative realiter a suis passionibus, et ess.ª rationis, qualis est essentia cortigationis, distinguitur entitative, sive e aliud ens rationis, a suis passionibus. ergo nulla essentia e de substantia intrinseca suarum passionum. ergo universale, ut est a quo dimanat vel quasi dimanat praedicabile, non e de substantia intrinseca ipsius praedicabilis. ergo universale non e genus ad quinque praedicabilia.

9 ita evidens videtur mihi haec ratio, ut mihi non remaneat ambigendi locus, ut infra quae inconsequenter loquantur omnes qui ex una parte tenent quod praedicabile e passio universalis et ex alia parte affirmant quod universale e genus ad quinque praedicabilia. Sed ut haec omnia clarior fiat sit.

§. III

Proponuntur et solvuntur argumenta.

Dices

Dices. quod illud e praedicatum genericum respectu aliquarum speci-
erum, quod praedicatur inquid respectu illarum tamquid unum, et univocum 10
sed universale praedicatur tamquam quid unum et univocum respectu praedicabilium
ergo e universale genus ad illa. mai. e certa min probatur: quia inprimis
universale e quid unum et superius respectu praedicabilium, siquidem valet
bona ad universale ad praedicabili et non e converso. nam bene valet e [illegible]
[illegible] praedicabile nempe e genus. ergo universale, non vero va
let e genus, universale ergo genus non potest ee species 1. differentia.
universale e [illegible] quid superius siquidem licet valeat bona a quo
libet praedicabili ad universale non tamen valet ab universali ad quod
libet determinatum praedicabile. alias etiam universale praedicatur
inquid de quolibet praedicabili nam ad interrogationem quid
e quodlibet praedicabile optime dicitur quod e universale. ergo
universale e genus ad quinque praedicabilia. 11

Hoc e funda
mentum quo moventur Authores ad asserendum quod universale
est genus ad quinque praedicabilia sed ad hoc facili dico quod
universale ut sic e verum quod e superius ad praedicabilia, sed non
non e superius tamquam genus, sed tamquam subiectum exquo oritur
ut passio praedicabilitas. explicatur hoc: universale ut sic divi
ditur in quinque universalia particularia, quae quidem quinque
universalia particularia habent suas passiones in particu
lari, quodlibet nempe suam passionem quamediante constitu
itur quodlibet praedicabile. v.g. universale quod e in mul
tis differentibus specie, habet pro passione praedicari inquid de
pluribus differentibus specie. ac proinde hoc universale deter
minatum habet pro passione primum praedicabile. aliud determinatum
universale quod inpluribus est differentibus numero, habet pro pas
sione praedicari inquid de pluribus differentibus numero ac pro
inde habet pro passione aliud praedicabile. et sic de aliis. v.g. universa
le ut sic e genus ad quinque universalia quae habent quinque
passiones quae sunt quinque praedicabilia. ac proinde universa
le ut sit superius ad quinque praedicabilia non tamen e genus ad
illa sicut animal ut sit superius ad risibile, e [illegible]

vel risibile non est genus ad illa,

12 Respondeo ad illud quod dicitur nempe quod universale praedicatur in quid de quinque praedicabilibus, negatur hoc, sicut animal non praedicatur in quid de risibili, nec risibile in quale quid de animali, sed mere denominative et in quali sic similiter praedicabilitas dicitur de universali denominative, et in quale, Vel nego quod ad interrogationem quid sit praedicabile possit optime responderi quod est universale solum ergo est verum dicere quod praedicabile est passio universalis, sicut ad interrogationem quid sit risibile non potest dici quod est homo, sed quod est passio hominis, si formaliter loquimur ut debemus.

13 Sed dices quinque praedicabilia sunt quinque species, ergo habent suum genus in quo conveniant sed non est aliud nisi universale ergo universale est genus ad illa

14 Sed respondeo genus in quo praedicabilia conveniunt est praedicabile ut sic. nec praedicabile ut sic est genus immediatum illorum, passio ut sic est genus remotum

15 Dices ergo quomodo vocatur divisio communiter admissa qua mediante universale, ut diximus q. 1. dividitur in quinque praedicabilia.

16 Respondeo quod haec divisio est divisio subiecti in accidentia seu dicere in passiones sicut divisio qua animal dividitur in risibile, rugibile, hinnibile etc. est divisio subiecti in accidentia propria.

17 Contra hoc potest adduci argumentum quod potest fieri ab auctoritate D. Tho. in qua Angelicus Magister admittit quod universale adaequate dividitur in quinque praedicabilia ergo sentit quod universale sit genus ad illa, potest in quo responsio responsio quod non potest D. Th. sentire quod esse praedicabilitas est passio universalis, universale sit genus praedicabilium allegata Vel si admittit, ut vere admittit illam divisionem, non admittit illam ut generis in species, sed ut subiecti in accidentia.

§. IV

§. IV.

Statuitur tertia Cl°.

Tertia Cl°. Prædicabile, ut sic, quod est proprietas universalis, ut sic, est genus ad immediatum, et mediatum ad quinque determinata prædicabilia, quæ sunt passiones determinatæ, unius cujusque universalis, pro distributione accommodatæ. Facile probatur Cl°. et prima pars sua. Est quia illud est prædicatum genericum, quod prædicatur in quid de pluribus differentibus specie: sed prædicabile, ut sic, sic ad quinque prædicabilia comparatur: nam ad interrogationem quid est genus? vel species? optime respondetur, quod est prædicabile. Ergo prædicabile, ut sic est genus ad quinque prædicabilia. 19

Secunda pars probatur: quia prædicabile ut sic immediatius dividitur in prædicabile in quid, seu essentialiter, et in prædicabile in quale, seu accidentaliter, et postea subdividitur in quinque prædicabilia ergo non est genus immediatum et proximum sed remotum.

§. V.

Aliqua proponuntur et diluuntur.

Si prædicabile esset genus ad quinque prædicabilia non esset analogum respectu illorum; atqui est analogum respectu illorum. Ergo non est genus ad illa. mai. patet. et min. probatur: quia ratio significata per nomen inæqualiter participatur. Ergo est analogum. ant. probatur: quia implicat quod ratio communis ad prædicari in quid, et ad prædicari in quale, æqualiter participetur; sed ratio entis inæqualiter participatur a substantia et accidenti. Sed, ut vidimus, prædicabile ut sic immediatius dividitur in illa duo membra. Ergo non est univocum sed analogum. 20

21

Sed dico quod licet dividatur in prædicabile in quid, et in quale, adhuc est genus et univocum ad illa, et ratio est quia prædicabilia quæ solum in quale prædicantur, non participant rationem prædicabilis per posterius, et cum dependentia, sed æque 1° et per se, sed et alia. Ut essentialiter sunt prædicabilia, et pro hoc patet a paritate inclusa in antecedenti quia non est idem prædicari in quale, et esse accidens, sed neque prædicari in quid et esse substantiam, plura enim sunt substantiæ et prædicantur in quale, et plura sunt accidentia, et prædicantur in quid. Rationale est substantia et prædicatur in quale de animali. et existentia est actus substantialis et tamen prædicatur in quale. Similiter etiam albus est accidens et essentialiter prædicatur de alio albo. et color essentialiter prædicatur de albedine. Ergo poterit prædicabile esse genus et univocum, etiam si dividatur in prædicta membra.

22 Secundo obiicies: Si prædicabile ut sic esset genus ad quinque prædicabilia, omnia prædicabilia essent univoca; sed non sunt univoca; ergo non est genus ad illa. Probatur minor quia prædicabilia sunt denominativa, siquidem denominant naturas universales. Sed ex doctrina Arist. denominativa non sunt univoca, ergo vera est minor.

23 Respondeo concedendo quod licet denominativa formaliter ut talia, non sint univoca, materialiter tamen aliqua ratione sunt univoca, ut etiam accidit in termino album v.g. album enim sumptum quod comparatur ad albedinem, a qua denominationem habuit, est denominativum, tamen est univocum sumptum quod comparatur ad inferiora in quibus est albedo. Sic similiter accidit in præsenti licet enim prædicabile sit denominativum ortum ducens a prædicabilitate tamen sumptum quod comparatur ad quinque prædicabilia est univocum, ac proinde genus ad illa.

§. VI.

Solvitur et exponitur molestum argumentum

124 Si prædicabile esset genus ad quinque prædicabilia, sequeretur quod prædicabile (quod est divisum huiusce divisionis) contineretur sub genere primo prædicabili (quod est unum membrum dividens in hac divisione); sed hoc est impossibile; ergo prædicabile non est genus ad quinque prædicabilia. Probatur maior, probanda postea minor: si prædicabile est genus ad quinque prædicabilia, erit quoddam particulare genus, respectu suarum specierum. Sed genus primum prædicabile est genus sub quo omnia genera particularia continentur; ergo prædicabile, continebitur sub genere. Probatur ergo minor, quæ probanda relinquitur quia implicat quod ratio superior, contineatur sub suo inferiori animal enim v.g. quod est superior ad hominem v.g. nequit contineri sub homine: sed si prædicabile contineretur sub genere, ratio superior, qualis est prædicabile ut sic, contineretur sub genere suo inferiori. Ergo impossibile est quod prædicabile ut sic sit genus ad quinque prædicabilia.

25 Confirmatur quia

Si prædicabile ut sic esset genus ad quinque prædicabilia, omnia prædicabilia essent species, ut patet, nam sub genere immediate continentur species; sed hoc est impossibile alias omnia prædicabilia coinciderent cum specie secundo prædicabili, imo ipsa species secundum prædicabile contineretur sub se ipsa, siquidem quælibet particularis species continetur sub secundo prædicabili tamquam sub specie ut sic, et superiori, ergo prædicabile ut sic non est genus ad quinque prædicabilia.

Hoc arg.tum

Et hoc videtur magis confusionis quam difficultatis. Tertio quia una 26
Secunda intentio rationis possit iterum genere munus primae intentio-
nis, et denominari ab alia secunda intentione, et iterum haec alia 2a
intentio denominans, possit etiam ab alia denominari, et sic in
infinitum, inde est quod videtur aliquid habere difficultatis, attamen
revera nullam habeat. 27

Respondeo ergo ad argumentum quod ex eo quod
praedicabile ut sic sit genus ad quinque praedicabilia, solum sequitur
quod contineatur denominative sub genere primo praedicabili,
quod nullo modo est inconveniens. est enim haec praedicatio est acciden-
talis et denominativa, v. g. Animal est genus, color est genus, ita
etiam haec: praedicabile est genus, est accidentalis et denominativa,
nam sicut natura animalis quae in quid praedicatur de pluribus differen-
tibus specie, et similiter color. ideo illa natura denominantur genus
ita similiter ergo secunda intentio praedicabilis ut sic praedicatur
in quid de quinque praedicabilibus, quae differunt specie, praedicabile
ut sic denominatur genus. quod nullo modo est inconveniens sed
necessarium in his accidentibus rationis. unde praedicabile ut quod
sumptum quod est divisum in hac divisione continetur sub genere tamquam
quae sub praedicabili ut quo denominante accidentaliter id est
naturam praedicabilis ut quod. 28

Ad Confirmationem patet ex dictis. dicimus ergo quod
ex eo quod praedicabile est genus ad quinque praedicabilia solum se-
quitur quod omnia praedicabilia continentur sub specie secundo
praedicabili denominative et accidentaliter, sicut continetur homo, leo
equus, et quaelibet alia species de quibus omnibus species secundum
praedicabile praedicatur accidentaliter et denominative. Et similiter
dico de ipsa specie secundo praedicabili sumpta ut quod tamquam
quadam natura quae praedicatur de pluribus differentibus numero continen-
tur sub se ipsa ut quo sumpta tamquam forma denominante omnes na-
turas specificas. v. g. haec praedicatio species est species est praedicatio ac-
cidentalis et denominativa, in qua subiectum est secundum praedicabile ut
quod sumptum, et praedicatum est ipsum secundum praedicabile ut quo sumptum
tamquam forma denominans. 29

Sed dices quod etiam repugnat quod una species
praedicetur de alia etiam denominative, ut patet in specie leonis, quae non potest

prædicari etiã denominative de homine: ergo secundum prædicabile non potest esse species, alioquin nullum prædicabile erit species, et consequenter non prædicabile ut sic genus ad illa.

30 Secundo dico quod an ē verum in speciebus substantialibus in quibus una non potest prædicari de alia etiã denominative at 3. in speciebus accidentalibus ē falsum ut patet. nã album prædicatur de dulci, et contra & similiter accidit in aliis speciebus accidentalibus ergo potiori titulo hoc erit verum in entibus rationis, ergo stat quod omnia prædicabilia denominentur species. — ergo consequenter stat quod prædicabile ut sic sit genus ad quinque prædicabilia.

31 Ex dictis infertur 1.o quod ens in omni non ē universale ad cuius essentiam resultet ut propria eius passio prædicabilitas, ergo non ē univocum ad sua inferiora.

32. Infertur 2.o quod definitio

2 etiam non ē universale prædicabile quia ē quid complexum.

33 infertur 3.o quod universale ideo præcisse non ē genus ad quinque prædicabilia quia non ē de substantia intrinseca illorum sed potius omnia prædicabilia sint extra illius essentiam, cum sint eius proprietates. ut hæc propositio omne prædicabile ē universale non ē essentialis rigorose sed ad summum minus proprie ad modum quo hæc propositio omne risibile ē rationale utraque n. non ē vera in primo modo dicendi per se sed solum in secundo



CAPUT DE GENERE.

SUMMA TEXTUS

Disserit Porphyrius Phoenicius in hoc cap. quod ē 2m in ordine de Genere primo praedicabili illudq. in tres dissecat partes in 1a triplicem generis acceptionem exponit. in secunda duplicem generis prout ad praesens attinet, tradit definitionem. in tertia denique illud ceteris coniungit praedicabilibus.

Circa primum statuit quod licet genus multipliciter accipiatur, triplex ē generis praestantior acceptio. primo inquit sumitur genus pro multitudine aliquorum quodam modo se habentium ad aliquod unum principium, ut Romanorum genus inquit Porphyrius eo dicitur genus quia ē multitudo hominum a Romulo descendentium. vel genus Heraclidarum ab Hercule. = Secundo prosequitur Porphyrius sumitur genus pro ipso principio generationis a quo ortum duxit huiusmodi multitudo, quod principium aut ē Pater, aut Patria. Sic ut inquit Porphyrius Orestem quidem dicimus a Tantalo habere genus Hyllum a Hercule. Rursus, inquit ipse, Pindarum esse Thebanum genere Platonem vero Atheniensem. Postea Porphyrius hanc duplicem generis acceptionem confert ad invicem et ait secundam a prima differre tanquam causam a suo effectu. Romani .n. dicuntur qui ex genere descendunt Romuli, et Cecropidae, qui a Cecrope. = Tertio subdit Porphyrius quod genus usurpatur pro illo cui supponitur species. subditque hanc ultimam acceptionem ad nostrum spectare institutum.

Circa secundum duas tradit generis, prout ad nos attinet, definitiones. prima his cluditur verbis genus est cui subiicitur species. secunda vero his: genus ē quod de pluribus differentibus specie in eo quod quid ē praedicatur.

Circa tertium

Subdit Porph. quod genus differt a specie, quia hic de pluribus differentibus numero praedicatur. a differentia quia in quale quid praedicatur. a proprio et accidenti quia in quale praedicantur ab individuo, quia de uno solum praedicatur.

quare autem prius de genere quam de alijs disserat Porphyrius ratio in promptu, quod nempe genus universalius et amplius quam cetera praedicabilia. Et iuxta regulam ab Arist. traditam 1. physicorum cap. 1. ab universalioribus est incipiendum.

QUÆSTIO PRIMA.

Utrum definitio generis, ab Arist. 1 topic. c. 4. et alibi, et a Porphyrio cap. de gen. tradita sit bona?

§. 1.

Explicatur definitio generis.

1 Antequam quod sit definitum in hac definitione investigemus opere pretium duximus generis definitionem explicare. genus igitur definitur a Porphyrio sic: genus est: quod praedicatur de pluribus differentibus specie in eo quod quid: per quod ponitur loco generis, et denotatur quod genus debet esse unum, seu una natura, univoca, et non analoga. Convenit ergo genus per hoc quod cum omnibus praedicabilibus quae omnia sunt unum seu univoca respectu suorum inferiorum. per de pluribus differentibus specie, est differentia qua genus distinguitur ab specie per in eo quod quid est altera differentia qua genus distinguitur a tribus alijs praedicabilibus quae non praedicantur in quid sed in quale, vel in quale quid. distinguitur ergo genus per in eo quod quid addit ab specie quae licet in quid praedicetur non tamen sicut genus, nam genus praedicatur in quid per modum partis; species vero per modum totius.

2 infertur primo quod haec definitio non convenit enti quia ens non est quod id est unum unitate univoca, et etiam ens proprie non solum praedicatur in quid sed etiam in quale cum ens omnia transcendat.

3 infertur secundo quod haec definitio, non convenit definitioni ut sic, quia licet definitio ut sic praedicetur in quid de pluribus diffinitionibus differentibus specie, in eo quod quid tamen definitio non quod id est unum unitate univoca et incomplexa, sed potius est quid complexum,

4 infertur tertio quod haec definitio non convenit differentiae, subalternae nec infimae (si datur) quia

et diff.ª subalterna praedicatur de pluribus differentibus specie
non vero praedicatur in quid, sed in quale quid, et primo dum [illegible] pali
actualis. Et diff.ª infima (si datur) praedicatur de pluribus differentibus 5
numero.

§. II.

Dico 1º Haec definitio supra explicata est optima. est Arist. 1.
top. c. 4. et lib. 4. c. 1. et 2. et 5. Metaph. cap. 28. est etiam D. Thom.
opusc. 48. trac. 1. cap. 2. et in 2. dist. 34. q. 1. ar. 2. ad 1. et alibi.
Et probatur ratione quia per illam definitionem recte explicatur natura gene-
ris per suum genus et suam diff.am ergo est bona. an non melius potest su-
aderi quam solvendo argumenta contra illam facta.

§. III.

Proponuntur et solvuntur argumenta

Arguitur primo Arist. 7 Metaph. tex. 39 quidquid definitur debet esse spe- 6
cies; sed genus non est species, sed genus: ergo genus non potest definiri.

Resp. neg.º quia genus etiam est species, est namque species una ex praedi- 7
cabilibus. ac proinde potest definiri.

Sed dices quod genus non est
species. ergo ruit solutio ans probatur: species debet constare ex genere
et diff.ª sed genus non constat ex genere et diff.ª; ergo genus non est spe-
cies. mai. constat. min. probatur: quia si genus constaret ex genere illud se-
cundum genus constaret etiam ex alio genere, et sic in infinitum quod est impossi-
bile. ex diff.a etiam non potest constare. quia diff. primo per se, sequitur si extra con-
ceptum generis. tum genus praescindit objective perfecte a diff.a ergo genus non
constat ex diff.a 8

Resp. neg.º quia genus ut vidimus hic definitum quod est quaedam spe-
cies praedicabilis ac proinde potest sic bene potest constare ex genere et
diff.a genus autem quod genus est species, per se non definitur, ut patet in genere genus enim nisi quatenus est
supremo, quod quia species tunc est, neque denominative per se non potest
definiri.

Secundo arguitur ex Arist. cap. 8 sub. ubi ait quod se- 9
cundae substantiae praedicantur in quale quid, sed ex ipso ibidem secundae
substantiae sunt genera et species; ergo genera non praedicantur in eo quod quid
sed in eo quod quale quid. 10

Resp. neg.º quia intentio Arist. solum est quod prima

Substantivum semper in praedicatione vel in propositione debet poni pro Subiecto, et 2º secundo Substantiva ponuntur pro praedicato, et

10 cum Subiectum in propositione debeat sternari, et praedicatum attra-
ctam, sit qualificativa Subiecti saltim quoad modum, idest
quod dicitur aliquo modo quod genus et species praedicantur in quale
Sed in hoc non obstat ut tam genus quam species praedicentur simpli-
citer in quid

§. IV.

Explicatur an haec definitio sit essentialis et descriptiva?

11 Pro coronide restat scire qualis sit haec definitio. Et ne in ae-
quivoco laboremus sciendum quod haec definitio potest attri-
bui universali cui originatur ut passio, genus, vel potest attri-
bui ipsi generi tamquam cuidam passioni ipsius universa-
lis, (Suppono ex dictis quod universale sic dividitur univoce in
quinque universalia, quibus quinque universalibus originantur
quinque passiones constituentes quinque praedicabilia) dicimus ergo
quod haec definitio vel potest attribui naturae universali generali, vel
ipsi passioni quae dimanat ex illa natura universali sic posita

12 Sit 1º

Dico 1º si haec definitio attribuitur universali est descriptiva, probatur:
quia explicatur natura illius universalis in ordine ad aliquid extrinsecum
nempe in ordine ad suam propriam passionem. ergo est descriptiva.

13 Sit 2º

Dico 2º si haec definitio attribuitur ipsi praedicabili vel quaedam pas-
sio est orta ex universali est definitio essentialis. probatur: quia
explicat essentiam huius passionis per intrinseca ipsius ergo est
essentialis. nec in hoc est amplius immorandum.

QUAESTIO. SECUNDA.

QUOD sit definitum in definitione GENERIS.

§. 1

Scitu digna praenotantur non nulla.

1 Ut cum claritate in hac quaestione, quae dominatur omnibus praedicabilibus
et omnibus [illegible] logicalibus, de omnibus enim illis excogitari potest

quod sit

quod sit eorum deffinitus) procedamus primo notandus e quod concreta sunt in duplici diff.e alia n. sunt concreta substantialia, alia sunt concreta accidentalia. concreta substantialia constant in recto ex duplici forma substantiali et individuo utraque pars pertinet ad idem praedicamentum, ut homo vel leo v.g. quorum quilibet constat ex materia prima, et ex forma substantiali. econtra vero concretum accidentale constat ergo ex diplici entitate quarum quaelibet pertinet ad diversum praedicamentum ut albus. v.g. quod constat ex prima subst.a tamquam ex sub.o et ex albedine tamquam ex forma.

Hinc ortus est difficultas in concretis accidentalibus deffiniendis, nam cum constent ex rebus ad diversa praedicamenta pertinentibus e locus dubitandi an quod deffinitum sit pertinet ad praedicamentum substantiae v.g. ad praedicamentum qualitatis? vel omnia simul. Et ut magis tollatur confusio 3

Secundo notandus quod concreta accidentalia realia sunt adhuc in duplici diff.e esse nam alia realia, alia rationis. concreta accidentalia realia sunt illa, quae ex sub.o reali nempe ex prima subst.a et ex forma accidentali reali constant. ut albus, et dulce v.g. quorum quodlibet ex prima subst.a ut ex sub.o et forma accidentali v.g. ex albedine vel ex dulcedine. Concreta vero accidentalia rationis sunt illa quae constant ex materia tamquam ex subiecto denominato, et ex secunda intentione denominante v.g. genus constat ex materia cui attribuitur, vel quae denominatur a secunda intentione genereitatis, et ex ipsa genereitate tamquam ex forma denominante. ubi obiter nota quod in concretis accidentalibus rationis, materia quae denominatur a forma rationis, aliquando e quid reale, aliquando e quid rationis, et aliquando e subst.a aliquando vero accidens reale pertinens ad aliquod ex novem praedicamentis. Rursus aliquando e accidens reale in abstracto sumptus, aliquando in concreto. similiter quando subiectus denominatus e quid rationis, aliquando e aliquid rationis in concreto, aliquando e aliqua 2.a intentio rationis in abstracto considerata. ut videre licet in his exemplis. homo e species. l. animal e genus. subiectus denominatus e subst.a forma rationis denominans e quid rationis nempe specietas, vel genereitas. coloratus e genus, albus e species. subiectus e concretus accidentale reale forma denominans e quid rationis nempe

genericitas, vel specietas. Et in his universale est genus, genus est species, subiectum denominatum est conceptus rationis, forma denominans est, quid rationis nempe genericitas vel specietas. Et in his universalitas est genus, praedicabilitas est genus, genericitas est species, specietas est species, subiectum denominandum est secunda intentio rationis in abstracto, forma denominans est alia secunda intentio nempe genericitas, vel specietas.

4 Concreta ergo accidentalia tam realia, quam rationis, formaliter conveniunt in re significata, et in modo significandi. Videtur ad investigandum quod sit definitum in hac nostra definitione, quae est concreti accidentalis rationis, inquirendum est quod sit definitum in concreto accidentali reali, ut sic manuducatur intellectus ad cognoscendum recte quod sit definitum in hac definitione.

5 Tertio supponendum est quod in concretis accidentalibus est duplex definitum, nam et est definitum quod, et est definitum quo. Definitum quod ut ex terminis patet est illud de quo verificatur definitio; definitum vero quo est illud mediante quo definitio potest verificari de definito quod et ratione cuius ipsi definito quod convenit definitio. Quae omnia valde notanda sunt ad intelligentiam quaestionis. Sed antequam quaesito directe respondeamus necessarium duximus examinandum quomodo definiantur concreta, ut sic absque erroris periculo principale resolvatur dubium, sit ergo

§ II

Quomodo definiantur concreta accidentalia.

6 Ut concretorum accidentalium possit tradi definitio videndum est in quo concreta ab abstractis discernantur; ut sic utriusque cognita natura, facile possit ars uniuscuiusque definiendi cognosci, temere enim resolvitur quaestio, arte definiendi incognita. nam ut ait Arist. 6. Metaph. tex. 2. oportet non lateat quomodo, ipsius quid erat esse, et ratio sit, nam absque hoc quaerere nihil est facere

7 Et sic examinandi gratia [illegible] supponendum quod sic non loquimur de concretis accidentalibus quae omnino sunt

entia

entia p accidens est aceruus tritici, vel lapidus, q. adhuc sunt congeries aptae coacta ex parte rei. sed est Sed. entium aggregatio. loquimur ergo de concretis accidentalibus quae licet accidentalia sint servant intrinsece aliquam vnitatem, aliquem certum ordinem. ut (si sermo est de concretis realibus) album. v.g. vel genus (si sit sermo de concretis rationis) dispositio. 8

est ergo apud omnes certum quod concreta et abstracta accidentium, conveniunt omnino ex parte rei significatae, eadem enim res significant, solum ergo distinguuntur in modo significandi. Hoc non concretum in re solum significat formam; album v.g. solum significat albedinem et abstractum nempe albedo; distinctio solum stat in modo significandi non concretum significat formam ut inhaerentem, et adhaerentem subiecto abstractum vero ut separatam a subiecto sive ut communiter dicitur concretum significat formam per modum alteri adiacentis, abstractum vero per modum per se stantis.

Sumitur ergo 9
haec doctrina tum ex Arist. tum ex D. Tho. tum ex omnium Philosophorum consensu. ex Arist. cap. 1 de quali. ubi ait: nihil enim aliud significat album, quam qualitatem. Ex D. Tho. in 1. dist. 18. q. 1. ar. 2. ad 3. ubi sic ait: Subiectum non includitur in significatione nominis significantis accidens concretive, ut dicit Commentator 4. Metaph. quamvis Avicena contrarium senserit. idem docet D. Tho. 7. Metaph. lect. 1 ubi sic ait: Et ideo vnumquodque talium nominum, quae significant accidens in concreto, videntur importare praedicamentum substantiae, non ita quod praedicamentum substantiae sit pars significationis talium nominum, album enim ut in praedicamentis dicitur, solam qualitatem significat, sed in quantum huiusmodi nomina significant accidentia, ut inhaerentia substantiae. quae doctrina est communiter accepta. 10

Et insuper ratione suadetur praedicta doctrina. quoniam in hac praedicatione homo est albus, cum sit praedicatio accidentalis praedicatum potest adesse, et abesse subiecto: atqui sola albedo est quae potest adesse, vel abesse subiecto, non vero significatum materiale concreti accidentalis, ut patet. ergo illud concretum accidentale nempe album solam qualitatem significat. Totum syllogismum est evidens, et ideo non indiget probatione.

11 Vel inferatur quod aliud est quod nomen concretum accidentale
significat, aliud est modus illud significandi, verum modus significandi
sequitur modum essendi, et modus intelligendi quod expresse docet
S. Thomas 7. Metaphys. lect. 1. ubi sic ait: Nec modus significandi consequitur
immediate modum essendi, sed mediante modo intelligendi; quia intellectus
sunt similitudines rerum, voces autem intellectuum, ut dicitur 1. Perihermen.

12 Ex qua doctrina
sumitur resolutio praesentis dubii; sit ergo quando definitur
aliquod ~~concretum~~ accidens in concreto, subiectum ponitur loco
generis, et forma accidentalis loco differentiae. Secus vero quando definitur in abs-
tracto quia tunc ipsa forma accidentalis ponitur ut genus, et subiectum
ut differentia. Et probatur prima quia quando accidens significatur in concreto
significatur ut adiacens alteri ut subiecto; ergo subiectum debet poni
ut genus. Consequentia probatur quia genus semper sumitur a materia, sed tunc
casu subiectum est quod significatur ut materia, ergo subiectum sumitur ut genus
et similiter differentia sumitur a forma, sed forma significata est propria forma ac-
cidentalis ergo ab illa sumitur differentia =

13 Secunda pars probatur propter
oppositam rationem quia quando accidens significatur in abstracto sig-
nificatur per modum per se stantis ergo ab ipso sumitur genus, ac proinde
differentia solum potest sumi a subiecto.

14 Quod totum eleganter docet S. Thomas
1. 2. q. 53. ar. 2. ad 3. ubi sic ait: Quoniam modo significandi
accidens habet dependentiam a subiecto secundum suam rationem, aliter tamen et aliter:
nam accidens significatum in abstracto importat habitudinem ad
subiectum, quae incipit ab accidenti, et terminatur ad subiectum:
nam albedo dicitur qua aliquid est album, et ideo in defi-
nitione accidentis in abstracto, non ponitur subiectum quasi prima
pars definitionis quae est genus, sed quasi secunda quae est differentia;
dicimus enim quod simitas est curvitas nasi. Sed in concretis
incipit habitudo a subiecto, et terminatur ad accidens, di-
citur enim album quod habet albedinem, propter quod in defi-
nitione huiusmodi accidentis, ponitur subiectum tamquam genus
quod est prima pars definitionis, dicimus enim quod simum
est nasus curvus.

§ III

§. III.

Corolaria ex dictis 25

Colliges primo quod in concretis accidentalibus nullus datur definitus quod proprie, sed ad summum improprie et denominative.

Suadetur prima pars. Quia illud est definitus quod essentiale, et proprium, de quo potest verificari definitio; sed in his concretis accidentalibus nullum quod datur de quo essentialiter possit verificari definitio: ergo nullus datur definitus essentiale et proprius. Maior constat ex dicenda inferius. Probatur: ergo minor. Quia cum omnis definitio constet ex genere et differentia illud erit definitus quod essentiale cui essentialiter conveniat genus, et differentia in hac definitione; sed genus et differentia in his definitionibus nulli ut quod conveniunt essentialiter; ergo in his concretis accidentalibus nullum quod datur cui essentialiter et proprie conveniat definitio. Maior est evidens, minor probatur: quia in his concretis accidentalibus quia in his concretis accidentalibus genus ~~~~ et differentia sumuntur ex rebus ad diversa praedicamenta pertinentibus, sed ex rebus ad diversa praedicamenta pertinentibus nequit constitui unus quod essentiale, ergo in his definitionibus nullus quod datur cui essentialiter conveniat definitio. 26

Confirmatur

Quia quando definitur album. v.g. si alicui ut quod conveniret essentialiter definitio maxime ipsi albo, sed ipsum proprie non est quod, ergo nullum quod datur cui essentialiter conveniat definitio. Maior constat, minor probatur: quia album constituitur ex prima substantia tamquam ex subiecto et ex albedine tamquam ex forma; sed ex his ut pote pertinentibus ad diversa praedicamenta non potest fieri unus quod essentiale, ergo ipsum album non est quod essentiale et proprie.

Confirmatur 2°. 27

Quia ideo quando homo definitur datur definitus quod essentiale et proprium quia tam genus quam differentia in hac definitione sumuntur ex rebus ad idem praedicamentum pertinentibus, ergo ob oppositam rationem in concretis accidentalibus oppositum contingeret. 28

Secunda pars probatur: quia si aliquod potest esse definitus quod in his

definitionibus accidentalibus Conmar. Sustractus male qonus subinduit ficta accidentali, Et hoc substractus solus potest esse definitus quod accidentale et denominativum ut patet. Ergo in his deffinitionibus tantum datur definitus quod accidentale et denominativus.

19 Colliges 2.º quod accidentia in concreto perfecte non possunt definiri, quod probatur: quia accidentia in concreto perfecte non habent definitus quod essentiale ergo perfecte non possunt definiri. 2.º quia ut aliquid possit perfecte definiri, perfecte debet posse constare ex genere et differentia at qui perfecte non possunt constare ex genere et differentia ergo non possunt perfecte definiri. minor probatur: quia genus et differentia ex terminis debent pertinere ad idem praedicamentum ergo si concreta accidentalia solus habent genus et differentia pertinentia ad diversa praedicamenta non possunt perfecte definiri non perfecte habent genus et differentias.

20 Dices quod concreta accidentalia habent esse, ergo possunt perfecte definiri.

21 Sed contra et distinguo antecedens habent esse compositus ex rebus ad diversa praedicamenta pertinentibus concedo. ad idem nego. Et nego consequentiam.

22 Replicabis datur definitio illorum, ergo possunt definiri.

23 Sed contra datur definitio perfecta nego, imperfecta concedo. definitio non illorum constat ex genere et differentia [illegible] que ad diversa praedicamenta pertinent. atque inde non est perfecta sed imperfecta.

24. Colliges 3.º quod accidentia in abstracto possunt perfecte definiri, probatur: quia significantur per modum per se stantis, ergo possunt perfecte definiri.

25 Sed dices quod in his etiam sumuntur genus et differentia ex rebus ad diversa praedicamenta ergo non possunt perfecte definiri,

26 Sed contra quod etiam si deffinitionem abstracti accidentalis sumatur differentia a subiecto non sumitur ab illo tanquam ab aliquo intrinseco sed tanquam ab aliquo extrinseco, atque inde subiectum non ingreditur definitionem [illegible] abstracti intrinsece, sed solus extrinsece terminative.

que

Quæ doctrina max.e notanda e ad resolutionem cuiuslibet con- 27
creti accidentalis, sive logici sive physici.

§. IV.

Referuntur sententiæ circa principalem quæstionem.

Antequam nostram et aliorum referamus sententias notandum e quod in genere 28
primo prædicabili, sicut et in quolibet alio concreto logico, concurrunt
quinque. Primum, ipsa natura denominata. Secundum, ipsa forma, seu
secunda intentio denominans: nempe generitas. Tertium, aggrega-
tum, quod constat ex natura, et ex secunda intentione, utraque sumpta in
recto. Quartum, ipsa natura, non solum se, sed ut connotat formam denominantem
sumpta natura in recto, et forma denominans, nempe generitas, in obliquo.
Quintum, ipsa forma, nempe generitas, non solum se, sed ut connotat naturam,
sumpta generitate in recto et natura in obliquo. Hinc ortum habuit sen-
tentiarum diversitas. 29

Prima sententia asserit definitum quod esse aggregatum
ex natura et ex 2a intentione in recto. ita Cabero et Rubio, inquirenti.

Secunda sententia asserit definitum quod esse naturam, non solum se, sed ut conno- 30
tat generitatem, ingrediente natura in recto, generitate vero in obliquo.
ita M. Lerma c. de gen. q. 3. exercitans Soto, et immerito, cum teneat ter-
tiam, quam referemus, sententiam. hanc 2am sententiam tenent Soletus, Oña. et ex nos-
tris. SS. P. Raphael de Aversa, dignissimus Præposito Generali nostræ
Religionis. tenent etiam aliqui ex tomistis. 31

Tertia sententia docet definitum quod
esse secundam intentionem in recto et naturam in obliquo. hanc tenent.
Soto. hoc cap. q. unic. art. 1. PP. Comp. discalz. in log. disp. 5. q. 3
n. 93. M. Prado. lib. 1. log. q. 18. §. 1. n. 18. cum quo cæteri de intra Thom.

Quarta sententia asserit definitum quod esse secundam intentionem solum se 32
citat pro hac sententia Mag. Lerma. Caiet. sed dicto quod Caiet. tenet 3am re-
latam sententiam, sed quidquid sit de sententiarum diversitate. quid sit nostrum asser
tionibus sequentibus videbitur.

§. V.

Statuuntur aliquæ conclusiones 33

Prima conclusio 1o. definitum quod in definitione generis non e aggre-
gatum, ex natura, et ex secunda intentione, utraque sumpta in recto.
e contra. et 2a. ad. primam sententiam. Et probatur: 1o. quia in hac definitione
definitur concretum accidentale, sed sic. sed concretum accidentale non importat

eque in recto utraque naa. ergo non definitum aggregatum, ut aggregatum

34. Secundo quia aggregatum ut aggregatum importat 85
quae in recto duas naas primo diversas ad duo praedicamenta pertinentes.
Sed implicat per unicam definitionem constantem ex unico genere et ex
unica differentia definiri duas naas primo diversas, ut patet. ergo aggregatum
ut tale non est definitum in hac definitione.

35 Secunda dico. definitum
essentiale quod in hac definitione non est naa denominata secun
da intentione sumpta naa in recto, et intentione in obliquo. est
contra Arist. et Ruiz. et probatur: primo quia ut vidimus in his conceptis acci-
dentalibus ex parte non datur definitum quod essentiale.

36 Secundo quia
illud est definitum quod cui essentialiter convenit definitio, sed naa
etiam ut subiicitur secundae intentioni, si naa sumitur in recto, non
convenit essentialiter definitio, sed accidentaliter et denomina
tive, ergo definitum quod in hac definitione non est naa denominata se
cunda intentione. maior patet, et minor probatur: quia naa etiam ut
subiicitur secundae intentioni, est adhuc essentialiter extra eius
definitionem, seu secundae intentionis, a qua sumitur differentia in hac definitione.
Sed eo ipso quod differentia alicuius definitionis sit extra eius alicu-
ius, implicat quod ipsi conveniat definitio essentialiter, sed ad
summum accidentaliter et denominative. ergo naa etiam ut subi-
iicitur secundae intentioni solum convenit definitio accidentaliter
et denominative non vero essentialiter.

37 Sed dices, sed dices: haec
praedicatio est essentialis: animal denominatum secunda
intentione genereitatis est genus; ergo etiam haec propositio est essen-
tialis: animal denominatum secunda intentione genereitatis
praedicatur in quid de pluribus differentibus specie. patet. Nam
quia in hac secunda propositione solum mutatur praedicatum quod
est in prima, cuius loco ponitur definitio ipsius praedicati.
ergo si prima est essentialis, etiam 2a. iuxta nos regulam Arist. 1. Post. ubi
docet quod loco definiti potest poni definitio. Tunc sic. ergo de
finitio generis essentialiter praedicatur de naa in recto, et de
genereitate in obliquo; ergo illa sic sumpta est definitum
quod in hac definitione.

Urgetur

Tangitur in hac replica principalis huius conclusionis difficultas, et ut solvatur; nota quod in praedictis positionibus nempe in hac: animal denominatum genereitate est genus, subiectum si attenditur formaliter non importat in recto naturam, et de connotato intentionem, sed e contra naturam non quatenus cum reduplicetur semper est extra essentiam suam, unde numquam illi essentialiter convenit definitio. Et ut magis ac magis tollatur equivocatio, solvaturque eius apparenter difficultas sit: 38

Tertia conclusio. Si in definitione generis, attenditur ad rem significatam, definitum essentiale quod (saltim in primis, si aliquod definitum quod datur, primis non non data) est secunda intentio in recto, connotans naturam in obliquo; si vero attenditur ad modum significandi, definitum quod est natura in recto connotans intentionem in obliquo. 39

Haec conclusio videtur conciliare 2am, 3am, et 4am relatam sententiam qui asserunt 2am intentionem esse definitum quod. Ut loquantur de secunda intentione in abstracto, non nequeunt omnem excludere ordinem ad subiectum, si quid in concreto significatur. Probatur: ergo prima pars. 1o. Aristoteles c. 1. de Subst. ubi, ut vidimus ait quod album solam qualitatem significat; ergo etiam genus solam genereitatem significat. ac per inde ipsa definitio ipsam solam genereitatem significat 1am sola ex dicti evidenter infertur. 2am ex prima, nam definitio et definitum idem esse. Tunc sic sed ut evidens est album, et genus, non significant formam praecise secundum se, alias non distinguerentur ab abstractis; ergo significant formas ut in recto sumptas, et connotando substracta ergo secunda intentio in recto et natura in obliquo est quod intenditur definiri, et quod definitur, si attenditur ad rem significatam. 40

Secundo probatur: eadem pars ex D. Tho. loco citato ex 1. dist. 18. q. 1. art. 2 et 7. Metaph. lect. 1. ubi etiam docet quod concretum solam qualitatem significat. ac proinde potest formari idem discursus ac praecedens. 41

Tertio probatur: ratione desumpta ex D. Tho. opusc. 56. ergo illud directe definitur in hac definitione, quod directe et per se pertinet ad logicam, sed logica per se et directe agit de secundis intentionibus adiunctis. 42

primis (ubi nota, quod nõ. agit de primis adiunctis secundis de e[?]) ergo inrecto ad considerationem logicae pertinet secunda intentio, et de connotato neg. acproinde secunda intentio est quae inrecto definitur, non a de connotato.

43 Quarto et apriori easdem

prob: Deffinitur ergo ex terminis illud perse directe definitur in aliqua definitione quod perse et directe significatur; sed quod perse et directe significatur in concretis accidentalibus est secunda intentio, seu forma, et non a solum de connotato significatur ergo in hac definitione secunda intentio in recto, et non a in obliquo est definitum quod.

44 Si dices quod illud esse debet definitum quod de quo verificatur definitio; sed definitio non verificatur de genereitate; ergo secunda intentio non est definitum quod. min. prob: quia secunda intentio genereitatis, etiam ut connotat neg. non praedicatur de pluribus differentibus specie. ergo etc.

45 Sed contra

quia falsum est quod definitio generis non verificetur de secunda intentione in concreto, nempe de genere, sed sic est quod genus, seu secunda intentio genereitatis in concreto, inrecto importat ipsam secundam intentionem et de connotato neg.; ergo definitio verificatur de 2ª intentione inrecto.

46 Secunda pars facile suadetur ergo ex modo significandi principaliter significatur substractum siquidem significatur [illegible] quae id quod suppositum reddit forma, et postea ex modo significandi non a sumitur in recto et intentio in obliquo. Et hoc solum probant rationes adductae a M. Lermo.

47 Quarta de 1º. secunda intentio esse in se, solum est definitum quo, nonvero definitum quod: prima pars prob.; quia illud est definitum quo quod est ratio formalis, ut definitum, quod definiatur, atqui hoc convenit ipsi secundae intentioni esse in se; ergo est definitum quo. min. prob. quia ideo genus definitur constitutum forma qua mediante possit definiri, ergo 2ª intentio est ratio formalis qua mediante definitur genus, acproinde secunda intentio est definitum quo=

Secunda

Secunda pars probr: quia definitum quod est illud quod intenditur definiri, et de quo definitio verificatur, sed hoc nullomodo convenit ipsi secundæ intentioni inabstracto consideratæ; ergo non est definitum quod min. pt. quia in log.ª non agitur de secundis intentionibus inabstracto, sed in concreto seu, ut dicitur log.ᶜᵒ agit de secundis intentionibus adiunctis primis. ergo definitio non convenit generitati in abstracto. Et sic se neque illa intenditur definiri. 49

Tandem mihi persuadeo quod Caiet. solum voluit quod secunda esset definitum quo si inabstracto consideratur, et si sumitur prout notat magis sit definitum quod quidquid in contrarium dicat Al. Lerma. 50

§. VI.

Ex coronide colliges quod est secundæ intentioni ratione sui convenit essentialiter esse principium formale quo prædicandi, ita est ratio formalis ut definitio etiam exparte modi significandi conveniat magis vel minus quod verificatur quod natura, etiam ut denominata, secundam intentionem sumpta naa in recto, sit definitum quod essentiale, sed tamen denominativum, et hoc solum exmodo significandi, et ratio est quia quomodocumque fiat illa reduplicatio, refunditur tota convenientia in secundam intentionem, etiam si sit sermo de convenientia ut quod neque ipsa secunda intentio inrecto sumpta est definitum quod essentiale, connotante nempe magis in obliquo, neque ut vidimus quod significatur est quod intenditur definiri et quod definitur ex parte rei significatæ, cum ex parte rei significatæ concretum solum qualitatem significat.

QUÆSTIO TERTIA.

Utrum genus non solum species sibi inferiores, sed et individua, respiciat relatione generis?

§. I.

Pro quæstionis intelligentia notandum est individua de quibus genus (animal v.g.) prædicatur esse in duplici differentia: esse enim alia completa, quæ specifica nuncupantur, ut Petrus et Paulus, hic leo, hic equus. et alia huiusmodi, de quibus omnibus animal prædicatur; et alia sunt individua incompletam, nibus [illegible] animal prædicatur;

quæ generica nuncupantur, nempe hoc animal, et illud animal. de quibus etiam animal prædicatur: quæstio ergo præsens de istis individuis interrogat. an ne animal v.g. relatione generis de omnibus prædicetur? (Supponimus enim quod animal de suis speciebus relatione generis prædicatur ut patet)

2 Nec valet dicere cum Spinula disp. 2 log. q. 3 quod illa individua generica sunt incompleta sive chymerica ac proinde non poterit genus de illis prædicari aliqua relatione, et si enim illa non danturi non dabitur locus quæstioni. probat suum assumptum hoc modo quia quando dicitur hoc animal est animal vel illud pronomen demonstrativum hoc cadit supra animal prout est in re, vel prout est intellectu: quocumque modo sit semper illud subjectum est quid completum, ergo nullo modo dantur illa individua incompleta. min. probatur: quia si cadit supra animal prout est in re, est quid completum animal ut patet. nam in re non existunt individua incompleta. Si cadit supra animal prout est in intellectu etiam significat individuum completum. quia animal prout est intellectum nil aliud est quam similitudo perfecta animalis existentis. sed animal existens est quid completum, ergo prout est intellectu

3 Non inquam hoc potest obstare quia licet hoc cadit supra animal prout est intellectu et ad probationem in contrarium dico quod animal prout est in intellectu est similitudo animalis prout est in re non tamen omne quodlibet in re sed prout obiicitur intellectui, nempe non exprimendo alia prædicata differentialia sed tantum hecceitates. videtur nulla est ratio adorerandus illa individua incompleta. quod expresse docet sanctus Th. opusc. 55. ubi ait: intellectus apprehendit formam universalem genericam (nimirum animalis) in hoc individuo, antequam deveniamus ad formam hominis aut alterius speciei. ergo possibilia sunt illa individua incompleta.

§. II.

4 Referuntur sententiæ et statuitur prima conclusio.
Circa individua completa est duplex sententia. 1a asserit genus non referri eadem relatione genereitatis ad species, et ad individua specifica v.g. animal, ad hominem, et ad Petrum, et Paulum etc. ita Lobanionus et alii qui numerum prædicabilium insufficientem reputant: cum illos minorem iusto a Porphyrio assignatum contendunt

Secundo.

Secunda e. affirmativa, hanc tenent Doct. ord. Ths. 5

Circa individua incompleta est etiã duplex sñ. 1a. asserit ge 6
nus referri ad illa relatione generis. ita ex Thomistis. Caiet.
cap. de spec. et Al. Serma ea probabiles reputat. Domin. Lince
lib. 2. q. 1. ar. 6, et ex alijs Suarez. Hurtado Arriaga, Obiedo 7
Secunda sñ. genus (asserit) referri ad individua incom
pleta seu generica sr. relatione generis, et speciei. ita
ex Thomistis Mag. Serma cap. de spec. q. 6. n. 7. Al. A
quine. cap. de gen. disp. 19. §. 2. n. 20. et alij, et ex alijs
Richardus Lince dialect. lib. 9. trac. 2 c. 7. et alij. 8

Possumus tertiã addere sñ. Spinulę asserentis nulla relatione
genus ad illa individua referri, quę ab genesica sunt. 9

Sit prima

X 1o. genus: animal v.g. eadẽ relatione generis re-
spicit specię, hominẽ v.g. et individua completa, seu spe-
cifica. Petrus v.g. vel Paulus. Prob. prior. q. a posteriori
q. hęc prędicatio Petrus e animal, e prędicatio alicuius prę
dicabilis ex quinque assignatis, alias prędicabilia essent plura,
sr. alterius a genere, q. pertinet ad genus. q. eadẽ relatione
qua genus respicit hoẽ respicit Petrus. 10

Secundo prob.: q. illa
e prędicatio generica in qua prędicatũ prędicatur in quid pro
ut pars potentialis, ut sit (nã quod inferiora distinguantur specie
vel numero, sr. e pręcipua diff.a prędicabilis) et. in prędicta
prepositione, hoc modo comparatur prędicatũ ad subiectũ; q. e prę 11
dicatio generica.

Tertio prob.: q. quotiescunque relationum res
picit plures terminos ordine primarij et secundarij, eadẽ rela
tione refertur ad illos, et animal v.g. respicit hominẽ et indivi
dua hominis v.g. ordine primarij et secundarij, q. eadẽ relatione
generis qua respicit hoẽ, respicit individua. mai e evidens et
instatur in quacunque causa, quę unica actione, et eadẽ influxu res
picit et producit terminus primarius et secundarius. etiã instatur in habi
tibus tũ virtutum, tũ scientiarum, sr. a respicientia obiecta, idẽ in habitus
respicit obiectũ primarium et secundarium. min. etiã e evidens q. genus
immediate respicit specię, et mediã immediate ad illos definitur

individua v.º mediantibus speciebus. ergo passare ad illa ut ad teos secundarios, ceu dependentia primarii.

12 3.d dices. unitas vel diversitas relationis sumitur ex unitate vel diversitate terminorum ad quos, ut diximus cap. 2 sed. sed subiicibilitas speciei ad genus, est diversa a subiicibilitate individuorum ad ipsum genus; ergo relatio qua mediante genus respicit speciem non est eadem ac relatio, qua respicit individua. probatur: min. quia eodem modo sumitur universalitas ac subiicibilitas, sed universalitas speciei est diversa ac illa quae quodlibet habet individuum. ergo subiicibilitas est diversa.

13 Sed contra quia ut subiicibilitas speciei ad genus sit materialiter diversa a subiicibilitate individuorum ad genus non tamen est diversa formaliter, nam talis subiicibilitas etiam comparatur cum ordine primarii et secundarii, ergo inde non est diversa formaliter.

14 Sed replicabis et dices quod ideo genus respiceret speciem et individua specifica cum ordine primarii et secundarii termini quia respicit individua mediante specie; sed haec ratio non convincit intentum; ergo genus non respicit speciem et individua unica relatione, et cum ordine primarii et secundarii. min. probatur: quia differentia infima rationalis v.g. respicit individua mediante specie, et tamen non respicit eadem relatione speciem et individua siquidem haec respicit ut sibi inferiora illam vero ut sibi aequalem. ergo similiter etiam si genus respiciat individua mediante specie, tamen hoc non obstabit ut speciem ut suum primarium respiciat, individua vero ut teos secundarios.

15 Sed contra arg.

sic et imprimis in sententia probabili negante differentias infimas incomplexas ut vidimus cap. 2 differentia constituente et inde differentias in ratione praedicabilis in ordine ad speciem hoc argumentum non habet vim. ceterum quia etiam tuebimur est probabile dari differentias infimas incomplexas, constituendum quae in ratione praedicabilis in ordine ad individua respondeo quod differentia infima non respicit individua mediante specie, sed illa immediate respicit ut unica sibi inferiora et inde argumentum non tenet.

16 Replicabis quod dari casum in quo individuum respiciat aliquem gradum superiorem mediante alio et tamen respiciat illos duplici relatione, ergo ratio omnino nulla nulla est. antecedens probatur nam Petrus v.g. respicit differentiam subalternam, sensibile v.g. mediante animali et tamen non eadem relatione subiicibilitatis refertur ad animal et ad

sensibile

Sensibile, siquidem ad animal referatur ut ad genus proximum, ut ad suum subalternum genus; ad sensibile vero ut ad aliud subalternum, et ut ad suum subalternum differentiam: ergo stat quod aliqua ratio inferior respiciat gradus superiores, ordine primarii et secundarii unum nempe mediante alio et tamen non sit eadem relatione sed duplici et diversi ordinis. 17

M. Aquino respondet quod unica relatione subiicibilis refertur Petrus ad animal et ad sensibile quia utrumque gradum respicit Petrus ordinate. 18

Sed contra hanc solutionem argumentor sic: quia implicat quod subiicibilitas, qua Petrus v.g. refertur ad animal, sit eadem, ac subiicibilitas qua ipse refertur ad sensibile: ergo solutio M. Aquino nulla est. Antecedens probatur: quia subiicibilitas qua Petrus refertur ad animal est subiicibilitas qua Petrus terminat relationem animalis, et subiicibilitas qua refertur ad sensibile est subiicibilitas quae terminat relationem sensibilis; sed animal refertur ad Petrum relatione generis, sensibile vero relatione differentiae ergo non potest esse eadem subiicibilitas. Maior et minor sunt evidentes et ab ipso M. concessae. Secunda probatur: quia implicat quod relationes specie diversae quales sunt relatio generis, et relatio differentiae terminentur ad eundem terminum formalem. Et dato ordo primarii et secundarii inter minos alias diversitas formalis et specifica relationis stare posset cum unitate formali termini, siquidem ordo primarii et secundarii non diversificat formaliter quod et ipse Mag. non concedit ergo implicat quod in Petro subiicibilitas ad illos duos gradus sit eadem. 19

Respondeo ergo ad argumentum negando quod Petrus referatur ad sensibile, relatione subiicibilitatis mediante animali, et ratio est quia tunc datur ordo primarii et secundarii quando ad eandem lineam pertinent formaliter termini illi. cum vero sensibile et animal non ad eandem lineam, sed ad diversum praedicabile pertineant inde est quod non terminant eandem subiicibilitatem Petri sed diversam exigunt. propterea in Petro est duplex relatio subiicibilitatis ad animal, et ad sensibile. 20

Dices quod ratio universalis generis animal refertur ad Petrum et ad speciem, nempe ad hominem eadem relatione generis quia illos duos terminos respicit ordine primarii et secundarii

quo subiicibilitas qua Petrus terminat relationem animalis est subiicibilitas mediata, tunc sic ergo ideo Petrus subiicitur animali quia subiicitur homini, sed homini non subiicitur Petrus subiicibilitate eadem ac animali, siquidem animali ut generi, homini vero ut speciei subiicitur; ergo subiicibilitas Petri ad animal non est mediata sed immediata. probo hanc rationem quia subiicibilitas Petri ad animal, non est mediante subiicibilitate ipsius ad hominem siquidem illae subiicibilitates sunt diversae ut pote subiicibilitates duorum praedicabilium.

21 Sed dico aliud est quod Petrus eadem subiicibilitate subiiciatur animali et homini, aliud quod subiicibilitas Petri ad animal non sit mediata. primum est falsum secundum verum subiicibilitas enim Petri ad animal et ad hominem, non est eadem siquidem duo specie diversa terminat praedicabilia, sed licet non subiiciatur utrique eadem subiicibilitate, tamen subiicibilitas qua Petrus subiicitur animali simpliciter est mediata et secundaria siquidem prius animal exigit subiicibilitatem hominis ad ipsum animal quam subiicibilitatem individuorum. Unde subiicibilitas Petri ad animal non ideo dicitur mediata quia eadem subiicibilitate subiiciatur Petrus homini ac animali, sed quia animal prius exigit subiicibilitatem hominis quam Petri.

§. III.

Statuitur Secunda Conclusio.

22 Genus non refertur relatione generis ad individua incompleta et generica, sed alia relatione, nempe, relatione, quae reductive pertinet ad speciem. = dicimus ergo quod haec praedicatio hoc animal est animal, non est praedicatio generis, sed speciei, non proprie, sed improprie et reductive.

23 Prima pars probatur: 1.° quia genus non praedicatur immediate de pluribus differentibus numero ut constat ex eius definitione. sed illa praedicatio est immediate de pluribus differentibus non. ergo non est praedicatio generis..

24 Secundo quia in praedicatione generica praedicatum aliquo modo est pars potentialis subiecti; sed in praedicta propositione praedicatum non est pars potentialis subiecti ergo non est generica.

Secunda

Secunda pars probatur: quia illa est praedicatio speciei in quantum praedicatur 25
praedicatum in quid de pluribus differentibus numero dicens in actu
totam essentiam subiecti. Sed totum hoc habet illud praedicatum respectu subiecti
ut patet. neque hoc animal non habet amplius quam animal, nisi
haecceitatem seu differentiam individualem, quae non pertinet ad essentiam, ergo est praedi-
catio speciei. 26

Tertia pars etiam suadetur quia species est quid comple-
tum; at quid tantum habens quam praedicatum sit quid incompletum, ergo ista non est
praedicatio directa et per se speciei, sed tantum reductive pertinet ad speciem.

§. IV.

Proponuntur argumenta et solvuntur, et primo hanc contra tertiam.

Si haec praedicatio esset specifica hoc animal est animal, haec prae- 27
dicatio esset etiam specifica haec substantia est substantia. Sed haec
non est specifica sed generica; ergo nec illa. probo minorem quia substantia est genus
summum supremum, sed genus supremum non est species, ergo illa praedicatio non
est specifica. maior patet et minor probatur: quia species debet constare ex genere
et differentia. Sed genus supremum non constat ex genere et differentia ut patet. alias
non esset supremum genus. ergo genus supremum non est species. Confirmatur etiam
ex Porphyrio. cap. 7. ubi ait neque species habet supra quam genera
summa, sed si substantia esset species esset generalissimum ergo non est species.

Huic argumento 28
respondet M. Aguirre quod in hac propositione haec substantia est substantia
etiam praedicatum praedicari ut species; et ad argumentum factum dicit quod
omnis species metaphysica est quae debet constare ex genere, et differentia;
secus vero omnis species praedicabilis, haec enim (inquit) solum exigit aptitu-
dinem, ut et sit, et praedicetur de pluribus solo numero distinctis.

Sed haec solutio 29
mihi non placet quia omnis species praedicabilis fundatur necessario in
specie metaphysica, omnis enim species praedicabilis est talis quatenus fun-
datur in re, quae inde essentialiter supponit compositionem metaphysicam
ex genere et differentia et in illa fundatur, hancque praedictam compositionem
reddit formaliter talem, ergo si omnis species metaphysica debet constare
ex genere et differentia similiter et omnis species praedicabilis. 30

Unde admissa sequella
ostenta in maiore argumenti respondeo quod substantia rigorose

loquendo, ut recte probat arg^s ex Soph^s infecta, ē ibi suo[...]
Subst^a. predicabilit^r similitudinarie species impredicta propositione
q^a nempe predicatū in actu dicens totq quidditatq subiecti, unde ideo
in ... diximus quod q^do predicatū genus de individuis genericis id ē
predicatio propria speciei s^d impropria similitudinarie, et reductive
q^a genus quod ponit ex p^te predicati, ex terminis ē quid incompletus
proindeq id ē proprie species, q^a hec ex terminis ē quid completus constans
ex genere et diff^a. V^o similiter dicimus quod q^do illa pars sive fisica
sive metaphysica de predicatū de se ipsa et individua id ē predicatio
propria specie, s^d impropria, et similitudinaria, dicimus n. quod
hq, et similes, propositiones ss pertinent reductive ad speciē. Hec
mat^a ē mat^a. hec forma ē forma, hec exist^a ē exist^a. hec subsistentia
vel persona est subsistentia vel persona hoc animal ē animal. hoc
rationale ē rationale, hoc punctum est punctq. quod totq constat ex dictis.



CAPUT DE SPECIE

SUMMA TEXTUS

Porphyrius immediate post genus disserit de Specie, quod licet cap. 1. initio Proemij Chrisaorio promisisset prius de differentia quam de specie disceptare: his verbis: cum necessarium sit, Chrisaori, et ad eam quae est apud Aristotelem praedicamentorum doctrinam nosse quid sit genus, quid differentia, quid species, quid proprium, quid accidens = et licet ratio suadere videatur quod prius de differentia quam de Specie esset disceptandum, si quidem ordo compositionis (quem in tradendis praedicabilibus observat Porphyrius) exposcit ut prius de partibus quam de toto disquiratur. Tamen Porphyrius methodum arbitrariam elegit ut prius de Specie quam de differentia disquiratur, quae arbitraria methodus non est parvi pendenda, cum non sit extra artem, sed potius magis elegantiam, et perfectionem artis commendet, Sicut Epikeia, non solum non est contra Justitiam, licet Legislatoris verba videatur emendare, quia tunc prudenter iudicatur Legislatorem contrarium praecepisse attentis circumstantijs. Sic similiter Porphyrius attentis circumstantijs prius de Specie quam de differentia sellegit enodandum, quia Species est correlativum generis, ideo prius de illa disceptavit, ut melius cognoscatur generis natura. Sicut Aristoteles in enodandis praedicamentis prius de Relatione quam de Qualitate disseruit, licet qualitas primum locum prae relatione videatur sibi arrogare, utpote nobilior, sed tamen quia in quantitatis praedicamento de magno et parvo disquisivit, quae sunt fundamentaliter relativa, ideo prius egit de relatione quam de qualitate etc. Similiter potuit quam optime Porphyrius prius de Specie quam de differentia disputare. His circa methodum necessario praelibatis, veniamus ad textum Porphyrij circa hoc caput.

Margin: sed potius perfectionem iustitiae emendat.

In qua duplicem partem dissecat Porphyrius hoc caput; in prima diversas speciei acceptiones tradit. in Secunda, duplicem speciei, prout nostrum est, definitionem explicat. in tertia arborem praedicamentalem inscrit, in 4ª denique et ultima de individuo speciei correlativo disserit.

Circa primum, ait Porphyrius quod Species primo sumitur pro pulchritudine, secundum quam subdit Porphyrius, dicitur praestantissima Species, idest, elegantis formae, digna esse imperio. Secundo sumitur species, prout nostri est, nempe illo arte facto quod sub genere collocatur.

Circa secundum ait Porphyrius quod Species, prout ad nostrum pertinet institutum, est quae subiicitur generi, et de qua genus in eo quod quid praedicatur. Postea subdit quod Species est, quae praedicatur de pluribus differentibus numero in eo quod quid. Subdit quoque Porphyrius: hanc ultimam definitionem convenire soli speciei infimae seu specialissimae, prima vero etiam speciebus convenit subalternis.

Circa tertium, constituit arborem praedicamentalem, illamque explicat, inquit enim quod in quolibet praedicamento debemus constituere genus supremum quod nulli alii subiicitur, et inferius unam speciem ita infimam, ut sub ipsa nulla alia sit assignabilis species vel genus, et insuper, in hos duos ~~duo~~ terminos, sive inter haec duo extrema alia debemus praedicata constituere, quae relate ad superius extremum sunt species, relate vero ad infimum extremum sunt genera quod exemplo confirmat.

Circa quartum. agit de individuo et duo facit Porphyrius primo, triplicem individui acceptionem assignat: nimirum individuum determinatum, ut Socrates = aliud demonstrativum, nempe hic homo (Socrate designato) vel iste, vel ille homo, eodem designato, = Aliud per circumlocutionem (quod etiam dicitur individuum ex suppositione) ut Sophronici filius, supposito quod Socrates esset eius unicus filius. = Secundo duas tradit de individuo definitiones: prima est: Ex proprietatibus consistit unumquodque eorum, quarum collectio numquam in alio eadem erit = sive ut dicitur, cuius collectio proprietatum in uno reperta in alio reperiri nequit. = Secunda est: quod de uno tantum praedicatur. = Potest etiam et alia assignari, quae ex ipso textu Porphyrii deducitur: nempe, individuum est: quod subiicitur speciei, et de quo species in eo quod quid praedicatur.

Quaestio

Quaestio quarta.

§. I.

Examinatur prima definitio Speciei.

Notandum est omnium Philosophorum consensu, ut docent D. Thom. Alb. Mag. Caiet. et aliter recentiores quod in his verbis Species est; quae subiicitur generi; et de qua genus in eo quod quid praedicatur, continentur duae integrae definitiones. prima est haec: species est: quae subiicitur generi, secunda sequentibus clauditur verbis. primam ergo definitionem in praesenti examinatur, postea verba sermo de alia inclusa definitione. 1

Sit prima conclusio optime definitur species, ut subiicibilis sic: species est quae subiicitur generi. = Supponimus iam hac conclusione quod in specie concurrunt duo respectus, subiicibilitatis, nimpe, et praedicabilitatis, quod et postea explicabitur. Probatur conclusio quia Species est immediatum correlativum generis, ergo optime explicatur eius natura, ut subiicibilis in ordine ad ipsum genus; sed in praedicta definitione explicatur ordo subiicibilitatis speciei ad genus; ergo optime explicatur per illam species ut subiicibilis. 2

Secunda conclusio optime etiam definitur species subiicibilis sic: species est de qua genus in eo quod quid praedicatur: probatur: eadem ratione. quia in hac definione etiam explicatur subiicibilitas speciei in ordine ad genus 3

§. II

Proponuntur et diluuntur argumenta contra hanc conclusionem.

primo obiicies commune argumentum: haec definitio (prima v.g. quae n. dicitur de una dicitur de alia) convenit individuo, Petro v.g. siquidem individuum subiicitur generi, et de eo genus in eo quod quid praedicatur, v.g. in hac propositione Petrus est animal ergo non est bona definitio. 4

Lovanienses, quos sequitur M. Ioan. a S. Th. et M. Prado respondent argumento facto quod in praedicta definitione ~~[illegible]~~. subintelligitur alia particula, nempe universale, hoc modo Species est universale, quod subiicitur generi et de quo genus in eo quod quid praedicatur. Particula universale excludit individuum. quod quidem universale non est. 5

6

Non acquiescit huic solutioni M. Lerma; ait enim quod licet verum sit quod tam universale secundum intellectum in definitione speciei non conveniat individuo tamen illa particula non potest consequenter esse solum distinctivum speciei ab individuo, ut potest illa particula se habet ex parte generis, a quo non sumitur distinctio seu differentia.

7 Secundo hoc videtur quod etiam si particula illa se habeat ex parte materiae a qua sumitur genus tamen potest distinguere species ab individuo, et ratio est quia quando aliqua duo se totis differunt, incipiunt differre etiam per genus, ut patet in rebus ad diversa praedicamenta pertinentibus, quae etiam differunt per ipsum genus. Verum relicta in sua probabilitate solutio Lobanterius aliter facilius

8 Respondeo

Quod ideo praedicta definitio speciei non convenit individuo quia individuum non subiicitur immediate generi, et in definitione speciei debet intelligi quod subiicibilitas speciei ad genus est immediata et formalis.

9 Replicaveris quod etiam sic intellecta definitio non est bona, quia convenit individuis genericis, quae immediate subiiciuntur generi. = Sed ad hoc iam diximus quod illa subiectio pertinet reductive ad speciem, atque inde nil mirum quod talis definitio illi conveniat reductive.

§. III.

Examinatur quales sint hae duae definitiones.

20 ~~[illegible]~~. Haec definitio, Species est quae subiicitur generi, ~~[illegible]~~ vel potest appropiari secundo universali, divisivo universalis in quinque, cui secundo universali, originatur proprietas subiicibilitas speciei ad genus; (suppono enim quod sit universale sic dividitur in quinque universalia, quibus originantur passiones quinque praedicabilitates, quinque constituentes praedicabilia, et sic similiter, ipsis quinque universalibus, et praecipue quatuor ultimis, subsequitur ut propria passio subiicibilitas (prius enim intelligitur universale in se quam subiicibile ad aliud) = vel potest attribui praedicta definitio, non universali secundo, sed ipsi passioni, nempe speciei ipsi ut subiicibili. His positis, sit

21 Tertia conclusio. Si praedicta definitio attri-

buitur

buitur universali secundo, cui originatur ut propria passio hæc prædicabilitas speciei, hæc subiicibilitas ad genus, est descriptiva. Probatur: quia hæc definitio explicat naturam secundi universalis in ordine ad suam propriam passionem, ergo est descriptiva. 12

Quarta Conclusio. Si hæc definitio attribuitur ipsi speciei, quæ subiicibilis, et ut passio est secundi universalis hæc definitio est essentialis. Probatur: quia explicat esse passionis relativæ in ordine ad suum correlativum immediatum et primarium. 13

Quinta Conclusio. Si secunda definitio (nempe hæc: species est de qua genus in eo quod quid prædicatur) attribuitur secundo universali, ut diximus, est descriptiva, si vero attribuitur speciei ut passioni, est essentialis. Et hæc conclusio quoad sensum satis dicta.

§. IV.

Examinatur definitio speciei prædicabilis.

Sexta Conclusio. Hæc definitio: Species est, quæ prædicatur in eo quod quid de pluribus differentibus numero, est bona. Probatur: quia explicat esse speciei in ordine ad suum correlativum immediatum, de quo prædicatur ut quid superius. Ergo est bona. 14

Inferes 1.º quod hæc definitio non convenit differentiæ infimæ (ut quidam). Quia licet differentia infima prædicetur (si datur) de pluribus differentibus numero, non dicit in actu toto esse individuorum ut species, nec prædicatur proprie differentia in quid ut species, sed in quale quid. 15

Inferes 2.º quod hæc definitio non convenit Deo, quia licet Deus prædicetur tribus personis, tamen hæ personæ, licet distinguantur realiter, non tamen distinguuntur proprie numerice, nempe non multiplicatur natura divina in unaquaque persona, ergo Deus non est species prædicabilis. 16

Inferes 3.º quod hæc definitio convenit individuo generi, non ut genus est, sed quatenus est species quædam licet imperfecta, quod generi convenit quando prædicatur de individuis genericis. 17

QUÆSTIO QUINTA.

An prædicabilitas in specie, sit propria passio subiicibilitatis ipsius speciei, vel an ei accidat. Et quomodo se habeant hæ duæ

= sive prædicabilitas ;

6

§. I.

Praenotanda nonnulla.

1 Supponimus tamquam certum in specie esse praedicabile constituentem
reperiri et respectum subiicibilitatis ad genus, et respectum praedicabili-
tatis ad individua, quod evidenter constat, tum ex dictis quaest. praeced. tum ex Por-
phyrio definiente speciem per illum duplicem respectum. inquirimus ergo quomodo
7 isti duo respectus inter se comparentur?

2 Secundo notandum est quod quando
inquiritur an subiicibilitas sit passio vel proprietas praedicabilitatis
non inquiritur an una formalitas dimanet naturaliter ex alia, absque ope-
ratione intellectus, qualiter in homine dimanat risibilitas a ratio-
nalitate, vel qualiter calor de facto dimanat ab igne, sed sermo est
8 utrum isti duo respectus rationis, ita connectantur inter se, quod eo ipso quod
intellectus tribuat relationem subiicibilitatis speciei ad genus, exigat
illa natura specifica, vel (ut formalius loquar) reddatur aptissima, ut
ipsi tribuatur ab intellectu relatio praedicabilitatis ad individua,
sicut cum dicitur quod quinque universalia, in quae dividitur univer-
9 sale ut sic, eo ipso quod concipiantur cum relatione ad sua inferiora
vel in quibus essent, manent illae universales naturae aptissimae ut de
ipsis inferioribus praedicentur, qua ratione dicitur quod praedicabili-
tas est passio universalis, etiam si realiter non dimanet praedicabili-
tas ab universali, sed exigat opere intellectus fingentis et
comparantis iterum.

3 Tertio notandum est quod isti duo respectus prae-
dicabilitatis, et subiicibilitatis, non solum possunt comparari inter se, sed etiam
possunt comparari cum universalitate ipsius naturae specificae; vidimus
enim quod praedicabilitas, comparatur cum universalitate tamquam passio
cum sua essentia, inquirimus ergo utrum in specie, ut ex sua univer-
salitate dimanet, vel quasi dimanet, praedicabilitas, supponatur prius
subiicibilitas in ipsa specie, ita ut prius, quasi dimanet ab univer-
salitate speciei, subiicibilitas, quam praedicabilitas vel econtra, ita
una passio sit ratio ut alia passio dimanet, ut in rebus physicis
pluries contingit quod una passio sit ratio formalis ut alia dimanet. ut
in quantitate v.g. extensio in ordine ad locum quae est passio ipsius quan-
titatis est ratio formalis ut dimanet impenetrabilitas, quae est alia passio ip-
sius quantitatis=

§. II.

§. II.

Referuntur sententiae, et statuitur Conclusio. 4

Prima sententia asserit: Relationes Subiicibilitatis, et praedicabilitatis in specie, esse omnino disparatas nullumque ordinem inter se servare sed mere per accidens concurrere in ipsa specie ex parte Subiecti ut album et dulce ex Thomistis PP. Compl. Carm. disp. 6. q. 3. Al. Lerma. lib. 9 q. 8. et alij antiqui. ex alijs Merinero Cabero. Helvecio. 5

Secunda sententia docet illos respectus inter se adunari. Sed haec dividitur in plures dicendi modos. 1° defenditur haec sententia asserendo quod Subiicibilitas in specie est quasi essentia a qua oriuntur ut passiones universalitas et praedicabilitas. ita Caiet. et Araujo. 6

2° defenditur, ita ut Subiicibilitas sit passio quasi dimanans ab universalitate, sed non dicitur in hac sententia unus etiam praedicabilitas dimanet a Subiicibilitate. ita Doctus. 7

3° defenditur sic: ita ut praedicabilitas sit prior in specie, et ab ipsa oriatur Subiicibilitas. hunc modum dicendi defendit Ioan. a S. Th. cap. de spe. Ar. 3.

Sit prima Conclusio. 8

Subiicibilitas, et praedicabilitas speciei, necessario supponunt universalitatem in natura specifica. Haec Conclusio videtur expresse deduci tum ex Arist. tum ex Porph. tum ex D. Th. siquidem universale est unum in multis, et postea dicitur de multis, sed universalitas convenit naturae ut est una in multis; Subiicibilitas et praedicabilitas sunt quid subsequuntur ut patet ex definitione. 9

Et a priori Prob: quia prius est id quod convenit alicui secundum suam essentiam quam id quod convenit originatum ex essentia. Sed naturae, quae est una in multis, et de multis, qualis est species sive praedicabile, convenit universalitas, quae ad suam essentiam nempe ut est una in multis, aliae vero formalitates conveniunt in ordine ad aliquid extrinsecum ergo universalitas est prius in natura quam Subiicibilitas et praedicabilitas. 10

Secunda Conclusio

in Secundo praedicabili, ~~[illegible]~~ sive in specie prius intelligitur Subiicibilitas ad genus, quam praedicabilitas de individuis.

Probatur Concl. quia prius intelligitur in qualibet re conceptus qui a tertio sumitur ab aliquo intrinseco, quam ille qui sumitur ab aliquo extrinseco, sed subiicibilitas sumitur et attenditur in ordine ad praedicatum intrinsecum speciei, praedicabilitas vero attenditur et sumitur in ordine cum aliquid extrinsecum ipsi speciei, ergo prius intelligitur in specie subiicibilitas quam praedicabilitas. mai. patet. min. probatur quia subiicibilitas in specie sumitur et attenditur in ordine ad genus et praedicabilitas in ordine ad individua; sed evidenter constat quod genus est quid intrinsecum speciei utpote pars essentialis illius, individua vero illi sunt quid extrinsecum siquidem multiplicatio individuorum sumitur a materia signata quantitate, stricta in libris et ortu, et interitu, quae multiplicatio materialis et numerica evidenter constat quod est quid quasi extrinsecum saltim et dotato, ergo vera est praedicta min. ac proinde prius intelligitur in specie subiicibilitas quam praedicabilitas.

11 Tertia Concl.: praedicabilitas in specie, ut praedicabili, est quasi passio subiicibilitatis. Probatur illa formalitas intelligitur quod est quasi passio respectu alicuius, quae infertur ex illo aliquo et probatur per illud tamquam per rationem a priori; sed praedicabilitas speciei probatur in ipsa specie per subiicibilitatem tamquam per rationem a priori, etenim ideo species est praedicabilis de individuis quia species continetur sub genere, alias si non contineretur sub genere non praedicaretur de individuis; ergo praedicabilitas est quasi passio subiicibilitatis.

12 Dixi quod praedicabilitas est quasi passio, quia subiicibilitas, respectu cuius sic comparatur non est essentia speciei, sed est passio rigorosa secundi universalis. comparantur enim universalitas secundi universalis, subiicibilitas, et praedicabilitas ipsius sicut in quantitate comparantur extensio partium in ordine ad se, extensio partium in ordine ad locum, et impenetrabilitas, quae prima pertinet ad essentiam quantitatis, et secunda et tertia sunt eius proprietates cum ordine prioritatis et posterioritatis primo enim dimanat extensio in ordine ad locum et posterius impenetrabilitas, ut impenetrabilitas comparatur

ad

quantitatis extensiq in ordine ad se e eius rigorosa passio, disparata v. in ordine ad extensionem in ordine ad locum, est quasi illius proprietas, probatur n. ex hac extensione tamquam ex radice apriori. Sic pariformiter in praesenti dicitur universalitas, e essentia secundi universalis Subiici bilitas. Praedicabilitas is eius passionem, cum ordine prioris, et posterioris v.c. praedicabilitas infertur quod non e rigorose passio subiicibilitatis, s. solum eius quasi passio. 13

Quarta Concl.o Subiicibilitas in Specie secundo praedicabili, et Praedicabilitas ipsius, non concurrunt disparate secundum se adaequate. Probatur est in specie, per se nempe in secundo modo dicendi per se. Probatur Act. priorem Sent. ex Concl. 1.o, illae formalitates concurrunt non disparate, secundum se in secundo modo quae separantur inter se tamquam passio, vel quasi passio, et essentia (ut patet ex Philosopho in 1 Post.) sed sic separantur Subiicibilitas. Praedicabilitas, ut vidimus Concl. 3. ergo concurrunt dispar. secundum se in secundo modo. 14

Sed dices quod respectus qui sumuntur penes terminos omnino diversos, quales sunt Superior, et inferior, non possunt adunari disparate, sed subiicibilitas, et praedicabilitas sumuntur penes tales omnino diversos nempe subiicibilitas in ordine ad genus sibi superius, praedicabilitas vero penes individua sibi inferiora; ergo concurrunt disparate illi respectus. Probatur maior. nam ideo in Petro v.g. relatio Paternitatis a eius filius, et Filiationis ad eius Patrem, adunantur disparate quia respicit duos terminos disparatos, quorum unus e superior alius inferius; min. etiam e evidens. ergo concurrunt disparate illi resp.
Sed Conc. arg. 15

sic quod illi respectus etiam si sumantur in ordine ad diversos terminos, tamen praedicabilitas adunantur specie quia Species essentialiter habet collocari sub genere, et supra individua: ac proinde exigit necessario habere illos duos resp. Relatio vero filiationis non exigit necessario coniungi cum relatione Paternitatis, plures n. non habent filios, et postea v. g. illos habent qui habent Patrem. ergo non venit ad instantiam relationum realium.

16 Sed replicabis quod etiam datur Species praedicabilis quae non sit subiicibilis; et non per se adiuvantibilis[?] ex pecti-oni[?] et, si ut diximus, praedicabilitas est quasi passio subiicibilitatis, exurgebatque subiicibilitatis tanquam perfectionis a priori, non poterit stare in specie praedicabilitas quin stet etiam subiicibilitas, licet posset stare subiicibilitas absque praedicabilitate, quia licet prius non dependeat a posteriori, tamen posterius dependet a priori. ans. con. probatur: in hac praedicatione: haec Substantia est Substantia praedicatum dicitur de subiecto tanquam species, ideoque diximus quod est praedicatio specifica; sed substantia non est species subiicibilis, (nulli non subiicitur) alias non esse supremum; ergo datur species praedicabilis quae non sit subiicibilis.

17 Occasione huius replicae instituitur et examinatur; utrum detur species praedicabilis quae non sit subiicibilis, ut magis eluceat veritas praecedentis. Conclusio sit ergo

§. III.

An omnis species praedicabilis sit etiam Subiicibilis?

18 Sit Conclusio Repugnat Species completa, quae sit praedicabilis, quin simul etiam sit Subiicibilis. probatur: quia repugnat species completa praedicabilis, quae non pertineat ad secundum praedicabile; sed omnis species completa, quae proinde pertinet per se ad secundum praedicabile, est etiam species subiicibilis; ergo omnis species praedicabilis est etiam species subiicibilis; mai. constat, probatur min. quia Repugnat species completa quae per se pertineat ad secundum praedicabile, cui non conveniat definitio secundi praedicabilis: alias non pertineret ad secundum praedicabile. Sed prima definitio Secundi praedicabilis est quod Species est quae subiicitur generi, et de qua genus in eo quod quid praedicatur; ergo omnis species completa praedicabilis, quae absdubio pertinet ad hoc secundum praedicabile est etiam subiicibilis.

19 Notanter dixi in Conclusione omnis species completa, nam species incompleta qualis est genus quando praedicatur de suis generis[?], individuis, vel alia pars, non minus quod non sit species subiicibilis siquidem

pars non est species &c. nil conducit ad praesens institutum in quo agimus de speciebus quae possunt collocari in hoc secundo praedicabili. 20

Et per hoc patet ad argumentum factum num. 16. Substantia n. licet de individuis genericis praedicetur ad modum speciei, et pars non est species. Et cum ad praedicabile non pertineat dictum minus quod sit praedicabilis et non sit subiicibilis.

QUAESTIO SEXTA.

Utrum etiam omnis Species Subiicibilis, sit praedicabilis?

§. I.

Vidimus quaestione praecedenti omnem speciem praedicabilem completam esse Subiicibilem, nunc econtra inquirimus an omnis Subiicibilis sit praedicabilis? Et licet videatur quod non debebamus multiplicare quaestiones sine necessitate in praecedenti, alio §. hoc dirimere tamen quia est quaestio valde celebris his temporibus et celebrior sententiarum diversitate, ideo praesentem quaestionem instituimus. in qua ut cum claritate procedamus. 1

Primo notandum est naturas de quibus potest stare aliqua difficultas esse illas quae de facto unicum solum habent individuum et hae naturae aliae licet non habeant nisi unicum, individuum habent alia futura vel praeterita, ut Fenix (si naturalibus credimus) quae de facto solum existit in unico individuo attamen cum ex cineribus demortuae Fenicis aliud generatur individuum eiusdem naturae. 2

Aliae sunt naturae quae unicum solum habent individuum naturaliter loquendo attamen de potentia absoluta plura possunt existere, ut Sol, Luna, et quodlibet Astrum, et unumquodque caelum. Et de his omnibus nulla est difficultas quod quaelibet natura est species praedicabilis, siquidem conceptus essentialis naturae contrahibilis est absolute et determinabilis per plura individua saltem possibilia ac proinde illa natura de pluribus praedicatur individuis. 3

Aliae sunt naturae, ut Angelicae, de quibus est magna difficultas utrum sint species praedicabiles vel non? Et ratio dubitandi, ea est quae difficilis est intra Scholas 4

D. Thae, in qua omnes Angeli distinguuntur inter se specifice, ita ut repugnet, etiam attento absoluto posse, diversitas numerica intra eandem speciem. Si n. plura individua eiusdem speciei essent possibilia intra eandem speciem Angelicam, ut sensit Scotus, et consentiunt alij nulla esset difficultas in proposito, Ut ergo detur locus quaestioni, pro nunc supponimus
p. q. 50 ut veram sententiam D. Thae (quam suo loco defendimus, Deo dante)
a. 4. in qua impossibilis censetur pluralitas numerica in eadem specie Angelica; et ut magis veritas eluceat
5 Secundo supponendum est quod ideo substantiae materiales possunt multiplicari numerice intra eandem speciem quia earum individuatio sumitur a materia signata quantitate; e contra vero substantiae immateriales, nempe Angeli, ideo non possunt multiplicari numerice, quia carent materia vel cum earum individuatio sumatur ab ipso principio, a quo sumitur differentia specifica inde est quod repugnat multitudo Angelorum intra eandem speciem. constat haec suppositio ex dicendis in libris de ortu et interitu. et constat ex D. Tho. 1. p. q. 50. ar. 4.
6 Supponendum est tertio quod in Angelis datur praecisio obiectiva perfecta inter differentias seu gradus differentiales, et individuales, et non solum inter hos gradus, sed etiam inter hos, et genericos, constat haec suppositio ex his quae diximus lib. 3. q. 3. per totam. et prima pars constat
2 ex D. Tho. q. 13. p. primae ubi ait: quia intellectus noster intelligit naturam cuiuslibet speciei per abstractionem a singulari, esse in uno supposito singulari vel in pluribus est praeter intentionem naturae speciei. en ubi D. Tho. praescindit conceptum ecceitatis a conceptu speciei.
7 Quarto notandum est universalitatem posse spectare naturam dupliciter, positive scilicet, et negative. universalitas positiva exigit aptitudinem ad plura inferiora. universalitas vero negativa solum consistit in eo quod natura sine praecisione intellectus concipiatur non singularis, et nulli appropiata, et nota quod ut diximus lib. 3. q. 2. § 3. n. 21 dupliciter negative etiam alio modo potest

sumi

Sumi, q. d. illi naa n. repugnat esse pluribus Sois & pluribus appropiari. inquirimus ergo utrum naa Angelica sit universalis & praedicabilis, positive vel negative tm & quomodo. Ubi etiam obiter nota distinctiones celebris universalis positive, aliq. n. sunt naa universalis re & ratione, aliq. solum ratione (re & ratione sunt q. d. de facto dantur plura individua de quibus possunt praedicari, ut naa humana, & naa equina, & leonina. ratione solum, ut naa Fenicis, Solis, Lunae, Astrorum. [illegible] quaerimus ergo utrum naa Angelica sit universalis positive saltem ratione, nam in re nulla e difficultas quod n. e universalis, supposita facta impossibilitatis pluris individuorum. quae omnia valde notanda sunt ad praesentem quaestionem

§. II.

Referuntur sententiae & statuitur 1a. Conclusio.

Prima sententia asserit naam Angelicam (in praedicta sententia D. Thomae negante 8
pluralitatem numericam etiam attenta pōa absoluta). nullo modo esse universalem, neque positive neque negative. ita ex nostris SS. [illegible] Al. Aversa q. 8. log. sect. 9. ex Jesuitis Suarez disp. 5. Metaphys. sect 2. & alii

Secunda sententia asserit naam Angelicam esse universalem 9
positive. ita plures Thomistae. Araujo. 3. Metap. q. 9. ar. 9. Complut. in log. disp. 6. q. 4. n. 39. Ioan. a S. Th. q. 8. ar. 3. Lerma cap. de specie. q. 10 n. 5. & alii 10

Tertia sententia media graditur via, asseritque naam Angelicam n. esse universalem positive, sed tm negative. hanc tenent ex Thomistis Al. Ioan. Mart. de Prado lib. 1. log. q. 21. Dominicus [illegible] lib. 2. q. 2 ar. 2. Al. Aquino cap. de specie. disp. 20 per totum. Al. Ortiz cap. de specie tract. 3. conf. 9 reputat hanc sententiam ut probabilem, etiam & praecedentem. 11

Sit Conclusio 1a. Natura Angelica non e universalis Logice positive. Probatur Conclusio 1o quoniam ex 2a D. Thomae, in cuius sententia procedit haec controversia, q. 8. de Spiritual. creat. Si autem Angelus est forma simplex abstracta a materia impossibile est etiam fingere, quod sint plures Angeli unius speciei; ex qua authoritate sic formo rationem: si naa Angelica esset universalis positive posset esse una in multis, ac per inde posset praedicari de multis; sed impossibile e quod naa Angelica praedicetur de multis, ergo impossibile est

naa Angelica sit universalis positive, mai é ipsa definitio universalis logici. min. probr: q. ut naa Angelica posset prędicari de multis erat neccess. quod illa multa essent possibilia saltim ficta ab intellectu cum fundam.to, S. x. C. hig loco allegato. impossibile é etiã fingere plures Angelos eiusdem speciei, fingere nempe cum fundam.to, ngabsq fundam.to plures possunt fingi. q.o impossibile é q. naa Angelica prędicetur de multis, ac p.r. t. é impossibile est quod sit species prędicabilis.

12 Secundo probr: Cl.o. q. ut naa Angelica esset universalis positive erat neccess. quod intellectus noster posset illam prędicari de pluribus, sed nequit noster intellectus illã prędicari de pluribus, q.o nequit esse universalis, min. probr. q.o repugnant illa plura, q.o nequit intellectus illam prędicari de pluribus.

13 S. dices, quod si naa Angelica inadęq.te concipitur quasi pręcisa a sua singularitate, & solum sub conceptu naę, pot.o comparari ad plura individua saltim sub conditione concepta, & ratio é q. naa angelica inadęq.te concepta & ad modum rerum materialium concipitur pręcisse per prędicata essentialia pertinentia ad conceptum purum naę. & eo ipso pot. eé universalis positive, q.o é universalis positive. min probr. q.o naa sic inadequate concepta, concipitur ut multis appropiata indifferens q.r quasi é exse ut n. soli individuo existenti opareti, & etiã alijs, si essent, at qui logicus solum considerat eam sub illa amplitudine & universalitate, q.o naa Angelica sic inadęq.te concepta é universalis positive.

14 S.d N.o Ant. sic

q. etiã si naa Angelica inadęq.te concipiatur & sub conceptu pręciso naę, & ad modum rerum malium, adhuc n. é universalis positive q.o solutio nulla est: ant. suadetur: nã etiã si naa Angelica inadęq.te concipiatur concipitur cum positiva repugnantia ad plura, q.o n. pot. eé universalis positive, ant. probr: q. ideo adęq.te concepta concipitur cum positiva repugnantia ad plura q.r concipitur ut forma irreceptibilis in maa, sed etiã inadęq.te concepta concipitur ut irreceptibilis in materia. q. etiã inadęq.te concepta concipitur cum positiva repugnantia ad plura. ad illud quod dicitur de nostro modo concipiendi ad modum rerum materialium, dico quod etiã esi concipiatur ad modum rerum materialium n. attribuuntur naę prędicata

cata

cata convenientia rebus materialibus, neque aliud quod intellectus censit reperiri ex parte rei conceptae aliud quod concipit ex parte modi, modus est similis ordinarie ad res corporeas. at vero res concepta non est res corporea sed spiritualis

Quod etiam ins 15

tatur neque enim argumentum potest sumi ex modo concipiendi, etiam natura Angelica adequate concepta esset universalis positive. quod sic suadeo. quia res corporea adequate concepta est universalis positive. ergo si modus concipiendi res spiritualis esset attendendus natura angelica adequate concepta esset universalis positive. 16

Replicabis et dices quod natura Angelica inadequate concepta etiam si concipiatur ut forma irreceptibilis in materia potest esse universalis positive ergo ruit nostra doctrina, ans suadetur neque natura Angelica inadequate concepta, et proinde non concipitur ut forma irreceptibilis in materia irreceptibilitate constituente speciem; non vero irreceptibilitate constituente individuum, irreceptibilitas ergo quae obstat universalitati Logicae est irreceptibilitas constituens individuum, non vero irreceptibilitas constituens speciei. ergo natura Angelica inadequate concepta etiam si concipiatur ut forma irreceptibilis in materia est universalis positive. 17

Secundo hoc argumentum sic. quia tam irreceptibilitas in materia constituens individuum, quam irreceptibilitas in materia constituens speciei opponuntur universalitati; ergo ruit solutio. ans probatur: quia etiam si irreceptibilitas in materia constituens speciei non opponatur universalitati formaliter siquidem pro explicito non dicit singularitatem opponitur universalitati radicaliter et exigentialiter, siquidem ideo irreceptibilitas in materia constituens individuum opponitur formaliter universalitati quia oritur ex irreceptibilitate in materia constituente speciei et in hac irreceptibilitate radicatur illa ergo etiam irreceptibilitas in materia constituens speciei opponitur universalitati, neque cum praedicato exigente carentiam universalitatis, neque cum radicante singularitatem, non potest stare universalitas, neque intellectus potest cum fundamento illi tribuere universalitatem 18

Explicatur hoc amplius: irreceptibilitas in materia constituens speciei est carentia materialitatis constituentis speciei, materia prima non potest considerari quatenus ingreditur constitutionem speciei, et quatenus ingreditur constitutionem individui. species enim non dicit solum formam, sed etiam includit materiam. sic ergo spiritua-

-litas constituens speciem, sive irreceptibilitas in natura constituens speciem dicit carentiam naturae prioris proximae speciei; tunc sic. ergo etiam dicit carentiam omnium praedicatorum quae sequuntur naturam put est constitutivum speciei, consequens infertur: tunc sic. Subsumo. Sed natura constituens speciem dicit capacitatem ad totam universalitatem, siquidem ex illa radicaliter originatur multiplicabilitas numerica; ergo spiritualitas constituens speciem, seu irreceptibilitas in natura constituens speciem, quae convenit naturae Angelicae in adaequato conceptu, et sic omnino naturam dicit repugnantiam ad universalitatem, siquidem ex illa originatur essentialiter inmultiplicabilitas numerica.

19 Confirmatur hoc amplius ex doctrina D. Thomae 2. quae praecedit hanc quaestio. quia tota multiplicabilitas numerica sumitur a materia, ergo illud praedicatum quod essentialiter includit carentiam cuiuscumque materiae includit etiam repugnantiam ad multiplicationem numericam, nam videtur evidens quia stante repugnantia principii, stat et repugnantia illorum quae originantur ex illo principio. tunc sic; Sed natura angelica etiam in adaequato conceptu et sic quod dicit irreceptibilitatem in natura constituentem speciem, dicit carentiam cuiuscumque materiae ut evidenter constat; ergo includit repugnantiam ad multiplicationem sive ut formalius loquar, ergo dicit repugnantiam ad multiplicationem numericam, ergo etiam dicit repugnantiam ad universalitatem utramque nam evidenter infertur: ac proinde natura Angelica etiam in adaequato conceptu non est universalis positive.

20 Quod ipsum docet D. Thomas q. 8. de Spirit. creat. ar. 9. ubi ait: Natura Angelica prohibetur esse in multis per hoc quod non est nata recipi in aliqua materia, aut subiecto. ex ubi D. Thomas totam multiplicationem numericam reducit ad materiam. Sed natura Angelica etiam in adaequato conceptu dicit repugnantiam ad materiam, ergo dicit repugnantiam ad multiplicationem, ergo sub nulla consideratione potest esse universalis positive et logice.

§ III

21 Refutantur replicae.

Sed dices quod natura Angelica in adaequato conceptu concipitur ut nulli appropriata, sed eo ipso, ex se apta est ut non magis individuo existenti compareat, quam alijs, si essent. ergo natura Angelica in adaequato conceptu est universalis positive.

Sed contra

Sd. Dico 2° quod etiamsi natura Angelica in adequate concepta concipiatur 22
ut nulli appropriata, siquidem concipitur ut non singularis, sive ut
precisa a singularitate, tamen concipitur cum positiva repugnantia ad
plura, videlicet illa individua conditionata sive illa conditionalis, si essent
plura, est chymerica. Et ratio est quia etiamsi natura Angelica sumpta in suis
inadequatis conceptibus concipiatur ut non singularis, sive ut precisa
a sua singularitate, tamen concipitur cum predicato dicente repugnantiam
ad multiplicitatem numericam, ut presertim in sententia D. Thomae, in qua tota
numerica multiplicabilitas sumitur a materia, concipitur enim cum carentia
cuiuscumque materiae. Ergo concipitur etiam inadequate cum repugnantia ad ad-
dere ut referatur ad plura, ergo illa conditionalis, si essent, est chymerica
et non iuvans in presenti. 23

Replicabis: natura Angelica sic inadequate concepta
quando comparatur ad suam individualem differentiam (v.g. natura Michaelis
ad Michaeleitatem) comparatur tanquam quid indifferens ad suum determina-
tivum; sed indifferens ut tale, est superius respectu determinantis; ergo
comparatur illa natura ut universalis logice et positive, unde infertur quod
predicatum superius et indifferens, est universale logicum. Consequentia. Maior videtur
certa, alias natura Angelica inadequate concepta conciperetur ut determina-
ta et contracta ad suum individuum, et inde non esset precisio obiectiva
inter gradum specificum et individualem. Minor etiam constat, videlicet
namque ideo genus est superius respectu differentiae specificae quia comparatur ut
indifferens ad suum determinativum. 24

Sed contra: et distinguo maiorem: comparatur
ut indifferens indifferentia positiva et ampla, nego maiorem; indifferentia ne-
gativa, sive quae explicatur per negationem, quia nempe illa natura
non est determinata: concedo maiorem. Et distinguo minorem: indifferens ut tale
est quid superius, si sit sermo de indifferentia positiva et ampla, concedo
minorem; si sit sermo de indifferentia negativa, nego minorem et consequentiam. Dicimus
ergo quod natura Angelica inadequate concepta concipitur absque sua sin-
gularitate, sed tamen concipitur cum positiva exigentia ad hoc ut contrahatur do-
lis per unicam differentiam individualem. Et ratio est desumpta ex D. Thoma
et eius doctrina Angelici Praeceptoris: multitudo numerica intra
eandem speciem solum potest sumi a materia, atqui natura Angelica etiam
inadequate concepta concipitur cum positiva repugnantia ad quamcumque materiam,

Siquidem necess° exp[te] rei concepte (quidquid sit de modo concipiendi) concipimus spiritualitatem, seu imperceptibilitatem in maa, sed tum imperceptibilitatem propriam speciei, in qua etiam necess° explicatur carentia totius mae, g° concipitur illa naa etiam inadequate, ut abs q singularitate cum exigentia ad unicam singularitatem. g° n° concipitur cum indiff° sufficienti ad plura individua, g° si essent (in qua conditionali sedit 15. Oharia) e chymerice excogitatum signum eius repugnantia sumitur ab intrinseco ipsius nae angelicae etiam prius naa, alias conveniret illi prius tali repugnantia plura individua.

25 Sed dices quod naa Angelica inadeq[te] concepta concipitur ut perfecte precisa a singularitate; g° concipitur cum sufficienti indiff[te] ut sit universalis logice et positive. Cons pt. nam illud predicatum posset obstari universalitati logicae quod includit singularitatem. ans g° pbr: q° naa illa sic inadeq[te] concepta concipitur ut n° Louius Angeli, g° concipitur precisa a sua singularitate.

26 Sed ctr° q° etiam si naa Angelica concipiatur absque sua singularitate n° concipitur ut universalis, g° ruit solutio, ans pbr: q° naa Angelica quamvis concipiatur precisa a sua singularitate nequit concipi abstracta et separata a gradu substantiae spiritualis completae, g° concipitur cum repugnantia ut sit universalis logice et positive. ans e certum nam nequit concipi absque predicato sibi essentiali et intrinseco, atqui ee substantiam spiritualem completam e predicatum sibi essentiale g° et intrinsecum, g° nequit concipi sine illo. Cons d° pbr: q° eo ipso quod necess concipiatur tanquam substantia spiritualis completa concipitur necess cum exig° positiva ad hoc ut trahatur adeq[te] per unicam singularitatem, g° concipitur cum positiva repugnantia ut sit universalis logice et positive. Cons pt cum universale logicum sit unum in multis. ans v° etiam videtur evidens praesertim in suppositione repugnantiae plurium Angelorum eiusdem speciei, nam tota repugnantia ad multiplicationem numericam sumitur ex eo quod multiplicabilitas numerica sumitur a materia atqui eo ipso quod concipiatur ut subst° spiritualis completa concipitur cum repugnantia ad quam cumque mam, g° concipitur cum repugnantia ad universalitatem logicam et positivam.

27 Si tamen dices quod pluralitas Angelorum solum repugnat physice, n° vero obiective et logice. v° obiective illa naa Angelica inadeq[te] conceptam

concepta dicit capacitatem ad plura individua.

S.C.° [repugnantiam ad] naturae pluralitatem Angelorum 28

rerum intra eandem speciem non est [solum] physica sed etiam metaphysica, obiectiva, et Logica, ergo ruit solutio. ant[ecedens] suadetur natura repugnantia obiectiva et Logica tunc stat quando in conceptu obiectivo stat explicite praedicatum a quo originatur physica repugnantia, sed in conceptu obiectivo in quo repraesentatur natura Angelica etiam inadaequate sumpta praedicatum proprium naturae stat explicite praedicatum a quo originatur repugnantia multiplicationis numericae Angelorum intra eandem speciem, ergo est ibi etiam repugnantia obiectiva et Logica ad pluralitatem Angelorum intra eandem speciem. maior videtur certa, et min. probatur: quia in conceptu obiectivo in quo repraesentatur natura Angelica etiam in adaequate et summe rerum naturae explicatur carentia totius materiae, siquidem concipitur ex parte obiecti spiritualitas, sed carentia materiae est praedicatum a quo oritur repugnantia multiplicationis numericae intra eandem speciem, ergo in conceptu obiectivo naturae Angelicae etiam inadaequate concepto repraesentatur repugnantia ad pluralitatem numericam Angelorum intra eandem speciem, propterea inde est quod nobis repugnant plures Angeli solo numero diversi, physice, sed etiam obiective, et Logice. 29

§. IV.

Ab inconvenienti probatur: c[onclusio] ...

Tertio ab inconvenienti probatur: Conclusio quia Si natura Angelica prout a nobis concipitur inadaequate et ad modum rerum materialium posset esse universalis logice, et positive, Sequeretur quod etiam natura Divina inadaequate concepta et ad modum rerum materialium, esset etiam universalis logice et positive, sed hoc non est dicendum, ergo neque illud. probatur sequella probando posteriorem min. quia ideo natura Angelica inadaequate concepta et ad modum rerum materialium concipitur ut universalis logice et positive quia etiamsi absolute sint impossibilia plura individua intra eandem speciem, tamen ex vi conceptus naturae concipitur natura, ut nulli appropriata, propterea inde est quod quivis esse capax ut si essent plures Angeli eiusdem speciei ad omnes illos referretur; sed natura divina prout a nobis inadaequate concipitur ad modum rerum materialium concipitur ut nulli appropriata, propterea inde est capax ex vi conceptus naturae ut si per impossibile essent plures Dei numero diversi, ad omnes illos referretur eodem modo ac refertur ad unum; ergo si natura Angelica inadaequate concepta esset universalis, etiam natura divina inadaequate concepta

esset universalis logice et positive.

30. Probatur ergo minor principalis syllogismi quae probanda reliqui. Quoniam si natura divina esset universalis logice et positive, natura divina esset species praedicabilis et consequenter componeretur ex genere et differentia; atqui natura divina nullo modo potest esse species praedicabilis, neque componi ex genere et differentia, alias componeretur in praedicato, quod et negant ipsi Doctores quos impugnamus; ergo vera est praedicta minor.

31 Si dices 1º quod natura divina non sequitur quod sit species praedicabilis, neque universalis logice et positive, etiam si natura Angelica sit universalis positive, quia alias natura divina componeretur ex genere et differentia.

32 Contra hanc replicam seu solutionem respondet Magister

conf. 4. §. 3. n. 450. Ortiz quod natura divina non dicit repugnantiam ex vi conceptus explicite et concepta ad modum rerum materialium aliquam ad hoc ut componatur ex genere et differentia; et proinde natura divina esset universalis positive.

33 Sed contra hanc solutionem arguitur sic: quia natura divina etiam ex vi conceptus expliciti debet concipi ut actus purus, ergo etiam si cognoscatur ad modum rerum materialium ex vi conceptus expliciti, qui reperitur objective ex parte eius conceptae, debet concipi cum positiva repugnantia ad hoc ut componatur ex genere et differentia.

34 Respondeo ad solutionem datam n. 31. quod illud inconveniens nempe quod natura divina non potest esse universalis, quia alias esset composita ex genere et differentia, tam longe est ut solvat nostram rationem, quin potius illam iuvat, nam nos dicimus quod natura divina nequit esse universalis, quia alias esset composita ex genere et differentia, quod non possumus intelligere, neque intelligi potest; et cum hoc inferamus ex eo quod natura Angelica sit universalis; respondere quod sequitur illud inconveniens est nihil respondere, cum ut vitent illud inconveniens debent prius vitare quod non sequatur quod natura divina sit universalis ex eo quod sit universalis natura Angelica, et cum hoc in praedicta solutione non evitetur, etiam non vitatur primum, sed potius corroboratur illud inconveniens, quod nullo modo potest sustineri.

Dices 2º

Dices 2.º etiam si natura Angelica inadaequate concepta sit univer- 35
salis Logice, et positive, non sequitur quod natura divina sit universalis
Logice, et positive, et ratio disparitatis est quia ille status naturae concipiat
noster intellectus inadaequate et adomodum rerum materialium, in natura divina etiam
inadaequate concepta nullum reperit fundamentum ut illi intellectus tribuat
relationem speciei praedicabilis, secus vero in natura Angelica; et ratio est
quia natura divina etiam si inadaequate concipiatur et sit numerus et
praedicata naturae tamen semper concipitur cum positiva repugnantia ad
plura siquidem concipitur ex parte obiecti aliquid quod est actus purus,
alias non esset natura divina illud quod concipitur, cum vero quando conci-
pitur natura Angelica non concipiatur ex parte obiecti aliquid quod di-
cat repugnantiam positivam ad pluralitatem numericam intra eandem
speciem siquidem ex parte obiecti non concipitur actus purus. 36

Sed contra arguitur

Dic quod etiam si in conceptu obiectivo naturae Angelicae inadaequate con-
cepto non concipiatur aliquid ut actus purus tamen concipitur aliquid cum
positiva repugnantia ad pluralitatem numericam, ergo si in concep-
tu obiectivo naturae Angelicae inadaequate concepto non obstat illa repug-
nantia positiva ad pluralitatem numericam intra eandem speciem non debet obs-
tare in natura divina. vel si in natura divina obstat et in natura Angelica
debet obstare. answer: quia in conceptu obiectivo naturae Angeli-
cae inadaequate concepto repraesentatur positiva carentia omnis materiae
physicae sed positiva carentia materiae physicae in sententia Divi Thomae
in cuius hypothesi est haec quaestio est principium repugnantiae positivae
multiplicationis numericae intra eandem speciem, siquidem idea materia
physica est principium multiplicationis numericae intra eandem spe-
ciem. ergo etiam si in conceptu obiectivo naturae Angelicae non repraesentetur
aliquid per modum actus puri repraesentatur tamen aliquid cum positiva re-
pugnantia ad pluralitatem numericam Angelorum intra eandem speciem.

§. V.

Argumentum ab autho. proponitur et solvitur.

Sed dices cum D. Th. 1. p. q. 13. ar. 9. quod natura Angelica inadaequate 37
concepta dicit capacitatem ut sit in multis, ergo est universalis positive.
answer: referendo eius verba, ait non Formae, quae non individuantur
per aliud suppositum, sed per seipsas, quia sunt ipsae subsistentes, si intelli-

pra se conceptus genericus. Respondetur: non Conceptus genericus etiam est universalis ut constat, sed contra solutio data universalitas destruitur in radice per spiritualitatem, a qua nequit fundari conceptus genericus, ergo si vera est solutio data in Angelis neque genus datur.

45 Solutio. Dico quod est diversa ratio de universalitate propria speciei, et de universalitate propria generis, universalitas speciei est quae destruitur per spiritualitatem, non vero generis, et ratio est quia spiritualitas non opponitur formaliter nec radicaliter divisioni formali et specificae, sed solum divisioni mere numericae et materiali, quia divisio formalis et specifica non sumitur a materia, sed ab alio capite nempe a forma, unde haec divisio formalis reperitur in Angelis, divisio vero solum numerica, cum sit solum materialis sumitur a materia et cum in quolibet conceptu naturae Angelicae, etiam inadaequato, exprimatur repugnantia materiae, exprimitur per inde repugnantia ad universalitatem specificam.

46 Secundo obiicies. Praedicatio in qua natura Angelica Michaelis, vel Gabrielis v.g. praedicatur de Michaele, est praedicatio secundi praedicabilis, ergo natura Angelica Michaelis est species praedicabilis. antecedens probatur: quia Michael est individuum quod ponitur ut fundamentum Arboris praedicamentalis, ergo ponitur immediate sub specie, repugnat enim individuum quod non collocetur sub specie, ergo species de illo praedicatur, atque inde natura Angelica est species praedicabilis.

47 Solutio. Dico quod licet verum sit quod Michael v.g. ponitur ut fundamentum arboris praedicamentalis, ponitur quia non collocetur immediate sub genere, tamen natura Angelica adhuc non est species praedicabilis. Et ratio est quia ut individuum non collocetur immediate sub genere sufficit quod intericiatur intelligatur species metaphysica, et non sit logica, quia cum hoc verificatur quod nullum detur individuum collocatum immediate sub genere, sed quod omne individuum collocatur sub specie saltim metaphysica, quia minus requiritur ut aliquid sit species metaphysica, quam ad hoc ut sit species logica, nam ut detur species metaphysica sufficit quod constituatur genere et differentia, at vero ut detur species logica praeter hoc requiritur ut praedicetur de pluribus.

48 Sed replicabis natura Angelica Michaelis praedicatur praedicatione formali et directa de suo individuo, ergo praedicatur praedicatione alicuius praedicabilis non alterius ab specie, ergo est species praedicabilis.

49 Solutio. Dico quod non omnis praedicatio formalis

formalis et directa est praedicatio pertinens ad aliquod praedicabile, et insuper requiritur quod praedicatum possit praedicari de pluribus, et quod praedicatum non sit aequale cum subiecto, quae ratione in Sto. Thomistarum Domino quos in praesenti praedicatio in qua differentia infima praedicatur de specie licet sit praedicatio formalis et directa non pertinet ad aliquod praedicabile, quia praedicatur tamquam quid aequale non vero tamquam quid superius. 50

Si Praedicabis ergo praedicatio in qua natura Angelica Michaelis praedicatur de suo individuo est praedicatio individui, probatur Dominus non praedicatio individui est praedicatio de uno tantum, et illa praedicatio est de uno tantum, ergo est individui, hanc sic: Si hoc esset falsum alias illa praedicatio non distinguereturab ista Michael est Michael ergo non est praedicatio individui. 51

Si Dominus ergo ut illa praedicatio esset praedicatio individui erat necessarium quod in conceptu naturae quae ponitur ex parte subiecti exprimeretur singularitas, atqui ex parte subiecti non exprimitur singularitas sed tantum exigentia ad unicam singularitatem ergo non est praedicatio propria individui.

Si dices quod illa debet esse praedicatio aliqua, atqui non est individui nec generis, ergo speciei. 52 53

Ad hoc respondeo quod illa praedicatio vocatur praedicatio speciei praedicamentalis, non vero speciei logicae, quae quidem praedicatio reductive pertinet ad speciem logicam, sicut praedicatio in qua differentia infima praedicatur de specie v.g. hac homo est rationalis est praedicatio differentiae praedicamentalis seu metaphysicae non vero differentiae logicae reductive autem pertinet ad differentiam logicam.

§. VII.

Statuitur Secunda Conclusio.

Natura Angelica in adaequate concepta est universalis negative, hanc Thomistae probant verba Angelici Mag. relata n. 39 ex q. de spirit. creat. art. 8 et ex dictis manet sufficienter insinuata et insuper probatur: quando natura aliqua intelligitur ut universalis negative quando intelligitur ut nulli appropriata, sed natura Angelica inadaequate concepta concipitur ut nulli appropriata; ergo est universalis negative. maior constat ex acceptione terminorum negative probatur minor. quando Angelica natura inadaequate concepta concipitur ut non singularis, (praescindit n. a singularitate) sed eo ipso concipitur ut nulli individuo appropriata, ergo concipitur ut nulli appropriata. 54

55 Ergo Replicavis. ergo natura Angelica universalis positive. Probatur. Quia eo ipso quod natura Angelica eo ipso quod concipiatur ut non singularis et nulli appropiata non invenitur repugnantia ut per illo explicito intellectus tribuat illi intentionem speciei praedicabilis. ergo est universalis positive. antecedens suadetur quia per illo explicito non invenitur aliquid quod praebeat impedimentum universalitati sed potius per illo explicito invenitur status indifferentis.

56 Ergo denego antecedens quia licet per explicito non explicet natura Angelica in illo conceptu praedicatum formaliter excludens universalitatem tamen per explicito reperitur spiritualitas, saltim constitutiva speciei quae spiritualitas dicit exigentiam ad singularitatem per inde non est universalis positive et logice.

57 Dices. Dari species subiicibiles, quae non sit species praedicabilis. licet non detur species praedicabilis quae non sit subiicibilis. Et ratio est quia ut aliqua species sit subiicibilis sufficit quod collocetur sub genere, atqui omnis species etiam quae solus est species praedicamentalis seu metaphysica collocatur sub genere, ergo omnis species est subiicibilis, at vero non omnis est praedicabilis, quia ad hoc insuper requiritur quod praedicetur de pluribus atqui species Angelicae non praedicantur de pluribus ut vidimus, ergo non sunt species praedicabiles.

QUAESTIO SEPTIMA.

Utrum genus in unica specie, et species in unico possit salvari individuo

§. I

Ad quaestionis intelligentiam pronotantur nonnulla.

1 Primo notandum est genus, et speciem posse sumi triplicite, Logice, nempe, metaphysice, et physice. Logice sumpta nil aliud explicant quam secundas intentiones generis, et speciei, vero certum est genus et speciem logice seu secundo intentionaliter sumpta utrumque exigere plura inferiora, genus videlicet plures species; species vero plura individua, utrumque enim de pluribus exigit praedicari. ideoque diximus quaestione praecedenti species Angelicas non esse universales logice neque praedicabiles quia non praedicantur de pluribus individuis.

2 Possunt ergo sumi genus et species primo intentionaliter, seu pro natura abstracta quae denominatur a suis generis, et speciei intentionibus, et hoc duplicite vel pro toto illud actuale quod explicant

explicant, quod idem est ac physice sumi, vel secundum praedicata potentialia, quae includunt, quod est sumi metaphysice. Si ergo genus, et species sumuntur secundum totum actuale quod explicant, nempe si sumuntur physice, certum est quod genus in unica specie (imo in unico individuo) et species in unico individuo conservantur. Sicut enim homo est et Animal, animal ergo et homo in Petro secundum praedicata actualia physica conservantur. Difficultas ergo est an genus nempe Animal v.g. secundum potentialitatem quam includit, similiterque homo, v.g. secundum totam suam potentialitatem, conserventur illud in unica specie, hoc vero in unico individuo, ita ut tota potentialitas generis seu animalis per unicam differentiam specificam exhauriatur: et similiter tota potentialitas Speciei, per unicam differentiam individualem, seu per unicam ecceitatem, exhauriatur. ad cuius pleniorem intelligentiam

3 Secundo notandum est quod potentialitas generis sic metaphysice sumpti, est intrinseca ipsi generi, nam potentialitas generis, est ad differentias formales et specificas quibus intrinsece perficitur ipsum genus, et ratio est quia cum genus sit ex se praedicatum incompletum, et perfectibile dicitur esse et ab intrinseco exigentiam ad suam perfectionem, quam solum modo consequitur in speciebus, in quibus invenitur coniunctum cum differentiis specificis afferentibus illam perfectionem quam consequitur genus. At vero potentialitas Speciei ad individua, est extrinseca ipsi speciei, nam species ex se habet sit quid actuale et completum ex se habet totam essentialem perfectionem, et inde est in individuis solum materialiter multiplicatur haec intrinseca speciei perfectio. quod etiam evidenter constat ex principio vero sumitur differentia individualis contractiva, et divisiva Speciei, sumitur (ut dicitur in libris de generatione) in ordine ad aliquod praedicatum extrinsecum, saltim connotatum, nempe in ordine ad quantitatem vel ut ibi dicimus non sumitur a sola materia prima, sed a materia prima connotando quantitatem, et inde est differentiae individuales cum supponant speciem constitutam secundum sibi intrinseca, non afferunt aliquam perfectionem ipsi speciei sed potius dividunt et multiplicant intrinsecam perfectionem ipsius speciei vel tantum abest ut haec numerica multiplicabilitas arguat perfectionem in Specie, quod potius arguit imperfectionem corruptibilitatis in ipsa. His ergo suppositis facile dirimitur quaestio.

§. II.

Refferuntur sententiae et statuitur conclusio.

4 Circa quod triplex versatur sententia. Prima absolute affirmat Genus

in unica Specie, et Speciem in unico individuo posse conservari ita Scotus sup. hoc cap. q. 18 Lobanienses ibid. q. 4. et alij

5 Secunda s[ente]n[ti]a absolute negat genus in unica Specie, et Speciem in unico individuo posse conservari. ita D[ivus] Th[om]a hoc cap. q. 2. ar. 2.

6 Tertia s[ente]n[ti]a media incedit via, asserit n[amque] genus metaphysicum sub[iectum] totum potentiale non posse conservari in unica specie; Speciem vero posse in unico conservari individuo. Sic Doct[ores] Complut[enses] cum quibus sit.

7 Con[clusio]. Genus sub ratione totius potentialis non pot[est] conservari in unica specie; Species vero pot[est] conservari in unico individuo. Probatur prima pars q[ui]a nequit intelligi Satiata potentia absque actu Sibi adaequato; Sed potentialitas generis n[on] adaequatur cum unica specie, ergo genus n[on] pot[est] conservari in unica specie. explicatur maior. q[ui]a ex terminis constat quod omnis potentia ordinata ad actum tamquam ad suam perfectionem, ergo quomodo n[on] intelligatur actus adaequatus potentiae n[on] intelligitur potentia satiata et perfecta. Prob[atur] ergo min. q[uonia]m potentialitas generis cum sit intrinseca generi n[on] pot[est] intelligi Satiata absque eo quod intelligatur cum omni perfectione ad quam est illa potentia Sed potentialitas generis n[on] est solum ad perfectionem unius speciei, ergo potentialitas generis n[on] intelligitur adaequata et satiata cum unica specie.

8 Confirmatur q[ui]a potentialitas generis, comparata (ut bene est sumitur) potentialitati materiae primae, in physicis, Sed materia prima n[on] satiat suam potentialitatem cum una forma neque in una specie, ergo neque genus satiabit suam potentialitatem cum unica Specie.

9 Si dices quod materia prima caeli habet satiatam suam potentialitatem in unica specie, imo et in unico individuo (supono quod caeli distinguuntur inter se in specie) ergo si genus assimilatur materiae primae, poterit genus salvari in unica specie.

10 S[ed] C[ontra] q[ui]a materia prima cuiuslibet caeli distinguitur in specie a materia prima sublunari, et materia prima caeli respicit ut actum sibi adaequatum formam caeli ac proinde n[on] mirum quod illa potentialitas salvetur in unica specie, et in unico individuo, at materia prima sublunaris n[on] respicit ut actum sibi adaequatum formam substantialem unicam, Sed omnes indifferenter respicit inde eius potentialitas n[on] satiabitur nisi habeat omnes formas, sic similiter potentialitas generis n[on] respicit ut actum sibi adaequatum formam, seu differentiam constitutivam unius speciei, siquidem divideretur et contraheretur n[on] solum per unicam differentiam et unicam speciem

11 Si dices Si genus sub ratione totius potentialis exigeret plures

plures species, exigeret infinitas actu existentes, et implicat quod potentialitas generis exigat infinitas species actu existentes: ergo non exigit ~~infinitas~~ plures, sed unicam. Sequella probatur quia si exigit plures non erit maior ratio ad hoc ut exigat duas vel tres quam omnes, sed species quae continentur sub genere sunt infinitae: quia ut docet S. Th. q. 20 de verit. ar. 4. Super omnia quae Deus fecit adhuc potest alia dissimilia facere, et novas species, et nova genera, quia nunquam id quod factum est virtutem factoris adaequare potest. Ubi nota quod dicit semper quod potest facere plures species. Ergo exigeret genus infinitas species. 12

Sed Respondeo quod quando dicimus quod genus exigit plures species debet intelligi quod exigat non existentes omnes possibiles, hoc non est chymera, sed quod exigat unam ad minus existentem, et alias omnes possibiles, quia potentialitas generis non intelligitur perfecte satiata usque dum intelligatur contracta per omnes species saltim possibiles. 13

Sed dices. Ergo erit necesse quod natura generica abstrahatur ab omnibus speciebus possibilibus ut intelligatur in se; sed hoc est impossibile quia ex infinitis inferioribus non potest intelligi abstractio. Ergo chymerica nostra solutio. Sed 14

Sed Respondeo quod ut intelligatur genus in se non est necesse ut explicite abstrahatur ab omni specie possibili sed sufficit ut cognoscatur natura animalis v.g. non cognitis inferioribus speciebus quia generis cognitio non praerequirit cognitionem specierum omnium, neque illarum quae de facto existunt ut patet. 15

Dices si existente natura generica redderetur impossibilis una species contenta sub ipso maneret genus? 16

Respondeo quod maneret sed non esset idem genus, ac modo est, quia modo habet intrinsecam potentialitatem ad illam speciem, et postea non haberet sicut dicitur de Omnipotentia, quia si per impossibile unum possibile redderetur impossibile, iam non esset eadem omnipotentia quae modo est. 17

Rogabis iterum si in una specie continente plura individua v.g. in homine, et leone, si per impossibile redderentur impossibilia plura individua taliter ut species humana solum haberet possibilem unum hominem et species leonina unum leonem, esset nunc eadem animalis idem quod nunc?

18 Respondeo quod sic. Quia potentialitas generis ad plura individua est solum extrinseca desumpta non ab intrinseco ipsius generis, sed a differentiis individualibus quae attenditur a materia signata vel connotata quantitate.

§. III

19 Secunda pars Conclusionis probatur: quia potentialitas speciei ad individua non est intrinseca speciei, quia species salvatur in unico individuo. Atque quod ex eo quod ex natura totalitatis constat, evadit quod species non respicit individua ut ab illis perficiatur, quia solum respicit individua tamquam quid extrinsecum. Atque probatur: quia tota intrinseca perfectio speciei habet intra se quod sit totum actuale. Quia non respicit individua ut ab illis perficiatur.

§. IV

20 Secundo probatur: Conclusio quoad 1am partem ex Arist. 4. Topicorum cap. 3 ubi sic ait: quoniam omnis generis plures species sunt, inspiciendum, si non contingit alteram speciem esse dicti generis; nam si non, dictum est quoniam non erit genus omnino. En ubi Philosophus ait quod si non sunt plures species non erit genus omnino.

21 Probatur etiam ex D. Thoma 2. Poster. lect. 12. his verbis: Non est possibile invenire aliquod genus cuius una tantum sit species. Genus enim dividitur in species per oppositas differentias, oportet enim si unum contrariorum invenitur in natura, et reliquum inveniri ut patet per Philosophum 2. de Caelo. Et postea D. Thomas loquendo de specie ait posse conservari in unico individuo his verbis: Una autem species dividitur divisione materiae, contingit autem totam materiam alicui speciei proportionatam ab unico individuo comprehendi et tunc non est nisi unicum individuum sub una specie. Ex quo D. Thoma genus non potest conservari in unica specie, et species potest conservari in unico individuo.

22 Ex qua authoritate sic rationem a priori aliquomodo compono: Genus tantum quod est totum potentiale comparatur ut per se contrahibile et determinabile per oppositas differentias. Sed eo ipso nequit satiari cum una differentia. Quia genus exigit plures differentias. Maior est evidens minor probatur: quia potentia sua respectiva contrariorum vel oppositorum necessario respicit utrumque. Quia nisi genus contrahatur per omnes differentias non intelligitur eius potentialitas perfecta.

Sed dices quod

23 haec ratio placeret si differentiae divisivae generis essent inter se contrariae, nam illud desumptum ex lib. de Caelo est circa contraria, contraria enim taliter comparantur quod positum unum est et aliud sit. Atqui differentiae divisivae generis contrariae non sunt ut patet.

Resp.

Sed cum e. quod eadem e ratio de contrarijs et de oppositis, neque quae ideo con- 29
traria verum, infertur aliud quod contraria sunt circa idem, at qui etiam differentiae divi-
sivae generis, quae solum sunt oppositae quasi privative, et sed contrariae cum dubitatur
nihil sit contrarium) etiam sunt circa idem quod eadem e ratio contrariorum.

§. V.

Pro coronide et ad maiorem intelligentiam quaestionis praecedentis nota quod 29
genus dicitur sumi a materia, et differentia a forma quod axioma sic intelligendum e.
ita ut materia non sit unicum principium a quo sumitur genus, et forma unicum
principium a quo sumitur differentia sed similitudinarie ita ut quod sicut in
physicis materia prima e. pura potentia actuabilis et forma est actus primus
materiae, ita in logicis, sive metaphysice, genus e quid potentiale, et differentia
e actus generis quo genus constituitur in materia determinata. Genus enim
si in rigore sumitur, e praedicatum quod et includit materiam physicam et formam
in substantijs corruptibilibus, sive essentiam at in substantijs spiritualibus
animal enim non e sola materia, sed materia cum forma non quae forma dat materiam gradum
sentiendi, et differentia e materia informata forma cum ultimum gradum.

QUAESTIO OCTAVA.

Construitur Arbor Praedicamentalis Porphyrij

Porphyrius in tertia parte Suiu capitis disposuit arborem praedi- 1
camentalem, nosque eius methodum imitantes ipsam in eodem loco inse-
rimus arborem. deservit enim nobis ad cognitionem, eorum quae directe
et indirecte, sive ad latus praedicamenti collocantur, et etiam maxime
iuvabit maximeque conducit ut cognoscamus naturas quibus aliquas
intentiones praeferimus, ut scilicet certo cognoscamus quando
intentionem generis primi praedicabilis eis debemus tribuere, quando
Speciei, secundi, quando Differentiae tertij praedicabilis, quando quarti vel
quinti praedicabilis; nam praedicato, quod in vertice superiorissimo
arboris collocatur et in recta linea, intentionem generis primi praedi-
cabilis tribuimus, praedicatur enim ut quid potentiale respectu inferiorum
praedicato vero, quod collocatur in infima parte arboris tribuimus
intentionem speciei praedicabilis. (individua enim non collocantur in arbore
sed solum sunt arboris fundamenta) alijs vero praedicatis quae

in ipsa recta linea arboris collocantur possumus vel tribuere intentionem generis primi praedicabilis, vel speciei secundi praedicabilis. ita nempe quod si illa praedicata comparentur respective ad praedicata quae supra seipsa in recta linea collocantur subinduant intentionem speciei, sint species subalternae, nempe si vero comparentur ad inferiora praedicata, quae infra se sunt collocata etiam in recta linea subinduunt intentionem generis. si etiam in propositione ponitur ut subiectum illud quod est in infima parte arboris et pro praedicato quod est superiori in parte, est praedicatio directa; indirecta vero si e contra accidit.


2 Similiter si consideramus lineam obliquam quae in dextera arboris parte collocatur debemus illis praedicatis tribuere intentionem differentiae tertii praedicabilis, ita ut, si est illud praedicatum quod est collocatum in ~~infima~~ superiori parte illius obliquae lineae, sit intentio differentiae superiorissimae, si vero sit illud quod est in infima parte, secundum aliquos vocatur differentia infima, et secundum alios vocatur secundum differentia infima et differentia subalterna (de quo postea cap. de diff.) alia vero praedicata quae in ipsa dextera lateris linea collocantur intra haec duo extrema, vocantur differentiae intermediae et subalternae.

3 Alia vero praedicata quae collocantur in linea indirecta lateris sinistri sunt improprie differentiae, quae ponuntur loco differentiarum propriarum incognitarum, et pariformiter ac differentiis lateris dexteri debent tribui intentiones tertii praedicabilis.

4. Nota quod in praedicta arbore non designantur praedicata quibus tribuantur intentiones quarti et quinti praedicabilis. Sed hoc facile additur si ad latus dexterum addas v.g. ad rationale, risibile, et ad risibile, ridens quia tunc, risibili tribuitur intentionem quarti praedicabilis, et ridenti intentionem quinti praedicabilis, quod totum cernere licet in hac arbore, seu figura ad modum arboris disposita.

5 Nota quod hic non disputamus utrum hae sequentes divisiones sint adaequatae vel non quia hoc pertinet ad praedicamentum substantiae.

Genus.


GENUS SUPREMUM
DIFFERENTIÆ PROPRIÆ.
DIFFERENTIÆ IMPROPRIÆ.
SUBSTANTIA
CORPUS
GENERABILE
MIXTUM
VIVENS
ANIMAL
HOMO
Materialis
immaterialis
Alterabile
inalterabile
Compositum
Simplex
Animatum
inanimatum
Sensibile
insensibile
Rationale
irrationale
DIVISIVA
constitutiva
repugnans
Subiicibile
Praedicabile
Socrates
Hic Homo
Sophronici filius.

QUÆSTIO NONA.

De individui natura.

§. 1.

Prænotantur aliqua.

1 Primo notandum est quod individuum potest considerari dupliciter: Primo in quod significatur cum hoc nomine, nempe _individuum_, _singulare_, _particulare_, quæ omnia idem sunt, vel Secundo potest significari individuum cum nomine Petrus, hic homo vel per circumlocutionem ut si dicas _Filius Joannis_ supposito quod Petrus sit filius unicus Joannis.

2 Individuum ergo primo modo significatum sumitur secundo intentionaliter, illa enim prædicata solum conveniunt Petro per intellectum, quemadmodum homini species, et in hæc prædicatio est accidentalis et quinti prædicabilis _homo est species_, Similiter illa _Petrus est individuum_, proinde individuum hoc modo significatum importat pro formali secundam intentionem individui, quæ potest vocari _individuitas_, et pro materiali naturam Petri v.g., sicut species pro formali importat secundam intentionem speciei quæ dicitur _speciei_tas, et pro materiali importat naturam hominis v.g.

3 Si ergo individuum significatur secundo modo importat pro formali Petreitatem v.g. vel _ecceitatem_, et pro materiali prædicata specifica hominis.

4 Aliqui individui acceptiones communiter enumerant Philosophi nempe individuum significatum hoc modo. _Aliquis homo_, _quidam homo_. vocaturque hoc modo sumptum _individuum vagum_, quod si sit verum individuum vel non, et sit primo vel secundo intentionaliter acceptum ex infra dicendis constabit.

5 Secundo supponendum quod individuum primo intentionaliter sumptum sive metaphysice acceptum potest considerari tripliciter, primo secundum prædicata quæ pro materiali importat, Secundo, secundum prædicata formalia, tertio prout coniuncta explicat prædicta prædicata, individuum ergo primo intentionaliter acceptum secundum quod dicit prædicata, quæ pro materiali explicat. Petrus, v.g. secundum quod dicit prædicata specifica hominis, nempe _animal rationale_, formaliter explicat aliquid commune, et univocum etiam metaphysice seu primo intentionaliter; utpote in illis prædicatis univoce conveniunt alia

alia individua. difficultas q.ᵒ solu stat de individuo ut explicat hæc prædicata contracta ad suam formalem differentiam individualem nempe ad Petreitatem. est. v.g. homo metaphysice sumptus n. solum secundum quid dicit materialia prædicata nempe vivens sensibile et quid commune univoce, sed etiam secundum quod includit suam propriam differentiam nempe rationale est etiam commune omnibus individuis naturæ humanæ; sic similiter in præsenti dicimus de individuo significato hoc nomine Petrus an sit dicat aliquid commune omnibus individuis n. solum secundum prædicata materialia sua specifica, sed etiam secundum prædicata propria individui, nempe secundum quod includit Petreitatem. 6

Pot. etiam dubitari an Petreitas seu differentia individualis præcisive ab omni alio prædicato, sit etiam conceptus communis aliis differentiis individualibus, et q.ª ex resolutione huius ultimæ difficultatis dependet resolutio difficultatis præcedentis ideo in præsenti § utramque examinabimus, et quid sit sentiendum de individuo secundo intentionaliter acceptum dicemus postea.

§ II

Examinatur an differentiæ individuales primo intentionaliter sumptæ seu metaphysice acceptæ conveniant inter se saltim analogice vel non?

Aliqui videntur confundere conceptum individui primo intentionaliter acceptum, secundum quod solum dicit differentiam individualem nempe Petreitatem vel ecceitatem, et secundum quod dicit differentiam individualem prout est determinativa prædicatorum essentialium. v.ᵈ solum disputant de individuo hoc 2.ᵒ modo sumpto. 7

Est ergo triplex s.ᵃ 1.ª asserit esse univocum, 2.ª analogum 3.ª equivocum. primum defendit M. Joan. Mart. de Prado. N. hic autor valde confuse loquatur dum ex una videatur loqui de individuo secundo intentionaliter sumpto ex alia de ipso primo intentionaliter. = Esse analogum defendit M. Aquino et alii ex thomistis, et Suarez. Hurtado et quiros ut refert ab Aquino, sed immerito cum ipse Quiros ipsa disp. 22. sect. 3. n. 19 expresse teneat esse equivocum. esse equivocum docet communis n.ʳᵃ societ.

Sit prima concl. differentiæ individuales inter se comparatæ ut Petreitas, Joanneitas Pauleitas etc. n. habent aliquid commune præter nomen v.ᵈ sunt equivocæ. = Probatur 1.ᵒ Ex Ar. l. 7. Metap. c. 15 ubi dicit quod de individuis n. datur scientia. sed hoc n. pot. verificari nisi ex eo quod

diff. individuales sint equivocę, ergo non sunt equivocę. min. probatur quia si essent univocę vel analogę, possent definiri, sed non possunt definiri, alias de illis daretur scientia, ergo non sunt analogę.

9 Arguitur ratione probatur quia equivoca sunt quę nihil habent commune praeter nomen, sed diff. individuales nihil habent commune praeter nomen ergo sunt equivocę. min. probatur quia Petreitas seipsa differt tum a Paulitate tum ab alia Petreitate alterius Petri, ergo nihil habent commune duę Petreitates praeter nomen. Consequentia probatur. ans. probatur: si duę Petreitates aliquid aliud haberent commune praeter nomen differrent per aliam diff. sed non alia diff. per quam differrent, alias Petreitas non esset ultima diff. individualis, et iterum esset quęstio de illis ultimis diff. quibus differrent, ergo non habent aliquid commune praeter nomen.

10 Sed dices quod etiam si seipsis differant possunt esse analoga ut praedicamenta quę seipsis differunt, alias quodlibet non esset genus supremum, et tamen sunt analoga.

11 Sed contra quia praedicamenta licet seipsis differant tamen sunt analoga quia de illis datur unus conceptus saltem imperfectus, nempe conceptus entis; at duabus Petreitatibus non correspondet unicus conceptus neque imperfectus, sed plures. quia quando dicitur Petreitas determinate cognoscitur quod est petreitas huius Petri.

12 Sed dices quod si datur unus conceptus nam verum est dicere hęc Petreitas huius Petri est petreitas, et illa Petreitas illius Petri est Petreitas. et sic dicitur Petreitas est eccęitas, Paulitas est eccęitas ergo iam conveniunt in aliquo.

13 Sed contra quia Petreitas quę ponitur ex parte praedicati, et idem dico de eccęitate non est terminus primę intentionis, de quo procedit conclusio sed terminus secundę intentionis, ut constat siquidem illa Petreitas habet secundam intentionem speciei, saltem indirecte et incomplete. ergo solutio nulla est siquidem laborat in equivoco.

14 § III.

Secunda Conclusio. individuum primo intentionaliter sumptum, significatum per illud Petrus, vel hic homo, vel alia huiusmodi est etiam equivocum. est contra M. Aquinatem et contra alios thomistas ut mihi videtur ac

Probatur eadem authoritate Philosophi ex 7. Met. probatur ut praecedens. Et a priori probatur quia individua sic metaphysice seu primo intentionaliter

sumpta

sumpta nil habet vocis praeter nomen, quia si aequivoca ars. suadeta
quia individuis sic sumptis correspondent plures conceptus; quod non habet
aliquid vocis praeter nomen. ars. prob. quia dicto nomine Petrus vel
hic homo signato Petro, unice formatur conceptus repraesentans Pe-
trum non vero Joannem vel aliud individuum, quia illis correspondent plures
conceptus. ita evidens videtur mihi haec ratio ut nullum relinquatur du-
bitandi locum. Sed ut magis examinetur quaestio dico 15

Dico cum SS. Th. Aquino

individuum sic sumptum esse analogum. primo quia Arist. cap. de Subst.
definivit primam substantiam, quod saltem individuum seu prima substantia
est quid analogum, alias non posset definiri si esset quid vocis. Et quod
Arist. per primam substantiam intelligat individuum constat. quia postea descendens
ait quod prima substantia est ut quidam homo, et quidam equus 16

Secundo quia Por-
phyrius definivit individuum primo intentionaliter sumptum, dicens quod
est illud cuius collectio proprietatum in uno reperta in alio reperiri nequit.
quod non est analogum alias non diffiniretur 17

Ratio quia D. Tho. 1. p. q. 29. ar. 1. ad 1.
ait: quod licet hoc singulare vel illud definiri non possit tamen id quod per-
tinet ad rationem vocis singularis definiri potest. Et sic philosophus de-
finivit substantiam primam. 18

Sed dico Arist. solum definivit primam substantiam secundo intentio-
naliter, quod et colligitur ex ipso Arist. loco allegato ex Met. ubi dicit
quod singulare nequit definiri quod ut diceremus non sibi esse contrarius
debemus dicere quod prima substantia seu individuum primo intentionaliter
nequit definiri, secus vero secundo intentionaliter. Et patet abstrahebat 19
ab hac et ab illa prima substantia.

Replicabis quod definitio quam Arist.
c. de subst. dedit de prima substantia convenit illi primo intentionaliter sumptae,
quia dicit quod est quae nec de subiecto dicitur, neque in subiecto est; vero licet pri-
mam non conveniat substantiae primae secundo intentionaliter, secus vero 2a. 20

Sed dico quia hoc est non sumitur ibi participialiter sed nominaliter
sive non sumitur adiective sed substantive, sive hoc est praescindit a tem-
pore et ab existentia vero etiam verificatur de prima substantia secundo in-
tentionaliter.

21 Ad 2um Similiter dico Porphyrius numquam definivit individuum primo intentionaliter sed 2o nec praedicta definitio eius verificatur de individuo secundo intentionaliter siquidem de omni individuo praedicatur.

22 Replicabis quod Porphyrius definivit individuum determinatum, ut Socrates, vel ~~ecce~~ hic homo in his .n. posuit exemplum ergo fuit sermo de individuo primo intentionaliter.

23 Sed contra quia non definivit Porphyrius individuum determinatum determinate, sed indeterminate, et prout logice abstrahit ab hoc vel illo individuo determinato.

24 Ad 3um desumptum ex D. Tho. dico quod si attente legitur potius stat pro nobis cum manifeste dicat quod hoc singulare non definitur, sed quod pertinet ad rationem [illegible], at qui [illegible] et hoc singulare determinato, sive de singulari quod istud illud sit cum modo includat suam propriam differentiam individualem, ergo potius stat pro nobis D. Tho. Quod ipsum confirmatur ex eodem D. Tho. 1.p.q.30 ar.4 ubi sic ait: Hoc nomen Persona est nomen intentionis non ut genus vel Species, sed ut individuum. en ubi D. Tho. solum cognoscit in individuo nomen logicum.

25 Replicabis ratione ad probandum individuum primo intentionaliter sumptum esse analogum. quia ab inferioribus in aliquo praedicato reali convenientibus non abstrahitur ratio aliqua nominis univoce sumpti quae in illo conveniunt; sed individua determinata, nempe Petrus, et Joannes conveniunt in ratione individui. ergo ratio nominis individui est nominis analogice. sic arguit Agu[illegible]

26 Sed contra arguitur sic quia si hae rationes probant probant quod ratio individui abstracta est univoca, siquidem aequaliter participant illa inferiora individua determinata rationem individui. at qui Sum ipsum Mag. hoc non probat ergo nec illud.

27 Respondeo ergo quod illa ratio individui in qua individua determinata conveniunt non est ratio in qua primo intentionaliter sumpta conveniant sic .n. potius erit [illegible] discriminantur cum individuum determinatum, nempe Petrus vel hic homo solum habeat conceptum proprium huius Petri, et non alterius individui unde illa convenientia solum est secundo intentionaliter sumpta, non sed primo intentionaliter accepta. Replicabis

131

Replicabis illud quod est obiectum scientiae Realis, debet esse saltem analogum, non vero aequivocum, at qui Metaphisica habet pro obiecto individuum Spatiali individuum determinatum primo intentionaliter sumptum, ergo individuum 2° intentionaliter sumptum habet unitatem saltem analogam 28

S. Q. art. Metaphy. 29

sica non agit de individuis determinatis, determinate sumptis. neque 2a Philosophy de individuis non datur scientia, sed agit metaphysica de individuis quorum adunarem per rationem ... v. non agit de illis determinate sumptis, sed indeterminate sumptis at ... procedit de individuis determinatis determinate sumptis v. nil ... adunatio ergo quae metaphysica considerat est illud quod materiali recipit secundam intentionem individui ... adunatio illa fit logica et postea considerat metaphysica illud materiale. 30

Replicabis hoc materiale supra quod cadit secunda intentio individui vel habet unitatem analogam, vel aequivocam. si analogam habes intentum, si aequivocam, hoc repugnat quia aliis non consideraretur a metaphysica. 31

Fateor esse difficilem replicam sed adhuc dico quod illud materiale habet unitatem non analogam sed univocam nam secunda intentio quae tribuitur est secunda individui quae univoce convenit omnibus individuis, sed sic est quod secunda intentio est ... dato in re; ergo ut illa intentio sit univoca, fundamentum debet esse univocum fundamentaliter hic primo intentionaliter, Hoc non probat explicare etiam in ... ss. M. Aquinate qui in hoc puncto dissidet ... ergo ... illud. 32

Confirmatur instantia quia ideo nam animalis tribuitur intentio generis, quae absdubio est univoca quia materiale supra quod fundatur est univocum primo intentionaliter, et contra, ideo secunda intentio quae denominatur ens, non univoca sed analoga quia materiale supra quod fundatur est analogum 1° intentionaliter sumptum ... fundamento, ... utrumque est quia illae intentiones ... sint logicales ... fundamento in re. ergo si intentio individui logice sumpta est univoca ut ipse fateris, materiale supra quod fundatur erit univocum. hoc non est ... ergo illud 33

Respondeo ergo quod illud materiale ut consideratur a metaphysica est fundamentaliter logicum ... metaphysica ... ad illud materiale ... v. illud materiale non est conceptus obiectivus in quo conveniant in

dividua determinata determinate, s. potius indeterminate v. n. e. conceptus ille, de quo gadit ona Ql.° que e de individuis determinatis determinato modo = Ad 4m alia que accumulat M. Lezado impobata sunt Ql.is illis probant quod individua secundo intentionaliter accepta si univoca n. v. primo intentionalit.

§. IV.

Examinatur individuum secundo intentionaliter acceptum.

34 Sit Ql.° individuum secundo intentionaliter acceptum seu significatum hoc nomine individuum e univocum. Probatur: Ql.° q illud praedicatum comparatum univoce respectu inferiorum quod aequaliter dicitur de omnibus, et in quo omnia conveniunt absque discrimine, v. de huiusmodi, e. ratio individui secundo intentionaliter sumpta e univoca, mai e evidens et min. probatur: q. hoc nomen individuum n. praedicatur p prius de uno et posterius de alio, ut ratio hominis praedicatur per prius et posterius, s. omnino aequaliter ut patet.

35 Dices q. individuum ut sic pertinet ad aliquod ex quinque praedicabilibus. Probatur: q. illud e praedicabile quod e univocum respectu inferiorum. ut patet. cum universali univocum adaequate dividatur in quinque universalia quorum sunt passiones quinque praedicabilia. Hunc sic sed individuum ad nullum praedicabile pertinet. ut constat. q. individuum n. e. univocum.

36 M. Aguirre respondet quod individuum n. e universale ex primaria ratione et ut quod, s. tm ut quo vel secundaria ratione, v. n. est necessario quod ad aliquod praedicabile pertineat.

37 Contra. 1o videtur q. individuum ut quod e universale. et ut quod praedicatur de pluribus ratio individui. Vel. Respondeo quod si praedicatio fit hoc mo Petrus est individuum, Paulus est individuum pertinet ad quintum praedicab sicut iste ~~[illegible]~~ Homo est species, animal e genus, accidit n. omnibus his denominari ab his secundis intentinibus, si vero praedicationes fiant sic. hoc individuum e individuum, et hoc individuum e individuum pertinent ad secundum praedicabile, ut iste haec persona e persona et similes, v. omnes reducuntur ad secundum praedicabile.

§. V.

quid de individuo vago.

38 Individuum vagum ut aliquis homo, ei primo intentionalit sumitur n. significat neque vel rationem omnino aequivocam s. univocam analogam, et ratio e quia illi ratio

illi rationi correspondet verus conceptus ~~[illegible]~~ perfectus, in quo omnia individua conveniunt, ut patet cum non sit conceptus unius determinati individui. 3.º de omnibus æqualiter prædicatur, ut constat. 39

3.º dico, quod etiam alia individua primo intentionaliter accepta erunt univoca. = 40

Probatur a paritate, quia alia individua habent proprios et determinatos conceptus, seu non individuum vagum, vel prædicatur individuum vagum non est individuum et prædicatum commune etiam in fundamento, pertinent quidem reductive ad prædicabile secundum, seu ad prædicabile de specie.

§ VI.

Exponuntur definitiones.

Prima definitio est: individuum est quod de uno tantum prædicatur, sic Porphirius c. de spec. consonat Arist. 1. Perihermen. c. 5. ubi ait: singulare est id quod non est prædicabile de multis. Constat quod est bona definitio quia convenit omnibus individuis, siquidem omnia in eo conveniunt et hæc definitio de individuo secundo intentionaliter. = 41

Similem præcedenti tribuit D. Tho. aliam definitionem 1. p. q. 29 ar. 4. ubi ait individuum est quod est in se indistinctum, et ab aliis distinctum, quia in eo de se ipso solum prædicatur. 42

Dices quod Arist. dicit quod individuum de nullo prædicatur. nam c. de subst. ait: Prima subst.ª (quæ utique est individua) est quæ neque de subiecto dicitur, neque in subiecto est. ergo individuum de nullo dicitur. 43

Resp. negando consequentiam quia ibi solum dicit quod 1.ª subst.ª non prædicatur de nullo prædicatione formali et directa, quæ erat prædicatio ibi conducens ad constituendum arborem prædicamentalem, quod vero de se ipso non prædicetur identice non negavit. 44

Secunda definitio est: individuum est illud cuius collectio proprietatum in uno reperta in alio reperiri nequit. Hæc definitio est bona quia de omni individuo verificatur. Proprietates quæ solent enumerari sunt septem quæ his versibus continentur. 45

Forma, figura, locus, tempus cum nomine sanguis
Patria, sunt septem, quæ non habet unus, et alter

Esse malam hanc definitionem asserit Quiros disp. 22. de univ. sect. 3. n. 12. fundatus in eo quod non verificatur de omni individuo. nam vel sermo est de propri- 46

etatibus sive speciei vel sive numerum, si de proprietatibus sive speciei falsum est quod omnes non possint alteri convenire. Si de proprietatibus sive numerum, non solum omnes, sed neque una potest in duobus reperiri.

S. C. q.

47 Haec definitio communiter ab omnibus admittitur et propter auctoritatem Porphyrii, quae in hoc puncto non est parvi pendenda, dico quod haec definitio est bona intellecta ut docuit Porph. nempe quod sit sermo non solum de illis accidentibus quae sunt propriae passiones, sed de omnibus et non solum de accidentibus sive speciei, sed etiam sive numerum, aliqua non accidentia sunt pure extrinseca quae possunt eadem numero esse in multiplici subiecto quia non habent subiectum inhaesionis nullomodo limitatum, huius conditionis sunt denominationes extrinsecae, ut esse talis patriae, talis provinciae quae de duobus eadem possunt verificari. Individuum ergo est quod taliter habet aliquas proprietates quod licet aliquae possint esse duobus non tamen omnes.

48 Nota quod haec definitio non convenit individuo primo intentionaliter, sic non potest definiri quia ut vidimus est aequivocum, sed solum convenit individuo secundo intentionaliter.

49 Tertio potest definiri individuum sic. individuum est quod subiicitur speciei et de quo species in eo quod quid praedicatur. Subiectum nota quod haec non est unica definitio sed duplex ut consideranti patebit.

50 Alias definitiones tradunt aliqui de individuo sed hae sunt magis receptae, et ex cognitione harum infertur cognitio aliarum.

CAPVT

CAPUT DE DIFFERENTIA.

SUMMA TEXTUS.

Porphyrius Phoeniceus hoc caput in duas dissecat partes in 1
quarum 1ª quasdam divisiones, et subdivisiones diff.æ exponit et ex-
plicat. in 2ª a. quinque diffiniones assignat. et hæc ad litteram tex
tus in generali

Ad illa in particulari accedens Porphyrius pri- 2
mo dissecat diff.am in tota sua latitudine acceptam, in communem, pro
priam, et propriissimam. Subdit .a. quod diff.a communis est qua alterum
ab altero quomodolibet alteritate differt. vel etiam a se ipso, ut
cum Socrates stat. v. g. differt a Platone sedente, vel etiam a se ipso
si sedet, vel quando quis agit aliquid, quod alter non facit et sic
de alijs. = Proprie .a. differre inquit Porfirius est quando insepara
bili accidente alterum ab altero differt, et postea subdit quod in
separabile accidens est cæcitas oculorum, nassi curvitas, vel ci-
catrix ex vulnere, et alia huiusmodi. = Propriissime autem
differre alterum ab altero dicitur quando specifica diff.a differt. quemad-
modum homo ab equo specifica diff.a differt rationali qualitate. 3

Subdit postea quod omnes diff.æ alterum faciunt, hoc tamen
discrimine; quod diff.a communis et propria solum alteratum faciunt
diff.a v. propriissima facit aliud, praeterea addit quod diff.a propriissima
simul cum genere ingreditur diff.a propriissima simul cum genere ingre-
ditur diffinitionem illius cuius est diff.a secus vero aliæ diff.æ. 4

Aliqui Authores
hic subintelligunt aliam divisionem diff.æ in tota sua latitudine, nempe in
eam quæ facit differre per accidens, et in eam quæ facit differre per se
et sub 1o membro dicunt contineri diff.am communem et propriam, sub 2o
propriissimam sumitur et fundamentum ex eo quod Porfirius dicit quod diff.a communis
et propria solum facit alteratum seu diversum quomodolibet propriissima vero facit
aliud. quod licet revera ita possit intelligi et ex textu deduci tamen 5
talis divisio expresse non est apud Porfirium. Vide

Secundo dissecat Por-
phyrius diff.am in tota sua latitudine in differentiam separabilem, et

in inseparabile, et subdit quod diff. separabilis e moveri, quiescere. aegrum esse, et sanum esse. inseparabilia vero sunt. aquilinum esse, nasum esse, vel simum esse. et rursus rationale, et irrationale.

6 Tertio Subdividit Porphirius diff. inseparabilem in eam quae e inseparabilis per accidens et in eam quae e inseparabilis per se, per se enim subdit inest homini rationale, et mortale unde sunt diff. inseparabiles, at vero aquilinum esse, simum vel nasum esse per accidens e inseparabile homini. Subdit postea quod diff. inseparabilis per se ingreditur in ratione Substantiae, et facit aliud quae vero e inseparabilis per accidens nec ingreditur in Substantiae ratione nec facit aliud sed alteratum. rursus quae e inseparabilis per se non suscipit magis, vel minus, e contra vero quae e inseparabilis per accidens suscipit magis, vel minus, neque potest esse unus magis simus quam alius vel e contra.

7 Quarto. aliam subdivisionem diff. inseparabilis per se tradit Porphirius dum inquit earum quae per se sunt differentiarum aliae quibus sunt in quas dividimus genera, aliae vero secundum quas ea quae divisa sunt specificantur. unde diff. per se alia e divisiva generis, alia constitutiva speciei sit v.g. Sensibile e diff. divisiva viventis, et constitutiva animalis, rationale vero divisiva animalis, et constitutiva hominis. unde quaelibet diff. per se duo munia habet et dividere genus, et constituere speciem.

8 Addit praeterea Porphirius et ait. Animal dividitur, rationalis, et irrationalis diff. et rursus mortalis, et immortalis diff. sed rationalis, et mortalis diff. constitutivae sunt hominis, rationalis vero et immortalis Dei (intellige Angelus) irrationalis et mortalis irrationalium animalium. quae verba valde notanda sunt ad intelligentiam quaestionis exagitandae primo limine.

9 Ad 2am partem litterae textus in particulari accedens Porphirius tradit et explicat quinque definitiones diff. 1a diffinitio his traditur verbis diff. e qua abundat species genus. sive ut legitur in linea marginali diff. est qua species excedit genus Homo enim inquit Porphirius plus habet quam animal, rationale scilicet et mortale, animal autem nihil horum e.

10 Secunda secundo hoc sibi proponit Porphirius hoc argumentum: Si genus non habet differentias, unde species habent diff. quod dicit

quod sic pōt explicari. vel genus hēt diffas vel non, si primum,
ergo species nō excedit genus; et nam alias idem genus simul hēt opposi-
ta, quod ē impossibile; si secundum, ergo species hēnt diffas ex nihilo; 11
nam quod ex quo nihil ē nihil pōt accipi. C

Cui arg° respondet Porphyr.

quod ad hoc sufficit quod genus hēat diffas in pōtia. pōtestate. nam
inquit hēt omnes quæ sub re sunt diffas ergo quod pōt solutio ad arg.
q° ut species excedat genus sufficit quod actu hēat, id quod actu
nō hēt genus, et sic species ex nihillo nō hēt diffas sed ex illa pōn-
litate generis. quod pōt. instari et explicari exemplo mat primæ
respectu compositi substantialis nam compositum excedit mat. primam per formam
et formam nō hēt compositum ex nihilo sed ex pōa mat. obiter nota vide
hoc ut statuantur positiones obiectivæ ex mente Porphyrii. = 12

Secunda deffinitio diffæ traditur a Porphō. his verbis. diffa ē
quæ de pluribus, et differentibus specie, in eo quod quale quid ē
prædicatur. et postea ait: quod raonale, et mortale de homine
in eo quod quale quid ē homo dicit, sed nō in eo quod quid est.
nobis interrogatis, inquit, quid ē homo? conveniente dicitur. Animal
quale a animal sit inquisitis quod raonale et mortale convenienter 13
assignabimus. = Tertia deffinitio ē. diffa ē quod aptum na-
tum ē dividere ea quæ sub eodem genere st. ~~[illegible]~~
raonale n. ait, et ~~[illegible]~~ irraonale hom, et equum, qui sub
eodem genere st quod ē animal, dividunt. = Quarta deffinitio 14
ē: diffa ē qua differunt a se singula: apponit pro exemplis, sumus
n. animalia, inquit, et nos, et equi, sed additum raonali disiunxit
nos ab illis. Raonales sumus, prosequitur, et nos et Dii (id est
Angeli) (lege caute, et catholice) sed mortale appositum
disiunxit nos ab illis. quæ verba valde notanda st ex quæstione. 15

Quinta et ultima deffinitio, quæ exactius ad inquit Porphir. ad
diffam pertinet ē hæc: diffa ē quodlibet dividentium ea quæ sub eodem
genere st, ita taliter quod ad eē conducit, et quod quid erat esse
et quod rei pars ē. quæ deffinitio proprie solum convenit diffæ proprissimæ 16
et specificæ. quod [illegible] notat Porphirius. et hæc de tota littā

Alia tradit Porph.

ad hoc caput de diffa expedita sed quia in c. 7. cum alijs prædicabilibus conve-
niunt ideo in præsenti omittimus, postea vero in [illegible] huius capitis

mentiones faciemus de illis quae ad plenam intelligentiam conducunt, circa quae textus solum selectiores difficultates excitabimus alijs minoris ponderis omissis, et quae ex sola textus lectione lucida patent. Sit:

Quaestio Decima.

Utrum detur aliqua differentia infima simplex, vel an omnis differentia sit composita, cum alia semi differentia?

§. I.

1 Quae dubitatio idem sonat ac si esset: utrum omnis differentia si abstracte et seorsim consideretur, sit differentia subalterna, et solum sit infima compositive et concretive cum alia condifferentia vel cum alia semi differentia? =

2 Ratio dubitandi sumitur ex Porphyrio fere ex toto cap. 4 de differentia ubi Porphyrius videtur supponere quod rationale (quae differentia utique est simplex et incomposita, si aliqua est simplex seorsim sumpta) non est differentia sola hominis sed complexe cum altera condifferentia vel semi differentia nempe mortale. Videtur docere quod rationale seorsim, et abstracte sumptum convenit homini, et Angelis, mortale similiter seorsim et abstracte sumptum videtur docere, quod convenit homini, et leoni caeterisque animantibus. at vero rationale et mortale coniunctim sumpta quasi utraque sit semidifferentia constituunt et componunt ultimam differentiam simplex utique, qua homo secernitur tum a brutis, tum ab Angelis. quod ipsum videtur docere Porphyrius fere per totum cap. 7. et ultimum in hac sua isagoge ut plenius in sequentibus videbimus.

3 Duplicem sententiam circa praesentem quaestionem invenio. 1a quae communis est his temporibus absolute affirmat dari differentias infimas quae abstracte seorsim et incomplexe sumptae sunt simplices et incompositae, ac inde soli suae infimae speciei convenientes, ac illa ac ad invicem convertibiles. ita certa et in eo gradu certitudinis est haec sententia his temporibus, ut fere omnes Authores illam supponant, et non curant de eius probatione sed et quid contineat fundus supponunt. ea tamen expresse docet N. M. Aquinas in hoc tract. 4. cap. de diff. disp. 21. sect. 3. n. 38. ubi etiam hic N. M. docet quod haec sententia est expresse de Porphyrius. Sed tamen

utrum

Otrus hec sn. sit x.ti Porphyrij mihi e valde dubiu, immo opp.o ita videtr mihi esse expresa Porfirij. v.e immerito appellatur hec sn. expresa Porfirij ut postea videbimus. 4

Secunda sn. huic primæ opposita docet nullas diff.as abstracte sumptas esse infimas, s. omnes diff.as seorsim et incomplexe sumptas esse subalternas solus q. esse infimas complexe cu alia semi diff.a quæ etiam si abstracte consideratur e subalterna = Probac sn. allegantur D. Seberinus Boetius in commentarijs huius cap. Iamblicus Porphyrij discipulus c. 4. Ante pred. Ammonius in commentarijs huius cap. Burleus in prædicti. et Alexander 1. top. c. 3. et lib. 6. loc. 4. ex quo mihi probabilitr persuadeo sq. sn. n. e ita certa, ac illa supponunt Authores s. valde dubia, imo probabilior hec sn. quam tot celebres commentatores illa docerint et ut vera tuerentur. 5

S.d tn. mihi displicet modus quo ~~[illegible]~~ tenuisse hanc sn. referunt hi Authores. Inquiunt n. quod cu species specialiss.a nempe homo habeat duplex p.dicatu, animal nempe, et rationale ratione unius cu alijs convenit, et ab alijs distinguitur, ratione alterius similiter ab alijs differt et cu alijs convenit; ratione v.o complexi ab omnibus differt. homo n. q. p. illus animal convenit cu equo, et Leone et alijs animantibus, et p. ipsu animal differt ab Angelis, p. illus a. rationale convenit cu Angelis, et p. ipsu rationale differt a Brutis. at v.o totius complexu nempe animal rationale soli homini convenit. 6

Hic, inquam, modus dicendi mihi displicet: 1.o q. mihi videtur e expresse contra mentem Porphyrij hoc cap. 4. hoc sensu totius cap. 7. ut legenti sincere constabit = quod ut expressius videatur en verba quæ Porphyrius refferat sdc. cap. 4. sic n. ait. Sumus n. animalia et nos et equi, s. additu rationale diviserit nos ab illis; et rationales sumus et nos et Dij (idest Angeli) sed mortale appositu divisit nos ab illis en ubi ad distinguendu nos ab Angelis sufficit et illud quod dicitur sit animal, et s.o aliud apponit scilicet mortale. ut videtur x.ti Porphirius rationale, et mortale utrius q. seorsim sumptu e semi diff.a quæ ex utraq. parte separatis quælibet diversis speciebus convenit; s. ut v.o ex utraq. parte quarum se mixta diff.a constatur diff.a totalis qua ultimo ab omnibus differt homo.

7 Secundo displicet ille modus dicendi q. si est verus nulla est rao ob quā animal diceretr genus, et raonale diffa. quā e contra at hoc est falsum, hm x.a Porphirius, hm raone. Cons. et illud ex quo sequitr. Pbr: min. pbanda postea maioris sequella. Et in primis x.a Porphyrium. q. Porphyrius qdo explicat quid sit genus, fere semp apponit exemplum in animali, et numquam in raonali, et qdo explicat quid sit diffa. similiter fere semp apponit exemplum in raonali, et numquam in animali ut pt. toto cap. q. et r. ergo e q. Porphyrius sentit quod animal non e diffa, neq raonale genus.

8 A raone pbatr eadem min. q. genus ex terminis e predicatum pcai respu diffe, et a diffa. pficitr n. vn e contra accidit, quod genus pficiat et diffa. pficiatr; at qui animal respu raonalis semp consideratr ut pfectibile, n. v. ut pficiens, et ut determinans. ergo animal respu raonalis n. pt. ee diffa. s. solum comparatr ut genus.

9 Itm q. genus semp pdicatr in quid, et n. in quale, et diffa pdicatr in quale quid, s. animal semp pdicatr in quid et n. in quale, raonale v. semp pdicatr in quale quid; ergo animal n. pt. ee diffa. neq raonale genus, s. e contra animal semp e genus et raonale diffa.

10 Ig. ergo sequella illa maioris primi syllog. pbr: q. ideo animal e genus respu hominis et equi v.g. q. respectu illorum comparatr ut quid pfectibile p suas diffas raonale nempe et irraonale; s. x.a illum modum dicendi raonale cparatr ut quid pfectibile p animal siquidem animal e diffa. quā homo differt ab Angelo; ergo x.a illum modum dicendi nulla e maior rao ob quā animal sit genus, et raonale diffa. quā e contra.

§. II.

Prenotantr aliqua ad intelligentiam questionis notatu digna.

11. Primo notandum e q. qdo inquirimus utrum detr aliqua diffa. simplex et insposita per diffam. debet intelligi pdicatum aliquod aptum ad dividendum genus et speciem stituendam, nā diffa. illa n. debet ee impertinens, et inepta, s. debet ee pportionata et conducens ad munia supra dicta exercenda. v.g. Phus et Arist. inquiunt quod e inepta divisio, si dividatr animal in hns pedes, et in non hns pedes, et hns pedes in illud quod hbt plumas, et in illud quod e implume

ng

nam habere plumas, & non habere plumas quid impertinens est adhaerere pedes, & non habere pedes, vel melius dividitur bis pedes, in illud quod habet pedes scissos, & in illud quod habet pedes absque scissione nam

(scis)sitio ut inquit Arist. Scissio pedis est quaedam pedalitas, seu quaedam differentia 12
pertinens ad pedes.

Secundo notandum est quod quaestio inquirit an sit aliqua diff.a infima quae sit simplex & incomposita, seu verum est: utrum ad constituendam speciem infimam ultimo, sufficiat una diff.a simplex seu abstracte, & seorsim sumpta a qualibet alia? vel an requiratur quod coniungatur cum alia semi diff.a ad constituendum ultimo speciem infimam. his suppositis, sit:

§ III.

Statuitur prima Conclusio & suadetur ex mente Porphyrii.

Prima Conclusio: Probabile est quod si abstracte, seorsim, & divisim considerata quaelibet diff.a nulla est infima, sed omnis diff.a est subalterna. Si vero concretive considerata diff.a est composita ex duplici, triplici, vel multiplici diff.a subalterna & sic constituitur una diff.a infima composita ex illis quarum quaelibet est semi diff.a 13
infima seu consemi differentia. 14

Haec Conclusio est ita specialis ut in nullo quem viderim autore sit asserta, ideo dixi quod solum est probabilis; ~~[illegible]~~ at secundum mentem Porphyrii &

ratione mihi probabilior est si asserta & stabilita in Conclusione vel melius
tis explicare conabor esse de mente Porphyrii. 15

Probatur est 1a pars Conclusionis de mente Porphyrii. nam Porph. in 2a p. c. 4. in qua assignat diversas diff. definitiones nulla assignat quae possit adaptari diff. infimae seorsim sumptae; ergo est quia sentit quod quaelibet seorsim & abstracte considerata est subalterna. Consequentia patet. quia alias si aliqua esset diff.a infima abstracte considerata male definisset Porphyrius diff. ut sic, siquidem tunc extaret aliqua diff.a, infima scilicet, cui non conveniret definitio a Porph.o assignata. Antecedens vero probatur: quia Porphyr. praecipue in 2a definitione diff. sic ait: diff.a est quae de pluribus & differentibus specie in eo quod quale quid est praedicatur; sed haec definitio soli diff. subalternae competit, siquidem sola diff.a subalterna de pluribus differentibus specie

eo Porphyrius solus definivit diff. subalternas a qua indefinita illa data.

16 Urgetur amplius predicta ratio quia si aliqua daretur diff. quae abstracte et seorsim sumpta esset infima sequeretur quod Porphyrius valde diminute processisset in assignanda diff. naa; sed hoc nequit dici contra Philosophorum omnium doctissimum ut refert D. Aug. ut in sua isagoge tradenda tamquam Philosophorum Princeps agnoscitur; ergo signum evidens est quod nulla datur diff. quae abstracte considerata sit infima. Sequella maioris patet quia si daretur aliqua diff. quae abstracte et seorsim considerata esset infima illa utique esset omnium nobilior, cum omnium actualior existeret, ergo praetermittere diff. omnium nobiliorem, nequit non esse valde diminuta explicatio; ergo diminute processisset Porphyrius: quod cum non debeat dici debemus dicere quod nulla datur diff. infima

§. IV.

17 Huic primo argumento pro mente Porphyrii valde consonanti Authores occurrere. Primo respondent quod in praedicta definitione est inclusa definitio diff. infimae. ut inquiunt: idem est dicere Porphyrium: diff. est quae de pluribus et differentibus specie praedicatur. ac dicere diff. est quae praedicatur de pluribus differentibus numero, et de pluribus differentibus specie ut sumpto [illegible] et disiunctive stat locum ut haec definitio conveniat differentiae infimae et differentiae subalternae ita ut sensus definitionis sit iste diff. est quae praedicatur de pluribus differentibus numero, et etiam, vel etiam si differant specie. ita exponit M. Ioan. a S. th. in log. q. 10 ar. 2 et alij.

18 Sed contra quia etiam in definitione generis interposuit Porphyrius eam illam particulam, et iuxta translationem et versionem Argiropoli, et Severini Boetij et tri. [illegible] et tunc casus non admittit illum sensum; ergo nec hic illum debet admittere quia est facere mysterium ubi non est necessarium.

19 Etiam quia ut abunde satis postea videbimus nullam Porphyrius cognovit diff. infimam, quod sensus iste extortus est a mente Porphyrij. Unde hic dicendi modus communiter displicet etiam illis qui sentiunt contra hanc sententiam.

20 Secundo alij respondent quod si praedicta definitio exponitur hoc modo: diff. est quae praedicatur in quale quid de pluribus differentibus specie ab aliis praedicta definitio, omni convenit diff., siquidem diff. infima praedicatur de infra [illegible]

inferioribus individuis, quae ab alijs specie differunt. nec solutio est valde antiqua est Avicenae apud B. Albertum M. tract. 5. cap. 6 novissime eam amplectuntur Mag. Ortiz log. tract. 3. conf. 5. §. 3. et M. Lerma lib. 4. q. 15. Ad 1.um Et fundamentum ad sic exponendum est quod diff. ex proprio suo conceptu habet hoc quod est dividere, et segregare unum ab alio. ergo sic debet intelligi definitio diff. aliter alias sic intellecta omni competat diff. etiam infimae.

Subtilis solutio, et quae omnium maxime mihi placeret si alias mihi non constaret quod est contra mentem Porphyrij, qui expresse dicto cap. 4. et 7. negat diff. infimas asserendo quod rationale est diff. subalterna, et quod tale similiter ut diversum variis differentiarum soli homini competat, ergo dicta interpretatio non est ad mentem Porphyrij. Unde etiam alij auctores etiam thomistae qui contra nostram Doctorem in hoc puncto sentiunt absolute affirmant, quod dicta interpretatio non est ad mentem Porphyrij. 21

Unde contra illam sic insurgo primo quia definitiones cum sint veluti prima principia ut iacent intelligendae sunt et quemadmodum aliae similes intelliguntur. ergo praedictus modus dicendi non habet locum. alias esset certus alias nullus firmus foret modus probandi. ergo non debet superaddi illa particula ab alijs. Unde ad fundamentum quod movebat dicebat 22

Respondeo quod etiam si diff. ex proprio suo conceptu haberet hoc quod est dividere unum ab alio hoc non obstante nequit sub intelligi praedicta particula: assumptum probo quia diff. prout hic summitur est genus praedicabilis ac per inde genus quid relativorum, ergo debet definiri in ordine ad suum correlativum; tunc sic, sed hoc quod est dividere non habet diff. in ordine ad suum correlativum sed in ordine ad genus nam diff. est divisiva generis et constitutiva speciei, ut inquit Porphir. sec. cap. 4. ergo nequit intelligi in praedicta definitione illa particula ab alijs cum nec particula conveniat diff. in ordine ad genus, sed in ordine ad species sive in ordine ad suum correlativum. Unde ad summum si consideretur diff. in ordine ad species sibi convenit illi dividere secundario conceptu; non vero ex primario conceptu. nam conceptus primarius diff. est in ordine ad species quas constituit. sic 23

est cõstituere. atqui, subsumo; male definiretur diffa sive
nõ ita exacte, si definita in ordine ad suas accessus secundarios
ergo ex primo ad ultimum; alteramus dicere quod praedicta definitio
diff. nequit intelligi illa particula ab aliis, ac proinde definitio
a Porphyrio assignata soles convenit diffae subalternis, ac
proinde illa solutio data:

24 Tertio alii respondent cum Albert. Mag. tract.
3. Praedic. c. 6 quod diffa duplicitur pot. considerari: primo quatenus di
ffa deinde quatenus ultima, et in priori acceptione solum habet divi
dere genus, et constituere speciem; in posteriori vero praeter hoc habet ul
timo et perfectius constituere speciem cum incapacitate ulterioris divi
sionis in alias species, quod ultimum non convenit diffae quatenus diffa sed
quatenus ultima, unde inquiunt quod Porphyrius definivit diffam quatenus
diffam non vero quatenus ultimam.

25 Sed haec solutio displicet. primo quia non
vitatur inconveniens allatum, nempe quod Porph. diminute processisset, si
quidem praetermisit diffam quatenus ultimam.

26 Secundo quia repugnat quod
diffa quatenus ultima habeat repugnantiam ad habendum praedicatum quod
illi convenit quatenus diffa; atqui si hoc esset verum diffa quatenus ultima esset
repugnaret aliquod praedicatum quod illi conveniret quatenus diffa est; ergo
praedicta expositio est implicatoria. Probata et explicata maior pro
banda postea minor quia praedicatum quod positive convenit alicui ra
tioni superiori nequit non convenire omni rationi inferiori contentae sub
ipsa; v.g. implicat quod quia animali convenit positive esse vivens
aliqua ratio inferior contenta sub animali non sit etiam vivens; ergo
implicat quod diffa quatenus diffa est habeat aliquod praedicatum quod
repugnet ipsi diffae quatenus ultima est.

Ita minor illa praecipui syllog
27 quam probandam reliqui probatur: quia ratione huius modi dicendi diffae
quatenus diffa est convenit definitio tradita a Porphyrio, hanc sic, sed
etiam ratione hunc modum dicendi talis definitio non convenit diffae qua
tenus ultima est. ergo diffae quatenus ultimae est repugnat aliquod prae
dicatum quod convenit ipsi diffae quatenus diffa est. ergo praedictus modus
dicendi est chymericus.

ulterius

Ulterius. quia diff.a quus diff.a e. habet dividere genus et 28
constituere species, diff.a quus ultima hoc etiam habet; ergo similiter
quia diff.a quus diff.a e. habet praedicari de pluribus differentibus
specie hoc etiam debet habere diff.a quus ultima e. ergo e. q.a ultima
dati diff.a infima abstracte considerata, et idem sic sumpta est ge-
nerica et subalterna. 29

Quarto alij respondent cum Eminentiss.
Caietano circa hunc textum quod hoc praedicari de pluribus dif-
ferentibus specie pot. dupliciter convenire diff. positive nempe, sive
negative per repugnantiam. ait ergo quod si hoc praedicari su-
matur positive convenit diff. subalternae etiam quus talis e. licet in-
fimae convenit quus diff.a e., non vero quus infima, sic non idem illi
convenit hoc praedicari negative per repugnantiam. 30

Subtilis solutio.
sed non minus implicatoria quam praecedens. vel quia illa sic insurgo:
primo quia alias etiam sequeretur quod praedicatum quod positive con-
venit diff. quus diff. e. repugnaret illi quus infima e. quod
e. idem inconveniens quod superius arguebamus. 31

Secundo quia ut bene
inferunt recentiores Thomistae sequeretur quod definitio hominis
conveniret equo nam praedicatum rationale licet non conveniat equo
quus tale animal e., non tamen illi repugnat quus animal e. 32

Tertio quia alias liceret tradere definitionem per praedicata idem
negativa de convenientia rationibus particularibus per repugnantiam
quod dicitur absurdum in Metaphysica et Logica. 33

Quinto respon-
det M. Lerma ubi supra n. 4. quod non multum interest
mentem in hac parte Porphirij indagare. et ita intendat et velit
quod quis voluerit, sive definiat idem diff. subalternam sive etiam
definiat infimam. 34

Frivola et ridicula solutio, non enim e. parvipendendus
mentem in hac parte indagare Porphyrij; cuius enim magni in
hoc negotio estimatur a selectioribus philosophis vel potius haec
sua solutio e. parvipendenda. 35

Sexto et ultimo respondent alij

quos novissime sequitur SS. M. Aquinas ubi supra sect. 4. quod Por-
phyrius solum definivit differentiam subalternam, et genericam, non vero in-
fimam; et reddit rationem, quia nempe tradita definitio solum convenit diff.
subalternae. quidquid sit (prosequitur SS. M. Aquinas) an diminu-
te peccaverit Porph. = Sed non ob authoritatem Porphyrii aliquas
36 rationes adhibet ad hoc ut sic diminute se gesisset. Prima est
quia definitiones cum sint veluti prima principia solum debent tradi
de rebus exploratis et certis; non vero de rebus dubiis, et incertis, at
qui temporibus Porphyrii adhuc non erat certum dari differentias in-
fimas, ergo non est inveniens quod Porphyrius illas non definisset =
37 Secunda est quia tradita definitione diff. subalternae facile
quisque poterat infimam definire; ergo potuit Porphyrius absque noxa
eius omittere definitionem. = Tertia ratio est quia satis indicavit
38 Porphyrius definitionem differentiae infimae, quando dixit quod hinnibile de
solis equis praedicatur.
39 Sed venia tanti Magistri mihi non placet haec so-
lutio. 1º quia non possum ferre nec persuaderi valeo Porphyrium
diminute processisse. 2º nulla ratio ad salvandam eius omissionem in
hac parte mihi satisfacit. nam si in hac parte de Porphyrio hoc posse-
mus licite iudicare, idem de eodem in aliis rebus valebimus dicere
et quod maius est, easdem omissiones nostras licite Aristoteli, et
Angelico Magistro imponere poterimus in qualibet materia
ac proinde apperiretur via ad plures errores in Philosophia-
si homines, qui ut regulae merito ab omnibus sunt admirati
parvi penderemus. 3º magis conveniens videtur ignorare cum
Porphyrio in hac re (ubi meo videri nihil docet dissonum
fidei, aliquos illi omnino ex corde dissentio) quam cum aliis
infimas differentias simplices agnoscere. &c.
40 Ad rationes, quas in favo-
rem omissionis Porphyrii proponit iste SS. M. respondeo
ad 1am quod verum est quod definitiones de rebus explo-
ratis dari; sed non esset admirandum ut Explorator Porphy-
rius, si res dubias inexploratas reliquisset; ac proinde convin-
cor dicere quod ideo differentiae infimae non fuerunt exploratae a Por-
phyrio quia nullae dantur in complexo sumptae sed solum complexe consideratae
ad 2am

Ad Secunda respondeo quod si Porphyrius nobis deffi- 41
niendas differentias infimas reliquisset, praeterquam quod ni
vitatur quod diminute fecisset aperiret via ad definiendum ut,
uniusquisque vellet, quod credere nolo, quia mihi videtur magnum in
conveniens. = Ad 3um postea constabit quod Porphyrius illum 42
sentit quod hominibile est proprium quartum praedicabile Unde ex eo
quod praedicetur de pluribus differentibus numero non infertur
existentia differentiae infimae in complexe sumptae.

§. V.

Aliae rationes ex Porphyrio desumptae.

Secundo probatur nostra Conclusio ex mente Porphyrii ratione desumpta 43
ex hoc eodem cap. 4. Nam si aliqua esset differentia infima abstracte
et seorsim sumpta ab alia consemidifferentia maxime rationale res-
pectu hominis; Sed ex mente Porphyrii rationale respectu hominis
si abstracte et seorsim ab alia consemidifferentia consideratur, non est differentia
infima; ergo ex mente Porphyrii nulla datur differentia infima abstrac-
te, et seorsim ab alia consemidifferentia considerata. Consequentia infertur
maior conceditur ab Adversariis et si negetur, assignetur alia, et de illa
redibit idem argumentum probatur minor quia ex mente Porphyrius rationale
seorsim sumptum, convenit homini, et Angelis: ait enim: Rao- c. 4.
nale sumus et nos, et illi (id est Angeli) sed mortale appo-
situm disiunxit nos ab illis; ergo ex Porphyrio rationale seorsim
et abstracte sumptum non est differentia infima, sed differentia Subalterna
conveniens homini et Angelis, qui absdubio distinguuntur specifice. Unde
ex ipso Porphyrio rationale abstracte sumptum solum est consemi-
differentia infima hominis. paulo enim ante verba dicta dixerat
Porphyrius. Totum a hoc: animal rationale mortale homo est.

Unde modus dicendi Authorum quos §. 1. n. 4 retulimus pro
nostra Conclusione mihi displicet aiunt enim quod homo per lum animal se
cernitur ab Angelis, et lum rationale a brutis, modus hic, inquam, mi-
hi displicet quia Porphyrius ad distinguendum hominem ab Angelis non re-
currit ad praedicatum animal, sed ad aliam consemidifferentiam nempe ad mor-
tale atque qua homo convenit cum brutis et secernitur ab Angelis. 45

Nec obstat
hoc valet dicere atque SS. M. Aquinae ubi supra sect. 1. num. 28

Porphiry expresse affirmare raonale esse diff.ᵃ infima hoīs
v.ᵈ respondet concedendo mai. et neg.ᵈᵒ min. quod et postea raone
psuadere conatr q.ᵃ raonale ex terminis solū dicit eē princip.
discursus; s.ᵈ eē principiū discursus soli homini spectit, n.ᵒ v.ᵒ An-
gelis, cū incapaces sint discurrendi g.ᵒ raonale ē diff.ᵃ infima
hominis n.ᵒ v.ᵒ diff.ᵃ subalterna.

46 S.ᵈ n.ᵒ illud quod dicit circa men-
tē Porphyrii vellē ego quod assignaret locū ubi expresse affirmat
Porphyrius quod raonale ē diff.ᵃ infima hominis, ego enī acu-
rate perlegi semel et iterū isagogē Porfirii, et nulibi hoc affir-
mat s.ᵈ potius ait quod raonale n.ᵒ ē sola diff.ᵃ hominis. et etiā
affirmat quod raonale ē diff.ᵃ cōis homini et Angelis; infertr
q.ᵃ p.ᵃ inde temere hunc Authorē dixisse quod Porfirius dixit
expresse quod raonale ē diff.ᵃ infima hominis.

47 Et ad probationē dico
quod raonale ex terminis n.ᵒ ē principiū discursus, nisi velis quod
Angeli discurrant, qd n.ᵒ possū credere, præcipue propter authoritatē
et raonē D. Thō; v.ᵈ dico quod raonale solū significat princi-
piū præditū raone, sive principiū utens raone, quod videtr deduci
ex ipsa etimologia raonalis nā originē habit ex Habeo, es, et
ex raone. Itē q.ᵃ ipse Porphyrius videtr supponere quod raonale
significat principiū utens raone siquidē affirmat quod prædictū
prædicatū raonale cōvenit Angelis, nisi velis affirmare Porfiriū
sensisse Angelos discursu eē præditos quod absq. fundamine pro-
nuntiabitr cū nullibi, prius ego vidi, hoc asserat.

48 Ulterius quia
Porphirius cap. 1. expresse docet raonale significare principiū
utens raone, n.ᵃ ait. n. si non sit raonale nullus erit animal quod
utatr raone en ubi expresse usurpat raonale pro principio utente
raone =

49 Urgentius significet raonale quidquid volueris, x.ᵃ Por-
phyrius raonale ē diff.ᵃ sub alterna siquidē cōvenit homini et
Angelis, g.ᵒ semper verificatr quod x.ᵃ mentē Porphyrii raonale
n.ᵒ ē diff.ᵃ infima. v.ᵈ lis remanebit n.ᵒ circa sensū Porphyrii s.ᵈ
solūmodo circa veritatē n.ᵒ existē diff.ᵃ infimæ. ~~Ad quod dico~~

Ad quod

Ad quod Respondeo quod praedicta 1° pot. quia oppositione affirmo 50
nus data hypothesi quod rationale significet principium discursus
quia ratione Angelis nequit convenire, non probatur adhuc, quod ratio-
nale sit diff.a infima hominis, potero vique respondere, et de facto re-
spondeo quod si rationale est principium discursus adhuc rationale est dif-
f.a subalterna et non divisibilis in alias species hominum existentium,
est divisibilis tamen in alias species hominum possibilium de potentia absolu-
ta; ergo non est diff.a infima siquidem convenit aliis speciebus possibilibus 51
assumptum probo: = 1°. quia nulla apparet repugnantia in eo quod
Deus creet alias species rationales; ergo licet rationale non est de facto
diff.a infima logice, sed ad summum physice. = 2°. quia sicut de facto 52
Deus plurificavit in tot species infimas quot sunt Angeli principium
intelligendi absque discursu, poterit etiam similiter plurificare ipsum principium
discursus in alias et in alias species = et ratio suadet quia idem Deus
de facto multiplicavit principium intelligendi absque discursu in-
in tot species, ut sunt Angeli, et pot. in alias et in alias multipli-
care, siquidem Deus pot. alios et alios Angelos creare, quia Deus
est infinitae virtutis; ‡ ergo ob eandem rationem poterit similiter dividere
et multiplicare principium discursus in alias et in alias species.
rationales quibus licet rationale conveniat. ergo rationale non est diff.a
diff.a infima logice.

‡ et quia natura divina quoniam intellectum est diversimode imitabilis

Ulterius quia non videtur repugnare alias 53
species hominum, v.g. possibilis apparet alia species hominis
cui conveniat habere alas, alia cui sicut piscibus conveniat sub
aquis degere. et ultra has duas species non videntur repugnare
quod ulterius subdividantur in homines habentes alas hoc modo
et alio modo. et in homines qui hac vel illa circumstantia exigunt
sub aquis degere. et similiter videntur possibiles homines
quibus conveniat scissio pedis, vel quibus conveniat pedes leonum
equorum ve similes, similiter non videtur repugnare species hominis
quibus conveniat corpus caeleste. ergo a priori ad ulteriorem videtur
quod licet rationale non est diff.a infima est ulterius divisibilis in alias
et in alias species. et quod species enumeratae sint diversae fit quia re-
pugnat quod formae substantiales radicantes sint et tam diversas proprietates
[illegible] sint eiusdem speciei. = nec quia Arist. ait quod scissio pedis est quaedam 54

pedalitas, sive quaedam differentia essentialis animalis pertinens ad corpus ergo similiter aliae differentiae enumeratae constituent diversas species rationalis

55 Ergo etiam si argumento concederemus quod rationale significat principium discursus, hoc non obstante, rationale non est differentia infima vel cum ratione Porphyrii rationale non sit principium discursus, siquidem etiam angelis adaptatur infirmi, et inde quod rationale ratione Porphyrii est differentia subalterna.

56 Sed contra possibilitatem alterius speciei rationalis dices 1° quod etiam si esset possibilis alia species, hae species essent inter se distinctae secundum aliquod praedicatum infimum; ergo iam datur differentia ultima et infima.

57 Sed contra quia nos non negamus in re quod detur praedicatum infimum et ultimum distinctivum, et constitutivum illius speciei, sed quod dicimus est quod illud praedicatum infimum et ultimum non est simplex et incomplexum, sed ad hoc ut possit ultimo distinguere et constituere debet coniungi cum alio praedicato vel cum aliis ex quorum unione resultat complexum infimum et ultimum, unde quaelibet pars illius complexi seorsim sumpta est semidifferentia infima, et differentia subalterna vel libenter fatemur in re quod quaelibet species infima differat ultimo ab omni alia specie infima etiam possibili cum non differentia huius infimae speciei non est simplex si seorsim ab aliis differentiis consideratur nec etiam sic sumpta est infima sed subalterna solum quod est infima sumpta complexe, et concretive cum alia vel cum aliis consemidifferentiis

58 Secundo dices quod absolute repugnat alia species rationalis, cum rationale sit praedicatum indivisibile

59 Sed contra quia nullo modo probatur quod rationale sit praedicatum indivisibile, et non probatur quod principium intelligendi sit praedicatum indivisibile, anima rationalis quae nunc datur indivisibilis est in alia specie hominis, quia physice sumpta est indivisibilis et in qua omnibus radicat easdem proprietates, at hoc casu aliae species rationalis non haberent animam eiusdem speciei cum nostra, sed diversae significationis quae radicaret diversas proprietates. esset autem spiritualis siquidem intelligeret, at ex eo quod omnes illae formae essent spirituales non probatur esse infimae speciei quia in formis spiritualibus adest locus divisionis specificae ut sistendum

§. VI

Audiis.

§. VI.

Multiplici prob: autoritate Porphyrij.

Tertio prob: nra concl.o contra Porphyrij: nam Porph.s cap. 7. de Comunitatib. et diff.s Praedic. §. 2. ait: comune a. e generi et differentiae continentia specierum; ergo quemadmodum genus ad plures se extendit species, ita similiter diff.a ergo nulla datur diff.a infima incomplexe sumpta. 60

Sed dices quod ibi e sermo de diff.a subalt.a 61

Sed contra 1o. quia ibi loquitur absolute de omni diff.a siquidem nullam assignat diff.m cui oppositum conveniat; ergo non cognovit diff.as infimas incomplexas, ac proinde non dantur: 62

Contra Secundo quia ibi Porphyrius loquitur de diff.a quae et si sit subalterna non tamen e subalterna solum sed etiam e consemi diff.a infima; ergo contra Porphyr. nulla datur diff.a infima abstracte sumpta. ans prob: referendo verba Porphyrij sic n. subdit: Continet n. diff.a species, et si non omnes quot genera rationale n. et si non continet irrationalia quemadmodum animal tamen continet hominem et Deum, id e Angelum, quae sunt species quo nihil clarius pro meo dicendi modo, et communi Porphyrij si sincere attenditur. Et insuper suadetur: quia Si Porphyrius loqueretur de diff.a quae tamen esset subalterna, falso diceret quod non continet easdem species, ac ipsum genus; Sensibile n. quod e tamen diff.a subalterna easdem continet species ac ipsum genus nempe animal; ergo ibi loquitur de diff.a tam subalterna quia sub se continet plures species, tam semi infima siquidem ad non tot se extendit species ac genus. ergo e ibi sermo de diff.a quae non e solum subalterna. 63

Item quia apponit exemplum in rationale; ergo sentit quod rationalis diff.a continet sub se plures species. ergo mens Porphyrij e quod non datur diff.a infima abstracte sumpta. 64

Quarto probatur ex eodem Porphirio in eodem cap. 7. §. proprium a. e generi. Ubi circa finem sic ait: Amplius: genus quidem unum est, sed unius cuiusque speciei ut hominis id quod e animal; differentiae autem plures esse, ut rationale, mortale, mentis, et disciplinae perceptivum, quibus ab alijs animalibus differt. ex quo sic argumentor: Porphyrius comparat 65

genus infimum, quale est animal, cum differentia infima, et subdit quod genus est unum, differentiae vero plures; ergo ex mente Porphyrii differentia infima nulla est, sed solum complexe. antecedens probatur quia si non loqueretur de differentia infima, sed de differentia quae solum est subalterna, falso assereret quod differentia non est una sicut genus, nam sensibile quod est differentia subalterna, et non infima unum est quemadmodum animal.

66 Quinto probatur ex eodem Porphyrio cap. 7. §. proprium a. ubi comparando speciem infimam, et eius proprium differentiam ait differentia quidem componitur cum alia differentia (rationale enim et mortale compositum est in substantia hominis) species vero speciei non componitur verba sunt Porphyrii. en ubi exprese differentiam infimam compositam constituit.

67 Sexto probatur ex eodem Porphyrio. nam in eodem c. 7. §. proprium a. differentia comparando differentiam infimam cum proprio sic ait: Proprium a differentia est quod haec quidem de pluribus speciebus saepe dicitur, ut rationale de Deo, idem de Angelo, et de homine proprium vero dicitur de una sola specie cuius est proprium en ubi comparat proprium infimum (quod utique est quod uni soli speciei convenit) cum differentia ultima, et differentiam pluribus speciebus adaptat seu proprium ergo sentit quod differentia ultima incomplexe sumpta est subalterna.

68 Septimo probatur denique ex eodem Porphyrio in eodem cap. 7. §. species a. ubi comparando speciem infimam cum suo proprio ait quod species et proprium conversim praedicantur. Si quid homo est (inquit) risibile est, et si quid risibile est homo est; atqui in toto hoc cap. 7. in quo ad invicem comparat praedicabilia numquam asserit quod species infima vel proprium infimum conversim praedicantur cum differentia propria, ergo est quia sentit quod nulla datur differentia infima abstracte sumpta. maneat ergo persuasum quod ex mente Porphyrii nulla datur differentia infima abstracte et seorsim sumpta sed solum exit ultima complexa cum alia, vel cum aliis consimi differentiis.

§. VII.

Argumenta desumpta ex Porphyrio proponuntur et diluuntur.

69 Primo oppones Porphyrium in hoc cap. 7. loco a nobis allegato

num.

num. 67 per sexta ratione ubi Porphyrius dicit quod Sepe differentia praedicatur de pluribus differentibus specie; ergo aliquando non praedicatur de pluribus differentibus specie, sed solum de pluribus differentibus numero, et per consequens differentia quae solum de pluribus differentibus numero praedicatur erit infima. 70

Similiter idem Porphyrius in Praedic. interrogat. 38 inquirens utrum differentia praedicetur de pluribus differentibus specie? ait in responsione quod ut plurimum ita accidit. Tunc sic: ergo aliquando non accidit, ergo aliquando solum de pluribus differentibus numero praedicatur, ac per inde data differentia infima incomplexa. 71

Sed ad utrumque locum respondeo quod cum toties totque manifestis locis, ut vidimus, asserat Porphyrius quod quaelibet differentia convenit pluribus speciebus praedicta loca debent intelligi sano modo idest quod si differentia comparatur ad individua unius speciei tunc praedicatur de inferioribus quae solo numero differunt; at vero ibi non dicit quod illa met differentia non possit comparari aliis speciebus sed potius hoc supponit dictum toto cap. 9. et 7. 72

Oppones secundo Porphyrium in Praedic. interrog. 42 ubi asserit quod differentia divisiva generis, non praedicatur de omnibus speciebus de quibus praedicatur genus; ergo aliqua differentia, illa nempe, quae est divisiva generis infimi solum praedicatur de una specie, ac per inde erit perfecte infima, et non subalterna. 73

Sed dico quod non video nec percipio vim in hoc argumento praecipue de mente Porphyrii; concedo igitur quod differentia divisiva generis infimi non praedicatur de omnibus speciebus de quibus dicitur illud genus, sed de Porphyrius vero probatur quod non praedicetur de aliis speciebus non contentis sub illo genere? explicatur exemplo. rationale est divisiva animalis vel quod est divisiva animalis, et praedicatur de facto nisi de una specie contenta sub animali, ceterum ob hoc non aufertur quod de Porphyrius praedicetur de Angelis. 74

Oppones tertio Porphyrium in sua isagoge cap. 7 § proprium a. ubi sic ait: Proprium a. est generi de pluribus praedicari quam differentia et species, et proprium commune accidentibus; atqui si differentia omnis esset subalterna de eisdem prae-

dicatur ac genus; ergo non omnis diff.a abstracte sumpta est subalterna, sed aliqua est infima.

Sed dico quod licet diff.a divisiva generis non

75 prædicetur de omnibus de quibus prædicatur ipsum genus, ac proinde genus prædicetur de pluribus quod est intentum Porphyrii tamen non tollit quod illa met diff.a x.o mente Porphyrii non prædicetur de aliis speciebus quæ non sunt sub illo genere; ac proinde stat bene ut omnis diff.a abstracte et seorsim sumpta sit subalterna et nemo diff.a infima.

76 Sed replicabis quod ibidem ait Porphyrius quod hinnibile de solis equis prædicatur; ergo ignis datur aliqua diff.a infima quæ de solis individuis prædicatur

Sed dico quod x.o Porphyrii hinnibile non est diff.a

77 infima sed proprium; ergo impugnatio non est ad rem. Antecedens patet: licet Porphyrius nisi ad explicandum quomodo genus prædicetur de pluribus quam proprium apposuit exemplum in hoc hinnibile; ergo hinnibile non est diff.a sed proprium.

§. VIII.

Rationes pro 1.a

78 Primo probatur: quia nulla est excogitabilis diff.a quæ seorsim et abstracte considerata, non conveniat pluribus speciebus saltim possibilibus; ergo ad distinguendam unam speciem ab alia non sufficit una differentia simplex, sed requiritur complexum differentiale, quod sic complexe sumptum soli uni determinatæ speciei conveniat. Consequentia patet et antecedens suadetur discurrendo per omnes diff.as cuiuslibet speciei, quæ quidem seorsim sumptæ pluribus conveniunt speciebus. Et præcipue constat in rationale quod quidem est prædicatum infimum differentiale si aliquod est, et tamen rationale, significet quod voluerit pluribus convenit speciebus saltim possibilibus; ergo nulla est excogitabilis diff.a quæ seorsim sumpta non conveniat pluribus speciebus saltim possibilibus.

[In margin: nam possibilis foret homo habens alas, qui homo specie differret ab homine nunc existente etc.]

79 Secundo probatur: quia non minus ex forma substantiali, et ex materia prima in physicis constituitur et componitur una species infima, quam logice componatur species infima ex genere et diff.a; sed non repugnat (imo de facto accidit in omni composito substantiali præter hominem) quod forma substantialis

beat

habeat partes, et ex illis componatur; ergo similiter non repugnabit, imo sic debet accidere in specie logica quod eius ultima differentia componatur ex multiplici conceptu differentiali, quorum quilibet seorsim sumptus sit conceptus differentiae subalternus, et semidifferentiae infimae. maior est evidens siquidem logicus componit suam speciem sumpto fundamento ex eo quod physice accidit. min. etiam constat, nam in praesenti debet supponi, nam omnis forma substantialis praeter animam rationalem est materialis ac proinde composita ex partibus nam omnis substantia materialis in probabiliori sententia est divisibilis, et informis animatis imperfectis, et in aliis inanimatis est absolute verum. Confirmatur ergo per hoc: quia ideo componitur cum indivisibilitate physica in essentia, quod forma substantialis, et quod materia prima habeant partes quia omnes illae partes non considerantur ut actus et potentia sed omnes sunt homogeneae solumque materia ergo forma comparatur ut potentia, et formae quia magis ut actus; sed etiam conceptus illi differentiales, sive illae semidifferentiae sunt homogeneae; ergo ex eo quod differentia infima sit composita nullo modo sequitur contra naturam differentiae logicae. 80

Ex quo ulterius sic confirmo rationem quia Logicus considerat sua concreta et artefacta logicalia cum fundamento in re, et ad modum quo accidit in re et physice loquendo; sed in re, et physice loquendo omnis forma substantialis (anima rationali excepta) est composita ex multiplici parte, sive, ut sic loquar, ex multiplici semiforma; ergo similiter in logico artefacto omnis differentia ultima debet esse composita ex multiplici semidifferentia. 81

Sed dices quod in physicis datur una forma substantialis omnino indivisibilis, nempe anima rationalis; ergo etiam in logicis debet dari aliqua differentia omnino indivisibilis. 82

Sed contra quia anima rationalis ut physice quantitative sit indivisibilis, est virtualiter divisibilis; ergo ex illa virtuali divisione debet assumi fundamentum ad componendum omnem differentiam logicam, praesertim cum intellectus pro hoc statu omnia cognoscat ad modum rerum materialium. 83

Contra 2º quia ratio ob quam physice loquendo est forma hominis indivisibilis cessat in logicis: ergo instantia

rd. subsistit. ans. probr. quia ideo physice est indivisibilis forma hominis quia physice est spiritualis, et divisibilitas repugnat entitati physica spirituali; atqui spiritualitati logicae non repugnat divisibilitas logica, et per eius nostros conceptus, ergo ratio illa omnino non cessat; ac proinde nulla est ratio ob quam cogamur concedere differentias infimas simplices abstracte, et seorsim consideratas.

§. IX.

Proponitur et solvitur difficilis replica.

84. Replicabis ergo contra nostram sententiam et praecipue adversus modum dicendi desumptum ex Porphyrio. nam iuxta modum assertum in nostra sententia rationale et mortale sunt consimiles differentiae hominis, ex quibus componitur conceptus adequatus ultimus differentiae ultimae hominis; tunc sic secundum nostram hunc dicendi modum sequitur quod rationale respectu de mortale sit genus, et etiam simul respectu illius differentia et e contra mortale respectu ad rationale sit etiam genus, et simul differentia. ergo chymaericus est modus defendendi nostram sententiam. Haec consequentia infertur nam chymaera est quod idem praedicatum respectu eiusdem termini comparetur ut genus, et simul comparetur ut differentia. probatur: ergo sequella minoris subsumptae. nam iuxta hunc dicendi modum rationale abstracte et seorsim sumptum comparatur ut quid contrahibile et ut quid determinabile per mortale, ergo ut erit rationale praedicatum genericum respectu mortale. et similiter mortale comparatur ut quid contrahibile et ut quid determinabile per rationale ergo comparabitur mortale ad rationale tamquam genus ad differentiam ac proinde rationale simul et coniunctim erit genus et differentia ad mortale et mortale similiter erit genus et differentia ad rationale. Probatur et explicatur ans. nam iuxta hunc modum dicendi rationale est praedicatum in quo homo et Angeli iuxta Porphyrium conveniunt et mortale appositum disiungit hominem ab Angelis. ergo rationale in hac consideratione, seorsim et abstracte sumptum comparatur ut quid contrahibile per mortale ac proinde comparatur ut genus. tunc sic sed mortale etiam seorsim et abstracte sumptum est praedicatum in quo homo convenit cum leone et aliis animantibus, et rationale appositum disiungit hominem a leone ab aliisque animantibus. ergo utrumque praedicatum comparatur ad invicem ut perfectibile et perfectivum et ut contrahibile per aliud, et e converso ut contractivum alterius; ac proinde comparantur ad invicem ut genus et ut differentia quod videtur chymaera. alias idem

praedi-

prædicatus respectu eiusdem esset superius et inferius perfectibile 85
et perfectius.

S. C. q. 2.a hunc modum dicendi sequitur solum quod rationale et mortale quodlibet seorsim et abstracte sumptum sit diff.a subalterna, et conjuncti diff. infima, ex quo duplici inadæquato conceptu infimo differentiali conflatur unus conceptus adequatus diff. ultimæ complexæ, non vero sequitur quod utrumque prædicatum etiam seorsim sumptum sit genus; ergo ex prædicto modo dicendi nullum sequitur inconveniens. ans. probatur: et explicatur. quia ut utrumque prædicatum seorsim sumptum esset perfecte genus erat necesse quod, cuicumque conveniret diff.a contractiva, conveniret ipsum genus, at qui hoc non accidit in præsenti, ergo nullo modo sequitur quod utrumque 86
prædicatum esset genus.

Probatur: et explicatur mai. probanda postea min. et primo probatur: 2.a illa regula antepraedicamentalis desumpta ex Arist. tract. 1. Præd. cap. 3. quæ quidquid prædicatur de quo prædicatur ut de subiecto prædicantur, quæ dicuntur de prædicato dicuntur etiam de subiecto. sed genus prædicatur tamquam de subiecto de constituto per suam diff. contractivam, ergo deberet prædicari de omni eo de quo prædi- 87
catur eius diff. contractiva.

Secundo probatur: eadem mai. quia cuicumque convenit prædicatum differentiale inferius debet convenire prædicatum genericum superius. cuicumque non convenit rationale mortale quod adæquatum est in hoc dicendi modo diff.a infima hominis, convenit etiam animal quia animal est perfecte genus respectu illius. ergo si rationale esset genus respectu ly mortale cuicumque conveniret mortale conveniret rationale etiam similiter si mortale esset genus respectu rationale cuicumque conveniret mortale conveniret rationale. 88

Iam ergo probatur min. quia cuicumque convenit ly mortale non convenit rationale ut patet. quia iumenti convenit ly mortale cui non convenit ly rationale, et similiter cuicumque convenit 2.a Porphyrius ly rationale non convenit ly mortale angelis non convenit ly rationale et illis non convenit mortale ergo neutrum prædicatum seorsim et abstracte sumptum est genus sed solum utrumque abstracte sumptum est diff.a 89
generica et subalterna.

Ulterius quia ut rationale seorsim et abstracte

sumptus est proprie genus erat necessum quod praedicaretur in quid de suis inferioribus; at qui rationale secundum Porphyrium nunquam praedicatur in quid sed semper in quale quid. ergo non est proprie genus. maior constat ex definitione generis; minor probatur: quia Porphyrius cap. 4 ait: in quisitus nobis quale animal sit homo rationale et mortale convenienter assignabimus. ergo secundum Porphyrium (qui) rationale non praedicatur in quid, sed in quale quid

90 Sed instabis valide contra praedictam solutionem quia etiam esi dicatur quod tam rationale et tam mortale quodlibet scorsim sumptum est differentia generica et subalterna, non vero genus non vitatur absurdum allatum in argumento: ergo solutio tradita non subsistit. antecedens probatur: nam inconveniens quod sequebatur ex eo quod rationale esset genus, et mortale similiter et etiam simul utrumque esset ad invicem differentia est quia cuicumque conveniret differentia contractiva deberet etiam convenire ipsum genus. quod est falsum cum non omne mortale sit rationale; sed hoc idem inconveniens sequitur ex eo quod rationale sit differentia subalterna: ergo sequitur idem inconveniens quod intenditur vitare. probatur minor: nam quia sensibile est differentia subalterna cuicumque convenit suum praedicatum contractivum convenit etiam ipsum sensibile; ergo si rationale est differentia generica seu subalterna abstracte sumptum, cuicumque conveniat eius differentia contractiva debet etiam convenire ipsum rationale; quod manifeste est falsum cum non omne mortale sit rationale ergo ex ipsa solutione sequitur idem inconveniens quod intendebatur vitare.

Valida instantia prima luce inspecta sed facile solvitur quia replica convinceret intentum si rationale et mortale quodlibet scorsim, et abstracte sumptum esset solum differentia subalterna seu generica, nam ut argumentum probat differentia quae est solum subalterna et generica, sicuti est tam sensibile, convenit omnibus quibus convenit suum contractivum, ut patet in ipso sensibili, at vero cum rationale et mortale non sint perfecte differentiae subalternae, sed simul sint etiam consimi differentiae infimae ex quibus componitur una differentia infima complexa ideo quod non sequitur quod cuicumque conveniat unum debeat etiam convenire aliud. = Et ratio huius est quia duo, vel plura praedicata talia possunt alicui convenire ut quodlibet scorsim sumptum conveniat pluribus at vero coniunctum ex illis soli uni speciei conveniat. ut patet et ins tantia in collectione omnium accidentium communium, quorum quodlibet

pluribus

pluribus pot. convenire at q. omnia coniunctim soli huic individuo v.g. Petro conveniunt. ita similiter dicimus de differentijs substantialibus quod lt quælibet illarum seorsim sumpta sit quasi subalterna quæ pluribus possit convenire speciebus tot. cum utique alius sint consemi differentiæ infimæ, omnes complexe sumptæ soli uni infimæ speciei pot. convenire.

§. X.

Argumenta sumpta ab Authoritate proponitur et solvitur.

Obiicies 1.o Arist. 7. Metaph. tex. 42. et 43 ubi docet, unius rei unicam esse differentiam. 2.o quia Arist. milies dicit quod essentiæ sunt sicut numeri, ac per inde indivisibiles, quod ipsum docet D. Thom. 2. Post. c. 12. lect. 13. et 7. Metap. tex. 42. Obvocis semper quod de differentia fit mentio. Dicit singularem supponit. ergo contra omnes Magistros omnibus præferendos est prædicta conclusio. 92 93 94

Solvo 1.o quia prædicta conclusio nullo modo iudicatur contra prædictos Magistros alias nullo modo retineretur cum eorum authoritas omni alie esit præferenda. 1.o dico quod quando Arist. et D. Thom. docent uniusrei unicam esse differentiam non docent quod illa unica differentia sit composita vel simplex, potius non videntur supponere quod sit composita ex duplici vel multiplici conceptu differentiali, unde prædicta conclusio non est contra Arist. nec D. Thom. = Ad 2.um dico quod quando dicunt quod essentiæ sunt sicut numeri indivisibiles loquuntur de indivisibilitate physica non vero de indivisibilitate metaphysica, neque enim contra Arist. et D. Thom. essentiæ metaphysice sumptæ in multiplices discantur conceptus; ergo stat locum ut etiam conceptus differentialis sit multiplex metaphisice. atque inde non repugnat quod metaphisice differentia infima et ultima componatur ex duplici vel ex multiplici semi differentia. 95

§. XI.

Alia argumenta ratione petita proponuntur.

Opponens 1.o quod si prædicta conclusio est vera sequitur quod omnia quinque prædicabilia habeant plures differentias infimas abstracte sumptas quarum unaquæque sed hoc est falsum; ergo dabilis est differentia infima simplex abstracte sumpta. 96
Probatur min. probanda postea maioris sequella quia frustra fiunt per plura quæ possunt fieri per pauciora; sed ad quodlibet prædicabile constituendum sufficit una simplex ultima differentia; ergo falsum est dicere quodlibet ex quinque prædicabilibus exigere plures quarum unaquæque simplices differentias etiam abstracte sumptas.
Totus discursus videtur clarus; et min videtur certa quia eo ipso quod unum quodque

Prædicabile habeat unã & indivisibilẽ differentiã, unũ & indivisibile prædicatũ sive unã simplicẽ formalitatẽ, quæ alterã dicitur ã libet sufficientissime distinguit unũ ab alio.

97 Ig. ergo maioris sequella probatur: quia ad mentem Porphyrii quodlibet ex quinque prædicabilibus est species condistincta aqualibet alia; ergo si nulla est differentia infima abstracte sumpta quodlibet ex quinque prædicabilibus plusquã unã exiget differentiã.

98 Idem fere argumentũ formabis de omnibus speciebus qualitatis, tum sensibilibus, tum espiritualibus quæ omnes videtur quælibet a quacumque alia distingui unico solo ipsũ superante prædicato.

99 Simile etiã argumentũ efficies ex speciebus quantitatis, præsertim de numero, imo de unitate, in quibus videtur excogitabilis duplex consemi differentia infima.

100 Similiter & per alia prædicamenta discurrẽs, quorũ species videntur constitui mediante unica, & indivisibili differentia infima. & specialiter in speciebus animantiũ, tum sub aquis degentium tum terrestrium sive sint bipedes, sive quadrupedes. ergo inintelligibile est aggregatũ ex pluribus consemi differentiis ut unaquæque illarũ species ab alia qualibet seiungatur. ergo de primo ad ultimũ infertur quod est chymera illa consemi differentiarũ compositio.

§. XII.

101 Sit satis obiectis & statuitur secunda conclusio. Propter hæc, & propter alia extra in præsenti argumento dixi in prima conclusione quod solum potest defendi probabiliter, & fateor ingenue quod si mihi dicitur esset scrupulum quod talis conclusio dicitur est probabilior in via Divi Thomæ sustinens illã etiã ut absolute verã ingeniet postea videbimus præcedentes obiectiones haud difficile erit solvere; moveor etiã ad 2ã conclusionẽ stabiliendã præcipue ob authoritatẽ extrinsecã doctorũ gravissimis professoribus orta qui in præsenti unanimiter contra primã conclusionẽ sentiunt: sit igitur secunda conclusio.


102 Probabile est dari differentias ultimas, et infimas incomplexas

et simplices, etiam seorsim et abstracte sumptae, quibus ul-
timo constituuntur species, quarum quaelibet cum sua
est convertibilis specie, similiterque est convertibilis cum proprio
infimo. 103

Sufficiat pro ratione ad hancque conclusionem stabiliendam
idquo dd diximus §. xi a n. 96 usque ad §. xii. n. 101. Ut sic velimus
primamque conclusionem ut veram absolute defensare pot. respondere 104

Respondeo Ad 1um quod
Porphyrius hocidem argumentum sibi obiecit in sua isag. cap. 1. §. genus
igitur his verbis: contingit autem etiam unumquodque (praedicabile nempe)
aliorum differre ab alijs quatuor quare cum quinque quidem sint unum
quodque autem ab alijs quatuor differat quater quinque viginti fiunt om-
nes differentiae. Est argumentum ac si diceret: nulla differentia est infima incom-
plexe sumpta; ergo conbinato unoquoque praedicabili cum aliis quatuor
habebit utique quatuor differentias quibus ab ipsis quatuor differat, et
et cum huiusmodi conbinatio quintuplex sit infertur quod omnes
differentiae sint viginti. Cui 105

Cui argumento ut respondeat Porphyrius dixit re-
currit ad unam unicam et indivisibilem differentiam uniuscuiusque praedicabilis
et ideo ad plures quas usque ad decem enumerat et nullam uni soli prae-
dicabili tribuit, sed quamlibet pluribus saltim duobus. En responsionem:
Sed non ita se habet sed semper deinceps enumeratis, et duobus
quidem una differentia deficientibus (propterea quoniam iam
sumpta est) tribus
vero, duabus, qua-
tuor vero tribus, quinque
vero quatuor, decem omnes fiunt



differentiae quatuor, tres, duae, una. Subiungitque hanc descriptionem
quam et postea toto illo §. explicat. 106

Ut autem ad ipsum primum argumentum
respondeo quod nulla est assignabilis differentia quae abstracte et seorsim
sumpta uni soli praedicabili conveniat, sed saltim duobus, vel alijs
ceteris accidentalibus logicis ut tota coniunctio differentiarum uni soli
conveniat. v.g. Genus primum praedicabile habet pro differentia 1us in
quid de pluribus differentibus specie per modum partis potentialis

Cum diff.a complexa, quatenus quælibet alijs rebus convenit. Ut coniunctis soli generi conveniat explicata complexio. Sic in quid convenit seorsim sumptis speciei et diff. Sic de pluribus differentibus specie convenit diff. subalternæ et proprio subalterno, et accidenti communi. Sic per modum partis convenit in logicis diff., in physicis partibus compositi substantialis, et in metaphysicis conceptibus inadæquatis rerum. Sic potentialis convenit mat. primæ, et potentijs operativis, et receptivis. Et si qua alia diff. abstracte sumpta convenit generi, poterit similiter adaptari alijs rebus completis vel incompletis saltem possibilibus; ergo quælibet diff. seorsim et disiunctim sumpta aqualibet alia alijs rebus convenit, ac proinde nulla seorsim sumpta est ~~[illegible]~~ infima, sed omnis est subalterna. Resp. ad argumentum informa resp. concedendo sequellam et neg.do min. et ad probationem negata min. quia nec probatur: nec est probatu facilis.

107 Ad argumentum sumptum ab speciebus qualitatis similiter dic quod si attente consideratur nullum excogitabitur prædicatum quod alteri
107 rei saltem possibili non conveniat = idem respondeo ad argumentum sumptum ex speciebus quantitatis etiam numerus et unitas, idem sunt indivisibilis physice non vero metaphysice. Vero stat locus ad multiplicitatem in con-
108 ceptibus differentialibus. = idem dico ad species cuiuslibet alterius prædicamenti et ad species animalis. Ut non sit facile assignare illarum multiplicitatem conceptuum differentialium. imo unicam simplicem ex qua in ss. doctrina constat quælibet species non manifestant, quid ergo mirum quod non sit facile nobis illas assignare. Ad quietandum ergo intellectum sufficit quod in una specie clariori qualis est humana non est assignabilis diff. ultima simplex et incomplexe sumpta siquidem sic alijs etiam rebus convenit. ergo a fortiori similiter erit in alijs speciebus.

§. XIII.

Alia proponuntur et refutantur obiecta contra dicta.

109 Oppones ergo quod si nulla data diff.o infima abstracte sumpta, sed quælibet seorsim considerata est subalterna, sequitur quod falsificetur illa regula ante prædicamentalis quæ de prædicatis essentialibus docet Arist. c. 3 et quam nos retulimus §. 9. n. 86. quæ regula communiter absque exceptione ab omnibus admittitur: sed hoc est manifestum inconveniens: ergo illud

illud ex quo sequitur. ans. pr. de explicatur neg. hoc praedicatio vera rationale est animal pr. secundo praedicta regula de omni eo de quo praedicatur animal debet praedicari rationale; atqui sic non accidit in praedicta sententia secunda quia rationale praedicatur de Angelis de quibus non praedicatur animal vel simariis rationale praedicatur de homine possibili composito ex materia caelesti de quo non praedicatur animalitas siquidem ille homo non erit compositus ex contrariis ex quibus animal componitur. ergo in praedicta sententia falsificatur praedicta regula quod est manifestum inconveniens. 110

Confirmatur quia non quadrupes est differentia subalterna contenta sub animali de omni eo de quo praedicatur quadrupes praedicatur etiam animal ergo similiter debet de omni eo de quo praedicatur rationale debet etiam praedicari animal; atqui hoc non verificatur, ergo falsificatur praedicta regula ab omnibus admissa. 111

Hoc argumentum potissimum procedit in sententia adstruente differentias infimas simplices. Ergo si velimus hoc statutum defendere. Ad hoc respondeo explicando illam regulam antepraedicamentalem traditam ab Arist. et ab omnibus admissa. Si inferius de quo superius praedicatur est adaequate inferius, concedo illam. si non est adaequate inferius illam nego. Vero cum rationale non sit adaequate inferius ad animal inde est quod possit rationale praedicari de aliquibus de quibus non praedicatur ipsum animal 112

Et per hoc patet ad confirmationem quia quadrupes est adaequate inferius ad animal ac proinde quid mirum quod de omnibus de quibus praedicatur quadrupes praedicatur animal: nisi vellimus quod sint possibiles alii homines quadrupedes non animales quo tunc casu non erit adaequate inferius ad animal. 113

Oppones iterum.

Omnis species in rerum natura existens, imo et possibilis habet aliquem gradum sibi proprium, quo differat ab omni alia quacumque specie; ergo huiusmodi gradus nequit non esse differentia infima; ergo omnis species habet suam infimam differentiam. Ma. infertur a minori. videtur certa, quia nihil aliud intelligimus esse differentiam nisi aliquem gradum uni soli speciei proprium, quo differat ab omni alia quacumque re. probatur: ergo maior. omnis species in rerum natura existens, et etiam omnis species

possibilis, distinguitur a quacumque alia; ergo omnis species in rerum natura existens habet aliquem gradum sibi essentialem, et proprium quo differat ab omni alia quacumque specie.

114 Secundo dico quod in propositione dicta secundo negante differentias infimas simplices, non negatur quod omnis species in rerum natura existens, et etiam omnis species possibilis, non distinguatur ab alia quacumque re; certum non est quod habent distinctionem inter se, alias non essent diversae sed potius eiusdem speciei, ac proinde necessarium est ponere ultimum distinctivum in qualibet specie. Verum in illa secunda dicitur quod illud ultimum distinctivum non est simplex sed compositum et partibile in plures conceptus, quorum quilibet seorsim sumptus, et abstracte consideratus convenit alteri speciei vel existenti vel possibili. Verum ad primum argumentum dist. mai. omnis species habet aliquem gradum sibi proprium, si sermo sit de gradu simplici neg. mai. de composito conc. mai. et dist. min. et neg. cons. et ad probationem dist. ante eisdem terminis.

115 Sed dices quod haec solutio nequit stare in doctrina Arist. et D. Thomae asserente essentias esse indivisibiles sicut numeri.

116 Sed dico quod adhuc iam diximus quod essentiae sunt indivisibiles physice, at vero metaphysice admittunt multiplicitatem et divisionem conceptuum.

117 Replicabis sicut se habet differentia ad genus sicut in physicis forma ad materiam; sed in rebus physicis forma est unica et indivisibilis; ergo etiam differentia differentia erit unica et simplex.

118 Confirmabis. In physicis repugnat quod duplex forma substantialis informet eandem materiam, praesertim in sententia D. Thomae; ergo etiam repugnabit duplex species differentia infima.

119 Probabilis replica, sed probabilior videtur solutio. Verum ad primum instans argumentum sicut se habet differentia ad genus sicut forma ad materiam; sed in physicis eadem forma entitative et in se

e divisibilis in multiplices partes (anima rationali excepta) cum sit substantia materialis, ergo similiter eadem differentia infima ut sit partibilis in multiplices semidifferentias infimas, non ob id carabit aliquod praejudicium unitati essentiali speciei. 120

Roboratur instantia

non minus repugnat in physicis duplex forma substantialis ad praestandum duplicem gradum superiorem, v.g. corporis, et viventis, praesertim in Sententia Thomistica, quam repugnat duplex forma substantialis infima ad eundem gradum infimum praestandum; atqui non obstante in physicis illa 1a repugnantia stat locum ad constituendum multiplices differentias adaequate subalternas quae illos gradus metaphysice praestandos; ergo similiter non obstabit illa 2a repugnantia ad hoc ut eadem differentia infima possit conflari ex multiplici consemidifferentia infima.

2° ad Lg. 121

duplica conc. mai. dist. min. in rebus physicis forma e unica, et indivisibilis adaequate sumpta conc. min. inadaequate et sub partes homogeneas et portionales neg. min. et conseq. vel distinguatur eodem modo.

Ad confirmationem concessu ante 122

nego conseq. propter disparitatem quae versatur quod si in physicis daretur pluralitas formarum quaelibet seorsim sumpta esset adaequata, quod non currit in consemi-differentiis quae solum habent distinctionem penes nostrum conceptum.

Maneat ergo 123

stabilitum quod ut sit probabilis quod data differentia ultima indivisibilis, etiam seorsim considerata probabilius est nullam existere differentiam infimam si sic considerata. Vel sic separatim sumpta, quaelibet est subalterna et semidifferentia infima ~~composita~~ et ex omnibus illis conflatur vera differentia infima composita.

QUÆSTIO UNDECIMA

11 Utrum diff.a infima, vel semi infima includat in suo conceptu obiectivo et proprio, differentias superiores actu, saltim impl.

§. 1.

Explicatur sensus controversiæ, et supponuntur certa.

1 Diximus in quæstionis titulo, utrum diff.a infima, vel semi infima, ut [illegible] nunc præscindamus utrum rationale v.g. sit diff.a infima ad [illegible] vel semi infima nempe compositive cum alia semi infima diff.a. Si n. hoc secundum est verum, quod probabilius esse vidimus, sensus quæstionis est: utrum rationale includat in suo conceptu obiectivo, et proprio, diff.as superiores quæ vere et proprie sit sub alterna nempe utrum includat materialitatem, quæ est 1a diff.a substantiæ corpo reitatem, sensibilitatem et alias superiores diff.as quæ in arbore prædicamentali se collocant ad latus dexterum supra ipsum rationale, non vero est quæstio utrum rationale ut adæquate sit differentia infima indigeat alia con semi diff.a? de hoc n. egimus q. præcedenti.

1 2 Si vero rationale est diff.a infima adæquate sensus quæstionis est utrum rationale, quæ est diff.a infima includat actu obiective et formaliter differentias superiores quæ supra ipsum rationale collocantur in arbore prædicamentali ad latus dexterum?

1 3 Stabilito ergo quæstionis sensu, et quæ certa supponimus differentias superiores non includere actu obiective inferiores v.g. supponimus ut omnino certum diff.as supremas divisivas substantiæ v.g. materialitatem non includere actu alterabilitatem, vel alias infimas seu inferiores, etenim certum est diff.as inferiores superaddere ad superiores aliquam perfectionem quam esse non habet, ergo certum est diff.as superiores non includere actu obiective inferiores, quod et constat quia aliter gradus superior non esset univocus supra inferiores, v.g. vivens non esset univocum, si vivens includeret diff.as inferiores quod quo sensu sit verum cap. de analogiis videbitur. Ergo tota quæstio est inverso ordine utrum nempe diff.æ inferiores contineant actu diff.as superiores?

Secundo sup

4 quæ certum supponimus diff.as infimas et inferiores non includere essentialiter

essentialiter in genere, sed potius genus in suo conceptu formali, et objectivo non includere actu, neque implicite, differentias infimas et inferiores differentia enim infima, et inferior superaddit generi aliquam perfectionem quam genus in se actu non continet. ideoque lib. 3. q. 3 diximus genus et differentias inter se obiective praescindere. 5

Sextio tamquam certum supponimus speciem infimam actu includere obiective differentiam infimam, et inferiorem. Homo enim actu includit rationale, verum ista difficultas est an rationale v.g. in se et in suo conceptu obiectivo contineat actu saltim implicite praedicata superiora praesertim differentias superiores, vel etiam an contineat rationale hominem.

§. II.

Referuntur sententiae, et statuitur 1a. conclusio.

Prima sententia docet differentiam infimam, v.g. Rationale, continere in se actu obiective differentias subalternas v.g. sensibile. et similiter continere genus nempe animal, et inde que videtur quod haec sententia affirmat rationale etiam continere speciem infimam, nempe hominem. imo et subalternas, homo enim nil aliud est quam animal rationale ergo si continet rationale, animal et alia praedicata superiora, consequenter hoc rationale continebit speciem infimam. ita sentiunt Nominales, praecipue Ochamus in 1. dist. 8. q. 1. 6. et ex nostris SS M. P. Raphael Aversa logica q. 13 art. 5. conclusione 2. refert pro se Arist., sed ut videbimus immerito. 6

Secunda sententia est absolute negativa verum ait haec sententia quod rationale v.g. nullo modo actu includit neque differentias subalternas, neque genus, neque speciem infimam, Rationale enim ait haec sententia non continet in suo conceptu obiectivo differentias subalternas, nempe sensibile neque continet genus, v.g. animal neque continet speciem infimam v.g. hominem hanc sententiam defendit S. Thomas 1. p. q. 3. ar. 5. ad 3. et alibi verum est communis Thomistarum, quorum catalogum invenies apud SS P. M. Aquino in hoc cap. disp. 22. sect. 1. n. 6. quam et ipse defendit varijs assertionibus. 7

Sit prima conclusio. Differentia infima vel semi infima ratione duplicis relationis v.g. Rationale in suo conceptu obiectivo et metaphysico, sive formali, actu nullo modo includit genus, v.g. animal vel aliud genus. 8
Probatur primo ex Arist. 4. Topic. c. 2. ubi sic ait: omne quod participat genus, vel species, vel individuum est. Consequentia autem

neq individuum, neq Species e. manifestum igitur quod diff.a n. participat genus. at qui Arist. n. pot. n. loqui in sensu formali ergo diff.a in sensu formali n. includit genus. prob.: min. quia in sensu identico et materiali sive physice, evidens e. quod diff. includit genus, est n. eadem entitas entitas generis et diff. ergo loquitur in sensu formali et metaphysico.

9 Ratione prob.r: Conclusio et in primis poterat probari iisdem rationibus quibus probavimus praecisiones obiectivas, sed eas omittimus. et pro nunc sic formo rationem: implicat quod praedicatum quod in se, et in se est ratio differendi, et distinguendi, sit etiam ratio conveniendi; sed si rationale includit animal, idem praedicatum erit ratio conveniendi et distinguendi, ergo rationale actu obiective includere non pot. animal. mai. cum sola tenet. et min. prob.r: quia si rationale includit animal, rationale sm. illud animal erit ratio conveniendi, et sm. se erit ratio differendi, cum sit diff.a idem praedicatum erit ratio conveniendi et distinguendi quod e. impossibile.

10 Si dices quod ex eo quod rationale includat in suo obiectivo conceptu animal, nullum sequitur inconveniens. nam rationale n. erit sm. eamdem formalitatem principium conveniendi et differendi, sed hoc habebit sm. duplicem formalitatem quod nullum n. e. inconveniens.

11 Sed contra quia quod dicitur quod rationale sm. duplicem formalitatem e. principium conveniendi, et differendi, vel secundum quod est principium ~~differendi concip~~ conveniendi concipitur obiective rationale, vel non? si ex parte obiecti concipitur rationale, ergo ex parte obiecti illud met quod e. principium conveniendi e. principium differendi. Si n. concipitur rationale; ergo solum concipitur animal atque ideo rationale in suo obiectivo conceptu n. includit animal ut genus.

12 Consolidatur et urgetur magis ratio nostrae Conclusionis. quia nulla pars in eo sensu et formalissime sm. quod est pars includit aliam comparatem; sed rationale formalissime et in suo conceptu obiectivo et metaphysico e. pars; ergo rationale in suo obiectivo conceptu n. includit animal; maior e. evidens alias totum n. distingueretur a suis partibus, vel totum n. esset maius sua parte cum idem ipsum includeret pars ac includit totum. min. vero prob.: quia si rationale formalissime et in suo conceptu obiectivo, et metaphysico

metaphysico n. esset pars compositio ex genere et differentia n. esset vera compositio; atqui compositio ex genere et differentia e vera et rigorosa compositio, ergo rationale formaliter e pars. mai. constat quia omnis vera compositio in eo genere in quo est compositio coalescit ex partibus. ergo compositio ex genere et differentia n. esset compositio siquidem rationale quod unum ex terminis illius compositionis n. esset pars. min. jam nunc supponitur certa. ergo rationale in suo conceptu obiectivo et metaphysico n. includit animal. 13

Confirmatur

ideo neque in physicis materia componit cum forma totum substantiale quia materia prima e solummodo pars, et similiter forma substantialis e solummodo pars. v. si materia includeret ex se formam, n. componeret cum forma, neque si forma includeret materiam componeret cum materia. ergo similiter compositio metaphysica debet coalescere ex partibus quarum quaelibet actu obiective et metaphysice n. includat aliquid. 14

Confirmatur quia si rationale includeret actu obiective animal, rationale n. esset quid distinctum ab homine et non esset ratio partialis respectu speciei sed includeret actu obiective idem quod includit homo; atqui hoc e falsum: ergo rationale n. includit actu obiective animal. probatur: maior probanda post. min. quia homo nihil aliud includit nisi animal rationale; ergo si rationale includit animal, rationale includet idipsum quod homo, et inde rationale n. erit ratio partialis speciei, sed aliquid erit totum sicut ipsa species. igitur ergo probatur illa min. quia si rationale n. esset ratio partialis respectu speciei n. praedicaretur in quale sed in quid ideo n. homo praedicatur in quid de Petro quia continet actu totam essentiam Petri, dico in quid per modum totius actualis, sed si rationale n. esset ratio partialis, sed totalis, includeret totam essentiam hominis. ergo rationale praedicaretur in quid per modum totius actualis, quod est expresse contra Arist. in Porph. et D. Tho. communiter oes. 15

Sed dices: quidquid formaliter et essentialiter praedicatur de aliquo, continetur actu in conceptu obiectivo et metaphysico subiecti; sed animal praedicatur essentialiter de rationali, ergo animal continetur in conceptu essentiali et metaphysico rationalis. explicatur mai.

ideo n. haec praedicatio est essentialis ergo v.g. homo est rationalis, ergo rationale actu continetur in homine. ergo semper quod praedicatum essentialiter dicitur de subiecto continetur essentialiter actu in subiecto. min. vero probatur: quia haec praedicatio est formalis: Rationale est animal. verum est in sensu formali et essentiali, ergo animal actu subiective continetur in rationali.

26 Sed dato et nego quod haec praedicatio sit vera in sensu formali et essentiali. Rationale est animal. sed neque haec est essentialis metaphisice, et in sensu formali animal est rationale et ratio est quia utrumque praedicatum est extra conceptum obiectivum subiecti at vero in hac propositione homo est rationalis praedicatum est intrinsecum subiecto etiam obiective et essentialiter vero est vera in sensu formali.

27 Sed dices Rationale non est indifferens ad hoc ut sit animal, sed determinate debet esse animal, ergo in se actu includit animal. R.

28 Nego cons. quia ad illud sufficit quod rationale sit animal essentialiter ut quo, non vero requiritur quod sit animal ut quod sive sufficit quod rationale sit incomplete animal sicut similiter rationale, non est substantia genus supremum, sed solum ut quo. v. dicitur quod est substantia incomplete, sic similiter non est animal ut quod, sed ut quo et incomplete.

19 Replicabis Rationale praedicatur de homine in sensu formali et essentiali, ergo praedicatur de omni contento sub homine; ergo praedicatur etiam in sensu formali de omni eo quod continetur in homine; sed in homine continetur animal; ergo rationale praedicatur de animali in sensu formali et essentiali. prima cons. tenet ex regula antepraedicamentali cum quid pig. de quo pig. etc. 2a ex prima et min. subsumpta est vera et ultima cons. recte infertur.

20 Sed dato et nego cons. cons. 1a n. est vera ex praedicta regula. 2a v. nullo modo infertur. nam ex eo quod rationale praedicetur essentialiter de homine solum sequitur quod praedicetur essentialiter de petro quod continetur sub homine, non v. de animali quia animal non continetur sub homine sed supra, et ratio est quia cum rationale sit pars metaphisica hominis non debet praedicari de alia compartे, sed solum de homine. v. toti homini convenit essentialiter esse rationalis

non. v.

quolibet pars hominis hoc debet habere nam aliqua verificantur de toto quae non possunt verificari de partibus ut in physicis de homine verificatur quod sit generabilis, quod non verificatur de materia prima nec de anima. sic similiter homo est corpus, et hoc non verificatur de anima, ergo similiter debet accidere in metaphysicis.

Replicabis 21

instando in eo quod animal dicatur essentialiter de rationali, in dato animal cadat in conceptu obiectivo rationalis nam hic syllogismus est recte dispositus in Darapti: Omnis homo essentialiter est animal; omnis homo essentialiter est rationalis. ergo aliquod rationale essentialiter est animal. maior et minor sunt verae, consequens infertur ergo etiam est vera.

22

Resp. quod consequens non est verum, videlicet consequentia non infertur et ratio seu defectus syllogismi stat in eo quod variatur appellatio, nam dictum essentialiter in maiori et in minori appellat supra hominem, in consequentia vero non appellat supra hominem, sed supra unam partem hominis nempe supra rationale, videlicet variatur appellatio de toto ad partem. Et ut videatur quomodo consequentia non infertur en alium syllogismum in quo maior et minor sunt verae, et consequens falsum. Omnis homo essentialiter est rationalis, omnis homo essentialiter est animal, vel vivens, ergo aliquod animal vel aliquod vivens est rationale essentialiter. Consequens est falsum, alias si esset verum cum sit in materia naturali, omne animal, et omne vivens esset rationale. quod est omnino falsum. Videlicet ut prima consequentia inferretur optime erat necessarium quod concluderet sic, ergo aliquid quod ~~[struck]~~ est essentialiter rationale est essentialiter animal; similiter ut 2a inferretur erat necessarium quod concluderet ergo aliquod est essentialiter animal, vel vivens, est essentialiter rationale.

23

Sed adhuc replicabis etiam si animal sit essentialiter pars seu genus includit praedicata alia, nempe vivens nam animal essentialiter est vivens. ergo etiam si rationale sit essentialiter pars includere poterit alia superiora praedicata nempe animal vel vivens.

24

Sed dico quod hoc argumentum laborat in aequivoco nam animal non est pars respectu viventis, sed potius vivens est pars respectu animalis. animal non in ordine ad praedicata superiora non est genus sive neque non est pars

Sed potius est species, quia comparata respectu illarum est totum et homo in ordine in ordine ad individua, et in ordine ad praedicata superiora, et in ordine ad differentias respectu quarum omnium est species, et tamen rationale semper est pars; et inde quod in suo conceptu obiectivo non includit genus, seu animal.

25 Si dices rationale potest definiri, habet enim essentiam; sed quod potest definiri includit genus, nam definitio debet constare ex genere et differentia; ergo rationale in suo conceptu obiectivo gradum genericum. Sed dico quod

26 rationale nequit proprie definiri, sed ad summum describi, quemadmodum substantia et alia genera suprema quae, quia semper comparantur ut genus, carent ut partes definiri non possunt sed solum describi. Sic pariformiter accidit differentiis infimis, nam quia semper comparantur ut species non possunt definiri. Replica

27 bis: sed rationale includit vivens, ergo et poterit definiri, et in suo conceptu obiectivo includit genus. Antecedens probatur: quia rationale essentialiter est principium vitae [redacted] intellectivae, sed principium vitae nequit non esse vivens; ergo rationale includit vivens. Sed dico:

28 Sed dico quod hoc solum probat quod rationale sit vivens ut quo, seu incomplete ad modum quo rationale est substantia, ut quo nempe et incomplete. Non vero requiritur quod sit vivens quod. Vero non sequitur quod includat in se genus, nam vivens quod est quod separata ut genus.

§. III.

Statuitur Secunda Conclusio.

29 Rationale in suo obiectivo conceptu non includit hominem, et inde quod nulla differentia infima vel semiinfima includit in suo conceptu obiectivo speciem quam constituit. Pariformiter quod discurrimus de differentiis superioribus et subalternis respective ad species quas constituunt. Probatur conclusio quia omnis species comparata respectu suae differentiae constitutivae, tamquam totum, respectu suae partis; sed evidens est quod omne totum est maius sua parte; ergo omnis species dicit magis in suo conceptu quam differentia, et inde quod differentia in suo obiectivo conceptu non dicit neque includit speciem.

30 Confirmatur: si differentia in suo obiectivo conceptu includeret speciem, includeret etiam genus; sed ut vidimus conclusione praeterita differentia non includit genus, ergo neque speciem

Speciē. sequella ꝓbr: q̃a Si diff.ª includeret in suo conceptu ob-
iectivo Speciē, includeret etiā quid quid includit, & habet Species
. S. species includit genus. ergo includeret genus.

§. IV.

Tertia Concl.º Statuitur.

Diff.ª inferior nō claudit in suo conceptu obiectivo superiorem 31
v.g. rationale nō includit in suo conceptu sensibile vel aliam
superiorem diff.am. Probatur Concl.º q.a omnis diff.ª superior com-
parata respectu inferioris, tamquam ratio contrahibilis, ad contrahen-
tem. S. nulla ratio inferior contrahens, claudit in suo obiectivo
conceptu gradum, s. rationem contrahibilem, ergo nulla diff.ª inferior
claudit in suo conceptu obiectivo superiorem. Quæ optime infertur
in Camestres mai. ē evidens ꝓbr: min. omnis ratio contra-
hens, & determinans. comparatur respectu determinabilis tam-
quam pars ad comparem. S. nulla pars includit suam comparem
ergo nulla ratio inferior contrahens claudit in suo conceptu ra-
tionem superiorem contrahibilem. 32

. S. replicabis insensibile v.g. (Suppo-
namus quod ē diff.ª infima equi, & nō privatio) claudit in
suo obiectivo conceptu corporeum, S. corporeum ē diff.ª superi-
or, ergo aliq.ª diff.ª inferior claudit superiorem. mai. ꝓbr: q.a in-
sensibilis diff.as nō ē incorporea formalitas. ergo ē corporea. 33

R.º D.º Conc.it

mai. insensibile claudit corporeum. sumptum corporeum complete, & generis
diff.ª neg. incomplete & genus ē ratio transcendens. concedo
mai. & dist. min. & conseq.ª eodem modo & ad ꝓbat.em dico in-
sensibile non est incorporea formalitas, concedo ant. ergo corporea
dist. ut prius concedo. neg. ut quod neg.o & ꝓ hoc pt. ad
omnes replicas impertinentes in hoc puncto nam diff.ª inferior
comparata respectu superioris tamquam principium quod determinationem
acquirit ē sensibile corporeum ut quo 34

§. V.

Dices quod ex tota doctrina harum triū Concl.um Sequitur quod
rationale esit conceptus simplex. S. hoc nō pot.ª opponi cum
præcedenti Concl.e quæstione in qua diximus quod rationale nō
est diff.ª infima simplex; ergo nō cohæreret hæc Concl.es

35 Ad hoc facile dico quod quando dicitur quod rationale non est differentia simplex sed composita intelligitur quod non est differentia infima adequate et simpliciter, sed composita cum alijs semi-differentijs. at vero cum hoc stat quod rationale sumptum quod est semidifferentia sit conceptus simplex, ex quo conceptu simplici et inadequato conflatur conceptus totalis differentiae infimae. Vel unico verbo, in illo modo dicendi dicitur quod rationale sumptum quod est semidifferentia est simplex conceptus. verum ut adequate distinguat hominem exigit alios conceptus semi differentiales cum quibus componitur. non vero componitur ex aliquo praedicato generico vel differentiali qui proprie sit ipsius subalternus. —

§. VI.

36 Infertur ex dictis Petreitatem et quamlibet aliam differentiam individualem esse conceptum omnino simplicem, pro inde neque in suo obiectivo conceptu nullo modo includere rationalitatem vel aliam ~~...~~ specificam differentiam. quod et constat. quia Petreitas v.g. est pars metaphysicae compositionis.

QVÆSTIO DVODECIMA

In ordine ad quem terminum constituatur differentia in ratione praedicabilis?

§. I

Praenotantur nonnulla.

1 Induplici casu potest controverti haec questio primo stando in probabilitate illis quam q. 10 defendimus ut probabilem nullam esse differentiam infimam abstracte sumptam, sed omnem esse subalternam. Secundo potest controverti haec questio stando in probabilitate sententiae oppositae nempe in sententia asserente rationale esse differentiam adequate infimam simplicem et incompositam. Verum cum ut probabilem amplexi fuerimus utramque sententiam ideo in utraque quid sit dicendum debemus stabilire et firmare. Et ut omnis confusionis tollatur occasio primo discutiemus hanc questionem in sententia quam ut probabiliorem amplexi sumus nimirum stando in eo quod rationale non est differentia infima incomplexe sumpta. Pro quo.

2 Primo notandum quod licet omnis differentia incomplexe sumpta sit subalterna, et nulla infima

tamen

Tamen s.t aliquę diff.æ quę adęq.te s.t Subalternę et nullo modo s.t semi infimę, ut s.t omnes illę quę supra rationale collocant.r in arbore prędicamentali. aliq. v.o taliter s.t Subalternę quod n.' s.t adęq.te Subalternę, s.d etiã s.t semi infimę. ut puta rationale vel alia semi diff.a infima. Est g.o inter has duplicis generis diff.as hoc discrimen. quod diff.a quę solũ ē adęq.te Subalterna v.g. Sensibile convertit.r cũ specie Subalterna quã constituit. v.g. bene valet ē animal, g.o sensibile, et etiã bene valet. ē sensibile; g.o animal. at S. diff.a quę n.' ē adęq.te Subalterna s.d etiã ē semi infima n.' convertit.r adęquate cũ Specie, quã constituit. nã etiã si bene valeat ē homo; g.o rationalis n.' valet. ē rationale; g.o homo pot. n. esse Angelus. vel alia species possibilis distincta ab homine, quę etiã sit rationalis. 3

Quod etiã docet Porphyrius cap. ... nã comparando Porf. diff.ã cũ genere. ait. continet diff.a species, et si n.' omnes quot genera. rationale n. et si n.' continet irrationalia quę ad modũ animal sit. continet hoc et hũ, (id ē Angelus) quę s.t species. ex ubi rationale, quod ē semi diff.a continet sub se plures species n.' g.o convertit.r cũ qualibet determinata Specie quã constituit. 4

Similit.r eod. cap. 7 ait Porph. cõparando speciẽ infimã cũ rationale, seu cũ semi diff.a infima. ait quod risibile cõvertit.r cũ homine. n.' v.o rationale. g.o de primo ad ultimũ verũ ē discrimen assignatũ inter illas diff.as 5

Secundo notandũ ē quod omnis diff.a sive sit adęq.te Subalterna, sive inadęq.te Subalterna et Semi infima, h.et duo munera semper dividere genus et constituere speciẽ, pot. n. quęlibet diff.a comparari ad prędicata superiora quę sunt supra diff.ã in recta linea arboris prędicamentalis, vel pot. etiã cõparari ad inferiora prędicata quę habet infra se in eadẽ recta linea prędicamentalis arboris. Si n. cõparat.r ad superiora prędicata quę respicit ut genus habet hoc quod ē dividere, si vero ad inferiora quę ut species respicit habet hoc quod ē constituere. quale autẽ horũ duorũ sit prius in diff.a prius conducit ad propositũ. primo n. intelligit.r hoc quod ē dividere

ergo hoc convenit diff. in ordine ad praedicata superiora ex quibus quasi educitur diff.

§. II.

Statuuntur duae Concl.

6 Sit prima Concl.o diff.a quae est adaequate Subalterna, et nullo modo est diff.a semi infima, v.g. Sensibile non constituitur in ratione praedicabilis in ordine ad Species Subalternas, quas constituit, et in ordine ad alias inferiores species. v.g. non constituitur in ordine ad animal, et in ordine ad hominem, Leonem, Equum, et alias inferiores species. Prob. haec Concl.o quia in ordine ad illos terminos debet diff.a constitui in ratione praedicabilis respectu cuius comparatur ut Superior. (omne n. praedicabile est superius respectu illorum respectu quorum est praedicabile) sed diff.a Subalterna, v.g. Sensibile non est superius respectu speciei quas constituit, nempe respectu animalis cum quo convertitur et de illo praedicatur; ergo diff.a Subalterna non constituitur in ratione praedicabilis respectu speciei, quas constituit. Cons.a infertur. Et tam mai. quam min. inter praedicamenta manifesta.

7 Sed dices quod diff.a Subalterna (sicut et quodlibet aliud praedicabile) in ordine ad illos terminos debet constitui in ratione praedicabilis respectu cuius immediate praedicatur; sed sensibile v.g. immediatius praedicatur de Animali, quam de homine, et de Leone. ergo in ordine ad Species, quas constituit debet constitui in ratione praedicabilis.

8 Resp. D.o dist. mai. in ordine ad illum terminum respectu cuius immediate praedicatur; tamquam superius. concedo mai. tamquam aequale, nego mai. et dist. min. Sed animali immediate praedicatur Sensibile, praedicatione aequalis de aequali concedo min. praedicatur Superioris de inferiori nego min. et Cons.a

9 Replicabis et dices quod quando diff.a subalterna praedicatur de specie, quas constituit vere praedicatur de pluribus ergo est praedicabilis in ordine ad illas. ans. prob. quia cum species Subalterna contineat in pot.a differentias inferiores, et infimas. praedicatur prima diff.a de pluribus saltem virtualiter, quod sufficere videtur: ergo eo ipso diff.a praedicatur ut Superius, et siquidem praedicatur tamquam quid unum et univocum de pluribus

Sed Co.

Ad 2.um Dico falsum esse quod differentia praedicetur de Specie, quam constituit praedicetur de pluribus sufficienti modo, ut sit universalis, et praedicabilis, nam ad hoc ut aliquid sit praedicabile exigit ex parte termini plures terminos formaliter et plures, quod licet probari: quia non minus exigit unitatem imo quam pluralitatem terminorum, aequaliter enim dicitur unum, ac in multis, sive de multis, sed ad hoc ut aliquid sit universale praedicabile requiritur quod habeat unitatem perfectam et simpliciter talem, non vero sufficit, quod habeat unitatem analogam, et secundum quid, ergo similiter exiget pluralitatem simpliciter talem, et non sufficiet pluralitatem secundum quid, et virtualem. 11

Replicabis. haec praedicatio Animal est Sensibile debet ad aliquod praedicabile pertinere; sed ad nullum praedicabile potest pertinere nisi ad tertium, ergo Sensibile seu quaelibet differentia Subalterna constituitur in ratione praedicabilis in ordine ad speciem, quam constituit. maior videtur certa cum illa praedicatio sit formalis, et directa. minor vero probatur: quia tertium praedicabile praedicatur in quale quid de suo termino, sed sensibile in quale quid et quomodo per tis actualis praedicatur de animali. ergo illa praedicatio pertinet ad tertium praedicabile. 12

Ad 1.um dico non omnis praedicatio formalis, et directa debet pertinere ad aliquod praedicabile, sed insuper requiritur quod praedicetur ut superius vero cum in illa propositione praedicatum non praedicetur ut superius, inde est quod non est necesse ad aliquod praedicabile pertinere. Vel potest dici quod illa praedicatio reductive, et indirecte pertinet ad tertium praedicabile, quia habet modum tertii, vero quia non praedicatur formaliter de pluribus, inde est quod non pertinet directe ad tertium praedicabile. 13

Replicabis Sensibile praedicatur praedicatione tertii praedicabilis de homine, et equo. ergo et de Animali. probatur cons. eadem praedicatione qua praedicatur de animali debet praedicari de homine, quia idem regula ante praedicamentalem cum quid pro quo de quopiam. ergo si de homine, et equo praedicatur praedicatione tertii praedicabilis, debet etiam eadem praedicatione praedicari de animali. 14

Replicabis 2.o Sensibile convertitur cum animali, ergo si animal est universale etiam Sensibile

15 Ad 2.m et ad 2.m replicæ respondeo quod ex eo quod sensibile prædicetur de animali tanquam de subiecto solum sequitur quod eadem prædicatione essentiali, vel accidentali de quibus prædicatur animal debeat etiam prædicari sensibile de eisdem non vero sequitur quod sit eodem genere prædicationis eiusdem prædicabilis. quod patet. nam animal prædicatur de homine, et equo ut genus, et in quid, sensibile vero tanquam differentia et in quale quid.

16 Ad 3.m respondeo quod ex eo quod sensibile convertatur cum animali solum sequitur quod de eisdem quibus animal prædicatur prædicetur etiam sensibile. non vero sequitur quod sit universale eiusdem generis cum illo.

§. III.

17 Secunda Conclusio. Differentia quæ non est adæquate subalterna incomplexe sumpta, sed etiam est semi differentia infima, si sic incomplexe sumitur, constituitur in ratione universalis, et prædicabilis, in ordine ad species, quas inadæquate constituit: si vero sumitur complexe cum aliis semi differentiis ex quibus omnibus conflatur una differentia infima complexa constituitur in ratione universalis, et prædicabilis, non in ordine ad speciem quam constituit adæquate, sed in ordine ad individua.

18 Hæc conclusio habet duas partes. et quoad 1.m probatur 1.o manifeste ex Porphyrio toto cap. 4. et septimo. ubi explicans quomodo Rationale, (quod in Porphyrii sententia est differentia inadæquate subalterna et semi differentia infima) sit prædicabile, et universale, semper apposuit exemplum illud comparando ad hominem, et Angelum, sive ad alias species inferiores sub rationali contentas, numquam vero ipsum vero comparavit ad individua. Signum ergo evidens est quod in ordine ad species, et non in ordine ad individua constituitur in ratione universalis, et prædicabilis.

19 Et a priori probatur eadem pars: quia in ordine ad illum terminum, debet aliquid constitui in ratione universalis

Et

et praedicabilis, de quo immediate praedicatur praedicatione formali, et directa, ac insuper tamquam de termino inferiori. Ergo rationale v.g. quod ut vidimus est semidifferentia infima, et differentia in adaequate subalternam, praedicatur de specie quam constituit (de homine v.g.) immediate praedicatione formali et directa, ac insuper praedicatur ut superius de inferiori, ergo differentia quae est semiinfima, et inadaequate subalterna constituitur in ratione praedicabilis in ordine ad speciem quam constituit. Syllogismus est in Barbara: et maior evidens. Probatur minor: quia omnis differentia quae est inadaequate subalterna et semiinfima, non praedicatur convertibiliter, de qualibet adaequata specie quam constituit. Ergo insuper praedicatur de aliis speciebus de quibus repugnat praedicari illa species, v.g. rationale de pluribus praedicatur quam homo. nam etsi bene valeat est homo ergo rationalis, non tamen valet est rationale ergo homo. potest enim esse Angelus vel alia species possibilis rationalis: ergo praedicatur ut superius, alias etiam ut constat immediatius de specie quam de individuis praedicatur. ergo vera est praedicta minor. ac proinde differentia quae est inadaequate subalterna et semidifferentia infima constituitur in ratione praedicabilis in ordine ad speciem quam constituit. 20

Replicabis. quod prima pars huius conclusionis non cohaeret cum 1a conclusione immo neque cum 2a parte huius conclusionis quod sic suadetur. quia tertium praedicabile est species infima praedicabilis, et proinde omnes differentiae quae partialiter constituunt hoc praedicabile debent habere eundem modum eius constitutionis, et a simili fit in quolibet alio praedicabili, v.g. quodlibet genus cuius inadaequate quod tamquam genus in completum integrat primum praedicabile, eodem modo constituitur etiam in ratione praedicabilis ac aliud: omnia enim genera de speciebus praedicantur immediate, et in ordine ad species constituitur. similiter omnes infimae species, relative ad individua, ergo et omnes differentiae debent eundem tamen habere. 21

Quod insuper a priori probatur quia cum tertium praedicabile sit relativum et relativa inor

dine ad terminum constituenda, specificanda, et distinguenda. Si intentio praedicabili est termini diversi ordinis, tertium praedicabile non erit infimum, sed subalternum.

22 Quare sic est differentia adaequata subalterna, non inordine ad species, quas constituunt sed inordine ad inferiores species, ergo una vero differentia semi infima et inadaequata subalterna inordine ad species quas constituit constituitur in ratione praedicabilis. ergo non cohaerent hae conclusiones.

23 Difficilis replica ab illa tamen facile se expediret, qui differentias tertium praedicabile, non infimas sed subalternas species constituit. nos tamen hanc solutionem non possumus, vero ad illam Respondeo quod tertium praedicabile solum formaliter respicit ut terminum ad quem constituitur illum de quo immediate ut superius de inferiori praedicatur, omnis non alia diversitas conveniens de praedicato debet cum respectu omnium praedicatorum in quale quid. vero cum ut vidimus, differentia semi infima praedicatur ut superius de specie quam constituit; secus vero differentia adaequata subalterna, inde est quod debent, inordine ad diversos terminos, constitui.

24 Vel 2° possumus respondere quod cum differentia semi infima, sit non adaequata differentia et non praecedit differentiam adaequatam nomen est pro sic tertium praedicabile, sed similiter tamen praedicatur differentia inde est quod habet diversum modum constituendi ac differentia quae est adaequata differentia cum haec sit adaequata tertium praedicabile.

25 Secunda pars conclusionis probatur: quia illud complexum differentiale, quod est et constituit unum, et unica differentia infima non praedicatur ut superius de specie quam constituit, attamen de individuis sub specie contentis, tamquam quid superius praedicatur. ergo inordine ad individua, et non inordine ad species constituitur in ratione tertii praedicabilis ex dictis manet suasa conclusio.

§. IV

Examinatur quaestio, in hypothesi quod rationale v. g. sit adaequata differentia et resolvitur inordine ad quas constituitur in essentiali,

Q. 1.ª e. diff.ª infima constituit in ratione 26
universalis, et praedicabilis, in ordine ad individua, vel v.
in ordine ad species. Affirmo. Probo facile ex dictis probatur: quia
in ordine ad illud dicitur constituit aliquid in ratione universalis
et praedicabilis respectu cuius praedicatur ut superius. Sed differentia infi-
ma sic praedicatur de individuis, vel v. de specie. ergo differentia in-
fima constituitur in ratione praedicabilis in ordine ad species,
probatur: min. quia differentia infima convertitur cum sua specie, ergo non
est superior respectu illius. Quod patet: nam eo ipso praedicatur tamquam
quid aequale de aequali. ans. etiam constat. nam in propositione ista reci-
proca bene valet: Est homo ergo rationalis: est rationalis ergo homo. 27
Sed dices:
in ordine ad illud terminus constituitur differentia in ratione universalis
et praedicabilis, respectu cuius est proprie tertium praedicabile, sed tertium
praedicabile constituitur in esse talis in ordine ad species non
v. in ordine ad individua; ergo in ordine ad species et non in or-
dine ad individua constituitur differentia infima in ratione universalis
et praedicabilis. maior videtur certa et minor probatur: quia in ordine
ad illud dicitur constituitur tertium praedicabile, in esse talis respectu cuius
constituitur in ratione differentiae; sed tertium praedicabile constituitur in
ratione differentiae in ordine ad species. ergo respectu ad species, et non
in ordine ad individua constituitur tertium praedicabile in esse
talis. probatur: et explicatur maior probanda postea minor: quia ter-
tium praedicabile ut distinctum a ceteris est proprie differentia. ergo in or-
dine ad illud terminus constituitur tertium praedicabile in esse
talis respectu cuius constituitur in ratione differentiae. probatur ergo minor
quae probanda reliquitur. quia differentia solum non in esse talis duo
praecipua munia habet, quorum primum est in ordine ad genus,
aliud v. in ordine ad species. primum exercet dividendo, constituen-
do, secundum. Tunc sic, sed evidens quod non constituitur in ordine
ad genus, vel n. in ordine ad illud definitum; ergo restat quod
constituatur in ordine ad species. 28
Sed. Q.ª quia. tertium
praedicabile solum habet denominative esse differentia sumpta
denominatione fundamentaliter et originative a fundamento

Supra quod fundatur, formaliter vero tertium praedicabile et prout a logica consideratur est illud quod est quaedam species praedicabilis, et universalis, quod non vocatur differentia habet a fundamento quod nempe in linea metaphysica habet illud fundamentum hoc quod est distinguere, sicut genus formaliter et prout a logica consideratur est illud quod genus est quaedam species universalis, quae vocatur genus denominative, sumpta denominatione a fundamento originative, licet formaliter sit a secunda intentione genereitatis. quod et pariformiter accidit in aliis praedicabilibus. Unde ad primum argumentum resp. concessa maiori et neg. min. et ad probationem dist. mai. in ordine ad quae constituitur in ratione differentiae fundamentaliter et originative. nego mai. in ordine ad quae est differentia hoc quaedam species praedicabilis, quae vocatur differentia concedo mai. [struck through] et dist. min. eodem modo. et nego cons. vel aliis terminis dist. etiam mai. in ordine ad quae est differentia metaphysice nego. mai. logice concedo mai. sed tertium praedicabile est differentia in ordine ad species, metaphysice concedo min. logice nego min. et cons. munia enim illa metaphisice sumpta habet differentia in ordine ad genus, et in ordine ad species. munia vero differentiae logicae sunt diversa, scilicet non praedicari in quale quid tamquam quid superius quod solus exercet differentia infima in ordine ad individua.

29 Sed dices. in ordine ad illos terminos debet constitui differentia infima in ratione praedicabilis logice, respondeo cuius definitur differentia infima logice definitur in ordine ad species ergo in ordine ad illas, et non in ordine ad individua constituitur. mai. est evidens. et min. constat ex definitione differentiae relata a Porphyrio. est enim quae praedicatur in quale quid de pluribus differentibus specie;

30 Sed contra ergo etiam si debet differentia infima non fuit definita a Porphyrio, quia praedicta definitio solus convenit differentiis subalternis. qua ratione nos q. 10 negavimus differentias infimas. si ergo illas volumus definire debet esse in ordine ad individua hoc modo differentia infima est quae praedicatur de pluribus differentibus numero in quale quid.

quaestio

QUÆSTIO DECIMATERTIA.

Utrum diff.a analogice dividatur in Comm. per prius, et per posterius l. q. m.?

§. I

Prænotanda aliqua; quæ ad sensum quæstionis pertinent.

Primo notandum est quod diff.a pot. sumi dupliciter: primo intentionaliter, nempe, et secundo intentionaliter. Et primo intentionaliter adhuc dupliciter. nempe Physice, et metaphysice. Primo intentionaliter physice, sumpta diff.a est substractum maale, et in esse entis quod aparte rei quomodolibet distinguit: Primo intentionaliter metaphysice, est illud substractum, non ita maaliter, S. formaliter per ut fundat secundam intentionem diff. 1

Secundo pot. sumi diff.a secundo intentionaliter seu logice pro illo nempe artefacto Logicali, quod resultat ex secunda intentione diff. quæ differentialitas nuncupatur, et ex illo substracto metaphysice sumpto, ingrediente prima intentione in recto et substracto illo in obliquo. ut diximus agendo de diffinito in definitione generis. 2

Secundo notandum quod cum divisum in hac divisione sumitur primo intentionaliter, nempe physice, et in esse entis seu maaliter hæc divisio est analoga, sumitur n. divisum pro substracto illo præscindente ab omni substracto differentiali; atqui substractum differentiale maaliter sumptum aliquando est ens reale, aliquando ens rationis. aliquando substantia aliquando accidens. ergo hæc divisio erit analoga. Verum tota difficultas devolvitur utrum sumpta hac divisione primo intentionaliter, secundo nempe metaphysice, et secundo intentionaliter seu logice, qualis sit hæc divisio. 3

§. II.

Sit 1a Concl. Diff.a primo intentionaliter metaphysice sumpta analogice dividitur in diff.as Comm. per prius, et per posterius: Probatur Concl. quia illa est divisio analoga, in qua membra dividentia inæqualiter participant rationem divisi; sed membra dividentia huius divisionis inæqualiter participant rationem divisi; diff.a n. per prius, v.g. rationale, est quæ proprie et sim- 4

plicitèr facit differre, et quae simplicitèr exercet om-
nia differentiae, nempe dividere genus, et constituere species: aliae
vero differentiae propria nempe, et communis, solum accidentaliter faciunt
differre. ergo membra dividentia huius divisionis, analogice
discrepant divisum huius divisionis. atque in talis haec divisio est analoga.

4 §. III.

Secunda conclusio. sumpta differentia secundo intentionaliter
et logice, haec divisio est univoca. est D. M. Lerma
lib. 4. q. 13. sed probatur. quia illa est divisio univoca, in
qua membra dividentia aequaliter participant rationem divisi, sed si
differentia sumitur 2º intentionaliter membra dividentia aequaliter participant
rationem divisi. ergo est divisio univoca. probatur minor quia si differentia sumitur
2º intentionaliter non sumitur ut differentia metaphysice, sed prout est quoddam
species praedicabilis, sed in hoc quod est praedicari de suis inferiori-
bus aequaliter praedicatur differentia communis, ac propria vel propriissima. et sola
differentia propriissima pertineat ad hoc praedicabile, et differentia propria ad quartum
praedicabile, et communis ad quintum. ergo aequaliter participant rationem divisi.

5 Sed dices quod
strictae divisio logice adhuc est analoga, nam sola differentia est propriissima differentia
alia vero impropriae.

7 Sed dico quod aliud est quod omnium faciendi differre, solum
conveniat differentiae propriissimae aliud quod hoc quod est praedicari conveniat
illis solum. primum est verum, secundum falsum nam aliae differentiae communis, et propria
aequaliter praedicantur de suis inferioribus. ut patet. deinde differentia secun-
do intentionaliter solum sit denominative differentia et formaliter quaedam spe-
cies logica, et ratio speciei logicae simpliciter omnibus illis spectat inde
est quod illa divisio est univoca.

~~QUAESTIO DECIMA QUARTA.~~

~~Sitne Proprium quarto modo sumptum, solum quartum praedicabile.~~

§. I.

~~Licet~~

CAPUT DE PROPRIO.

SUMMA TEXTUS.

Pauca de hoc quarto praedicabili adnotavit Porphyrius. in duas partes hoc caput divisit. in prima quasdam divisiones Proprij adnotavit. in 2a illud cum specie confert.

Circa Primum: Proprium quadrifariam ab ipso accipitur: Primo illud dicitur proprium quod soli alicui speciei accidit, sed non omni individuo: ut esse Medicum vel Geometram. Secundo est id quod convenit omni individuo illius speciei, non vero soli speciei: ut esse Bipedem, ~~[illegible]~~, Tertio quod convenit omni et soli individuo illius speciei, sed non semper: ut Canescere. quod convenit omni homini non tamen semper, sed in determinato Senectutis tempore. Quarto quod convenit omni, soli et semper. ut risibile respectu hominis. Et notat Porphyrius quod risibilitas non debet sumi pro actu ridendi, quia adhuc illum convenit aliquando, sed pro risibilitate proxima.

Circa secundum subdit Porphyrius quod Proprium hoc 4o modo sumptum est proprie Proprium, proinde quod solum illud constituit hoc quartum praedicabile. Et ait Porphyrius quod hoc proprium conversim dicitur cum Specie. Siquidem n. homo est risibile est, et siquid n. risibile est homo est.

Tandem nota quod Porphyrius cognovit proprium proprium infimum, illud nempe quod conversim dicitur cum specie infima, et proprium subalternum, quod n. convertitur cum specie subalterna convertitur. nota hoc ad persuadendum ex mente Porphyrij nullas dari differentias infimas incomplexe sumptas.

QUAESTIO DECIMAQUARTA

Utrum solum proprium quarto modo sumptum, sit quartum praedicabile?

§ I

Licet facile percipiatur quod solum proprium quarto modo sumptum

est solum quartum praedicabile, et quod alia tria pertinent ad quin-
tum praedicabile, tamen quia nonnulli contendentes, etiam alia propria
ad quartum praedicabile pertinere ideo hanc quaestionem instituimus
licet ab illa facile nos expediamus.

2 Sit Conclusio. Solummodo proprium quarto modo sum-
ptum constituit hoc quartum praedicabile. Haec conclusio cum sit ex
clusiva habet quatuor partes. Haec conclusio quoad omnes suas partes
est Arist. lib. 1. topic. cap. 4. ubi loquendo de proprio ait: Proprium est
quod non indicat essentiam rei, et soli inest, et conversim praedicatur.

3 Est etiam ex Porphyr. hoc cap. 5. sicut vidimus ait quod
proprium est quod convenit omni soli et semper. Colligitur etiam ex D.
Th. opus. 48. ubi loquendo de proprio quarto praedicabili ait proprium
praedicatur per se in secundo modo dicendi per se, de specie cuius est proprium
sed hoc solum verificatur de proprio quarto modo, ergo proprium quarto
modo est solum quartum praedicabile.

4 Ratione probatur: nam illud habet
rationem quarti praedicabilis sicut distinctum ab aliis praedica
bilibus quod habet proprie rationem proprii, quartum enim
praedicabile proprium est. Sed solum proprium quarto modo habet
rationem proprii simpliciter. ergo solum proprium quarto modo
sumptum est proprie quartum praedicabile. maior explicatur
exemplo et paritate tertii praedicabilis, nam sola illa differentia
constituit tertium praedicabile, quae est propriissima differentia videlicet sola
sola differentia propriissima et non propria et communis pertinent ad ter
tium praedicabile. ergo similiter solum illud proprium quod
simpliciter habet rationem proprii constituet tertium praedicabile

5 Et a ratione probatur: eadem maior nam ideo differentia
propriissima pertinet ad quartum praedicabile illud quod constituit quia
sola illa praedicatur in quale quid, aliae vero solum in quale
ergo etiam solum illud proprium constituet tertium praedicabile quod
proprie et simpliciter praedicatur in quale inseparabiliter orta tamen
inseparabilitate ex praedicatis intrinsecis essentiae: ~~[illegible]~~

6 Probatur ergo minor
primi syllogismi, quae probanda relinquitur. Quia alia tria propria
simpliciter sunt accidentia communia, ergo solum proprium quarto modo
habet

het simpliciter rationem proprij, et inde illud solum con-
stituit quartum praedicabile. 7

Dices esse Medicum quod est exem-
plum appositum a Porphyrio explicando proprium primo modo
est strictissime proprium et proprietas humanae naturae, taliter ut hu-
manae naturae convenit quod soli illi convenit, ergo pertinet hoc 8
proprium ad hoc praedicabile et non ad quintum.

Respondeo distinguo antecedens esse Medicum
non est proprium simpliciter humanae naturae ut soli illi conveniat
concedo, est solum quid appropriatum, quod non sufficit ad rationem proprij
alias si sufficeret appropriatum alicui naturae esset proprietatem sequ-
eretur quod gratia est proprietas naturae intellectualis, quod nu-
llo modo potest dici. 9

Dices haec praedicatio Homo est medicus habet ma-
iorem perseitatem quam haec homo est albus. Ergo signum est quod esse Medi-
cum est strictissime proprium humanae naturae. 10

Respondeo distinguo antecedens ut probat maiorem perseitatem
hoc non sufficit ut sit strictissime proprium, nam esse Medicum non nascitur ex
principijs essentialibus, sed ex dispositione materiali nempe ex condi-
tionibus individualibus, et ex voluntaria applicatione, quod non suf-
ficit ad rationem proprij, quod etiam instatur in habitibus caeto-
ris qui licet soli humanae naturae conveniant tamen non sunt proprietates strictae a-
liquae naturae ordinantur per se ad malum, et quia illi habitus generantur ob
indispositionem materiae ideo dicitur quod non sunt proprietates.

Dices quod bipedale 11
est proprium strictissime sumptum naturae non minus necessario praedicatur de hoc
esse bipedem quam esse risibile. 12

Respondeo distinguo antecedens esse bipedem non nascitur ab intrin-
secis praedicatis hominis, sed a dispositionibus materialibus, sive a tem-
peramento humanae naturae exigente illam organicam dispositionem. Nam
essentia metaphysica hominis intelligitur perfecte absque eo quod
intelligatur bipedalitas. Non vero potest intelligi absque eo quod intelligatur
cum exigentia risibilitatis, siquidem ex ipsa ~~[illegible]~~ rationalitate nas- 13
citur ad mirabilitatem, et risibilitatem.

Dices quod camitici quae apponitur

ut exemplis proprij tertio modo, est stricte proprietas hominis, et similiter actualis motus corporis in gravibus, et levis in levibus. nam illa accidentia sunt stricte proprietates quae dimanant ab essentia; at accidentia sunt accidentia quae realiter dimanant ab essentia ergo sunt stricte proprietates.

14 Solutio vero quod illa accidentia non dimanant ab essentia realiter nulla facta suppositione accidentali, sed facta aliqua accidentali suppositione, nempe essendi indeterminato tempore senectutis in homine, et in gravibus et levibus essendi extra centrum: sed non sufficit ad rationem proprij

15 Ulterius probatur Conclusio quia illud est strictius proprium quod praedicatur convertibiliter cum specie, sed solum proprium quarto modo convertibiliter cum specie praedicatur. ergo solum proprium quarto modo est proprium

§ II.

Corollaria observatu digna.

16 Primo infertur Proprium subalternum constitui in ratione quarti praedicabilis non in ordine ad speciem subalternam respectu cuius est proprium et cum qua convertibiliter se habet, sed in ordine ad species inferiores quia respectu illarum solum praedicatur ut superius.

17 Infertur 2° Proprium infimum constitui in ratione praedicabilis in ordine ad individua non vero in ordine ad speciem cuius est proprium, et cum qua convertibiliter se habet, eadem ratione, quia nempe solum praedicatur ut superius respectu individuorum.

18 Inferes 3° quod Proprium subalternum et infimum non constituunt duo praedicabilia sed unicum. quod a paritate differentiae subalternae et infimae constat. et insuper ratione quia nempe utrumque habet eundem modum praedicandi nempe inaequaliter inseparabiliter.

19 Infertur 4° divisionem Proprij a Porphyrio assignatam, et si primo intentionaliter metaphysice sumitur pro substractis quae denominantur secunda intentione proprij, nempe proprietate, esse analogam quod constat quia non omnia sunt simpliciter propria.

20 Inferes 5° quod si Proprium sumitur secundo intentionaliter et logice dividitur univoce in quatuor illa propria. quod ex paritate differentiae constat quia quod proprium logice sumitur

proprium

genus est quedam species universalis, vel praedicabilis; atqui omnia genera aequaliter sunt praedicabilia. Item non omnia pertineant ad 4um praedicabile, scilicet solum genus 4o modo. Ergo omnia illa aequaliter participant rationem praedicabilis. Et inde illa divisio est univoca, quod autem non omnia denominentur simpliciter genera, hoc non sufficit quia rectio non est essentialiter esse proprium ad hoc ut sit praedicabile, hoc non praedicabili denominative, et accidentaliter convenit.

CAPUT DE ACCIDENTE

SUMMA TEXTUS.

Duo in hoc cap. facit Porphyrius. Primo triplicem accidentis definitionem assignat. Secundo eius divisionem.

Circa primum ait quod accidens definitur: quod potest adesse, et abesse subiecto praeter subiecti corruptionem. Secunda: quod contingit eidem rei inesse, et non inesse. Tertia: accidens est quod neque est genus, neque differentia neque species, neque proprium. semper autem est in subiecto inhaerens. Quas definitiones forte assumpsit Porphyrius ex Arist. 1. Topic. c. 9.

Circa 2um ait Porphyrius: quod accidens aliud est separabile. aliud inseparabile. ait enim dormire quidem separabile est. nigrum vero esse inseparabile Corvo et Aethiopi accidit.

§.

Praeter sex enumerata capita, in quorum primo Prooemium, et aliis suo ordine quinque praedicabilia explicuit Porphyrius, septimum construxit caput (quo isagoge finem imposuit). et in hoc septimo cap. omnia praedicabilia confert ad invicem inter se, et quae habeant communia explicat. simulque in quo inter se differant. nos vero quoniam ex eo quod in quolibet praedicabili in particulari dicitur constat quae communia et quae differentia habeant omittimus septimum caput explanare.

QUÆSTIO DECIMA QUINTA.

Utrum Porphyrius recte tradiderit definitionem et divisionem accidentis quarti prædicabilis.

§. 1

Prænotanda non nulla.

1 Suppono 1.º quod accidens pot. sumi late, et stricte. accidens late sumptum solum est tale verbaliter, et in re est substantia ut vestis dicitur accidens hominis, licet in re sit substantia accidens vero proprie sumptum pot. sumi dupliciter aliud est accidens prædicabile, aliud est prædicamentale, accidens prædicabile est omne illud quod contingenter prædicatur de subiecto licet in re sit substantia. sic existentia v.g. dicitur accidens essentiæ licet in re sit actus essentiæ quo ipsa essentia completur in linea essendi. accidens vero prædicamentale est illud quod collocatur in aliquo ex novem prædicamentis definiturque sive describitur per esse in alio.

2 Secundo supponendum est quod quod in hoc cap. non loquitur Porphyrius de accidente in re Metaphysice considerato, sed de illo prout contingenter prædicatur, et prout hoc sensu prædicabile constituit. videlicet accidens dupliciter pot. considerari primo secundum se, et hoc modo sumptum pertinet ad alias scientias secundo pot. considerari prout induitur secunda intentione accidentalitatis, et de illo hoc modo sumpto agimus in præsenti. et inquirimus utrum recte definitum sit a Porphyrio.

3 Circa quod est duplex sententia 1.ª negativa quam sequuntur Laurentius Valla. Hurtado, et Arriaga. in quod etiam inclinat Oviedo. existimantes esse actum Religionis opponi Porphyrio: quasi idem esset esse malum Christianum, ac malum dialecticum. defenditur est a quam plurimis Porphyrius non in Religione, sed in dialectica. illum non sequuntur D. Thomas et alii Sancti. videlicet non debet impugnari definitio accidentis quæ a Porphyrio fuit tradita. presertim cum eandem definitionem et fere eisdem terminis tradat Arist. 1. Top. cap. 4.

Secunda

Secunda sn. e affirmativa et sorix defendit ab 4
omnibus alijs. 5

Sit Prima et 1o accidens praedicabile optime definitur a Porphyrio. hic et 1o non aliter melius pot. defen
di quam solvendo argta quae 2o illa obiicere consueverunt. Sed adhuc
prob: qa accidens praedicabile ut distinctus ab alijs praedicabilibus
a proprio e quod praedicatur contingenter et n. necessario connexus cum
essa S. eo ipso pot adee et abee a subiecto absque subiecti corrup-
tione. ergo accidens quintus praedicabile optime definitur a Porphyrio.

Sed dices ut ali 6
qua definitio sit bona debet convenire suo definito; Sed definitio
accidentis a Porphyrio tradita n. convenit suo definito ergo n. e bona.
prob: min. nam nigredo respu corvi et albedo respu cygni sunt
accidentia quae ad hoc quintus praedicabile pertinent, et quae
ab ipso Porphyrio annumerantur et ad hoc praedicabile contingere
dixit. (accidens n. inseparabile ad hoc praedicabile pertinet cum accidens
ut sic in inseparabile, et separabile dividatur) Sed albedo respu cyg-
ni, et nigredo respu corvi nequeunt ab ee absque illorum corruptione
ergo praedictis accidentibus n. convenit definitio tradita a Porphyrio. 7

Sed Dico argo hac
definitio tradita a Porphyrio etiam convenit accidenti inseparabili. ad
instantiam de albedine respu cygni, et de nigredine respu corvi dico quod
accidentia illa poss abee a suo subiecto intentionaliter, et n. physice
quod sufficit ad salvandum intentum Porphyrij nempe quod accidens
praedicetur contingenter. siquidem ipsum per intellectum separatur ab illis. 8

Sed replicabis
Si solutio tradita eet vera sequeretur quod haec definitio accidentis
conveniret proprio quarto praedicabili, atqui hoc etiam nequit ee
alias diceret ex alio capite mala nempe quia conveniret alijs a
definito ergo praedicta solutio nulla e. sequella prob: quia etiam di-
sibilitas v.g. pot. separari ab homine et n. physice per intellectum
ergo conveniret proprio definitio accidentis 9

Sed Dico argo quia divisibilitas solum
pot. separari ab homine abstractione pure praecisiva n. v. per enun-
tiativa, at v. nigredo a corvo enuntiative per intellectum

pot. separari, verificatur non essentia sine qua abs se eo quod intelligatur non
gredo, neque ordo essentialis ad illam, ordo quae convenit in gredimus habet
orta a conditionibus individualibus non vero a principijs essentialibus et
vero accidit in risibilitate respectu hominis. orta non risibilitas a principiis essen-
tialibus: vero neque per intellectum pot. separari risibilitas ab homine abstrac
tione enuntiativa, sed solum modo abstractione pure ~~~~~~~~~ praecisiva

§ 11

Proponuntur, et diluuntur argumenta.

1. Mors, et corruptio cuiuslibet rei sunt accidentia respectu illorum, praedicantur non
accidentaliter: haec non praedicatio est accidentalis Petrus mortuus est. equus est
corruptus. et illis accidentibus non convenit definitio accidentis tradi
ta a Porphyrio. ergo definitio accidentis tradita a Porphyrio non est
bona. mai. inter supponendum manet probata. probatur: ergo min. quia illa ac
cidentia non possunt adesse subiecto absque illius corruptione. ergo non conve-
nit illis definitio accidentis.

2. Respondeo concedo quod mors, et corruptio non sunt accidentia
respectu Petri, et equi vel leonis, sed praedicata repugnantia. videlicet
quia propositio in rigore dialectico est falsa. Petrus mortuus est. Leo
est corruptus. quod patet. quia propositio affirmativa sit vera exigit sup-
positionem extremorum pro exigentia copulae, atqui Petrus non est.
ergo non supponit pro exigentia copulae. ergo illa propositio in rigore dialectico
est falsa, vero quod communiter dicitur et ut verum affirmatur Petrus mortuus
verificatur illa propositio non dialectice sed retorice per figuram synecdochae
in qua sumitur pars pro toto, vero est idem ac dicere materia prima quae erat
Petri iam non est vivens sed mortua quae propositio non est accidentalis
sed necessaria cum cadaver sit necessario non vivens.

2. Opponeres et existentia prae
dicatur accidentaliter de qualibet creatura v.g. de Petro. (quia ra
tione in libris physicorum probamus existentiam distingui realiter ab
essentia) videlicet haec praedicatio est accidentalis et quinti praedicabilis
Petrus existit. atqui existentia non pot. abesse a Petro quin Petrus
corrumpatur; ergo male dicitur quod accidens praedicabile est quod
pot. adesse, et abesse subiecto absque subiecti corruptione

3. Respondeo quia existentia
licet sit accidens praedicabile est accidens inseparabile videlicet dicimus illa

idem

quod diximus de nigredine respectu Corvi potest ergo existentia separari ab essentia ut non physice absque essentiae corruptione intentionaliter seu per intellectum, non solum praecisive ut visibilitas sed etiam enuntiative ergo nulla est essentia creata quae habeat essentialem connexionem cum sua existentia neque essentia Angeli alias non posset Angelus annihilari a Deo quod plane est fluxusque falsum. 24

§ III.

Aliud argumentum proponitur et solvitur, ubi quomodo constituatur in ratione quinti praedicabilis explicatur.

Si definitio a Porphyrio assignata esset bona conveniret accidenti praedicabili; atqui huic non convenit ergo non est bona. explicatur maior quia hic Porphyrius quintum praedicabile explanavit, ergo quintum praedicabile definivit. ergo quinto praedicabili debet convenire definitio. probatur ergo minor. quia quintum praedicabile, ut et alia praedicabilia, debet constitui in ratione praedicabilis, in ordine ad plura, tamquam quae sibi inferiora; sed accidens non definitur in ordine ad plura, sed solum in ordine ad unum, nempe, in ordine ad Subiectum cui potest adesse et abesse. ergo praedicta definitio non convenit accidenti praedicabili, et inde non est bona. 24

Aliqui respondent quod Porphyrius non definivit accidens secundo intentionaliter, et hoc sed primo intentionaliter et metaphisice, unde nil mirum quod non definiatur in ordine ad plura. Sic M. Aguirre. 26

Sed contra quia data hac solutione remanet aliud argumentum insolutum nempe quod Porphyrius voluit quintum praedicabile explanare, et illud non definivit secundo intentionaliter qua sic est praedicabile. quod non facile credo. 27

Unde respondeo quod licet videatur prima inspectione, accidens non esse definitum in ordine ad plura sed in ordine ad unum, in revera est definitum secundo intentionaliter et in ordine ad plura. et ratio est quia Porphyrius non definivit accidens determinate, sed indeterminate, ut diximus de individuo, quod definivit individuum determinatum non determinate sed indeterminate unde sensus definitionis est accidens. ut sic, quod potest adesse et abesse subiecto indeterminato praedicatur accidentaliter de accidente determinato

sive de concreto accidentali determinato cui pot. adee et abee accidens absque ipsius corruptione .. v. g. .. albus ut sic, praedicatur de Petro albo et equo albo et de alijs albis, (posita in illis albedine vl. reduplicative, et in actu signato, s.c specificative et in actu exercito) accidentaliter, e quibus albedo pot. abee abs- que illorum corruptione. &

18 V. ex mente Porphyrij colligitur etiam haec definitio accidentis: accidens e quod praedicatur de pluribus con- tingenter. &

19 V. infertur quod quintum praedicabile pot. praedicari de pluribus sive differentibus Specie sive differentibus numero quae etiam ratione differt ab accidente proprio quod determi- nata respicit inferiora. = Et haec sufficiant ad expla- nationem isagoges Porphyrij Physicei.



LIBER QUINTUS DE ANTEPRÆDICAMENTIS.

Aristoteles, Stagiris, quapropter, Stagirita nuncupatus, (Cuius antepraedicamenta selegimus explicanda) in Macedoniæ Provincia natus. Nicomachus, Regis Macedoniæ Amintæ, Medicus, et Phæstis, eius parentes, atque a ab Æsculapio, dicitur originem ducere. Cuius rei fidem facit hoc epigrama in Aristotelem factum.

Matre creditur Phæstide, Nicomachoque parente
Stirpe Asclepiadum Divus Aristoteles.

Floruit temporibus Hieremiæ Prophetæ anno ante virginis partus trecentesimo vigesimo nono, iuxta Cronologiam Cardinalis Belarmini, vel ut indicat M. Soto, anno ante virginis partus trecentesimo octogesimo.

Ætatis suæ decimo septimo anno Athenas mittitur, ubi cum Socrate tres annos coniunctissime vixit, quo extincto, ad amicitiam Platonis se contulit, ad cuius disciplinas percipiendas diligentiam et industriam adhibuit permagnam, ita, ut omnibus Platoni discipulis antecelleret.

Neque audiendi ii, qui Aristotelem contra Platonem Lyceum aperuisse testantur, adhuc vivente Platone, cum egregia, filialique voluntate Aristotelem erga Platonem fuisse concinere videantur carmina quæ ipsi, Aristoteles consecravit, his verbis: Platoni

Ponit Aristoteles pius, hoc altare Platoni
Quem laudare nefas ora profana fore

Cum Platone ergo multis officiis, magnaque familiaritate viginti annorum spacio fuit coniunctus. Sed sinistre fingunt extur-

bantes pacis, contra Aristotelem dixisse Platonem: Aristoteles in nos recalcitravit, n. secus atque in matrem pulli geniti. Q. imquam ibi audiendi si, ac Aristoteles magistros collere vigilanter admoneat:

Postea a. in Macedoniam se contulit, ubi Alexandri Magister est constitutus, apud quem gratia florentissimus fuit. Vero eius patria, Stagiris nempe, quae eversa erat ab Alexandro fuit instaurata; Aristotele authore, quare propter Stagiritae Aristoteli festum celebrant, quod festum apud ipsos Aristoteleum nominatur, mensisque, in quo celeberrimus hic dies est dicatus, Stagiritis nuncupatur.

Ulterius est Aristoteles ab Atheniensibus est invitatus, vndeque ex Xenocrate Scholae Platonis praeficitur: Locus vbi Xenocrates edocebat, Accademia nuncupatur; vbi vero Aristoteles, Lyceus, est nominatus: sive ut alij sentiunt, Peripaton, quare propter Peripateticorum Princeps ferunt nuncupari, qui locus Peripaton dicebatur quia Aristoteles deambulando edocebat: Peripaton n. graece, ambulatorium Latine interpretatur. Hic per tredecim annos publice docuit ubi etiam ideas Platonicas impugnavit: fertur que dixisse: Amicus Plato, sed magis amica veritas.

Iterum ob graves Atheniensium mores Macedoniam repetijt, ubi apud Reges illam Provinciam gubernantes gratia floruit.

Quam multa utilia et admiratione digna Scripserit Aristoteles universus testatur Orbis. Supervixit Platoni (quem Coetaneum Hieremiae Profetae fuisse testatur S. Aug. lib. 2 c. 28) viginti tribus annis. Totumque eius vitae tempus brevi periodo sexaginta trium annorum descibitur fuisse, S. Proh! o crudelis Parcha, quae tot brevi spacio hominem aeternitate dignum evita vocavit! Luit in eum epigrammate Theocritus Chius ut ait Ambrion in libro de Theocriti vita in hunc modum:

Hermiae

Aeternis conuecti simul Bucephaliq. Sepulchris
Mente vacans [illegible] vacuum struxit Aristoteles
Hoc etiam tempore in Calabriis Demosthenes est functus fuit sub Phylocle. Proh. tempora! in quo tot sepulta fuerunt ingenia! =

SUMMA TEXTUS ARISTOTELIS.

§.

Antequam de Praedicamentis in particulari ageret Arist. Librum hunc in duos tractatus divisit Arist. in primo de quibusdam ad praedicamenta praesuppositis disseruit. in 2.° de ipsis praedicamentis egit in particulari.

Primus tractatus in quinque dissecavit capita. in quorum primo de aequivocis, (quibus adhaerent Analoga) univocis et denominativis disseruit, necnon et de divisione eorum quae complexione, et incomplexione dicuntur.

in secundo capite aliam divisionem, eorum nempe quae dicuntur, explicavit.

in tertio. Primam regulam ante praedicamentalem exposuit. illam esse dixit ut quidquid de quopiam ut de subiecto praedicatur, quae dicuntur de praedicato dicuntur etiam de subiecto.

in quarto secundam regulam ante praedicamentalem explanavit, et ait esse: diversa genera non subalternatim posita diversas specifice habent differentias, genera vero quorum unum sub altero collocatur, non inconvenit easdem habere differentias.

in quinto denique et ultimo divisionem entis in decem praedicamenta explanavit.

Nos ergo ut ad claritatem procedamus, in explanando hunc primum Arist. tractatum totum hunc consumemus librum, et ad secundi tractatus explanationem sextum instituemus librum.

Quæstio Prima.

De Æquivocis Univocis, et Denominativis. Atque recte assignentur a Philosopho.

§. I
De Æquivocis.

1 Philosophus in hoc primo cap. primo definit æquivoca, ubi notandum est quod Philosophus nomine æquivocorum comprehendit Analoga, nam cum analoga ut postea videbimus sint media inter univoca et æquivoca, et magis participent de æquivocis, cum ab illis diversitatem et ab univocis unitatem, et unitas facilius dissolvatur quam illi apponatur quælibet diversitas ideo æquivocorum nomine comprehendit Philosophus analoga.

2 Definivit ergo ~~Analoga~~ æquivoca sic: æquivoca sunt illa, quorum nomen est commune ratio vero substantiæ nomini accomodata est diversa. Ad cuius definitionis intelligentiam notandum est quod ut aliqua licet sint valde diversa, nam debent significari cum eodem nomine, vel voce, vel termino, ut v.g. homo sumptum quod significat hominem vivum, et pictum, (quod est exemplum philosophi) cum vero dicitur quod ratio substantiæ per hoc substantiæ non intelligitur aliquid contrapositum accidenti, sed substantia idem sonat ac essentia, vel quidditas, videlicet est idem ac dicere ratio vero substantiæ vel essentiæ, seu quidditatis, videlicet relinquitur quod nomen significans duo accidentia omnino diversa esset etiam æquivocum, ut v.g. relatio ut sic significat relationem realem, et relationem rationis. cum vero dicitur quod illa ratio significata per nomen debet esse diversa, intelligendum est quod illa res significatæ per illud nomen vel terminum sumptum quod significatur per illud nomen vel terminum debent esse omnino diversæ, et alias sumptum quod aliis terminis significantur habeant omnimodam convenientiam. v.g. canis marinus, latrabilis, et cælestis, sunt æquivoca sumptum quod significantur per hoc nomen Canis ut sumptum quod significantur per hæc nominibus, substantia Corpus etc. sint univoca et habeant omnimodam convenientiam

Ut de

V.º ut æquivoca diversificentur ab analogis, requiritur quod 3.º in prædicta definitione dicitur quod ratio substantiæ significata per nomen est diversa. Ly diversa debet intelligi simpliciter pro omnimoda diversitate. nam ut suo loco videbimus analoga non sunt omnino diversa. 4

Colliges quod ad æquivocationem non sufficit diversitas conceptus formalis sed insuper requiritur diversitas ex parte conceptus obiectivorum, nam ut vidimus, res significatæ per nomen nullam partem sic dicunt convenientiam, et inde quod nequeunt in unico convenire vel adunari conceptu obiectivo. 4

Colliges 2.º quod nomina significantia res omnino diversas dicuntur æquivoca æquivocantia, res vero significatæ per illa dicuntur æquivoca æquivocata. 5

Colliges tertio quod æquivocum ut sic prout abstrahit ab omni æquivoco bene potest definiri, nam prout sic denominative est univocum. 6

Colliges quarto quod quando Philosophus 7. Metaph. tex. 31 dixit "Sub genere posse latere æquivocationes" sensus est de æquivocatione physica non logica de qua ut hic sumitur.

§. II.

De Univocis.

Univoca sunt quorum nomen est commune ratio vero substantiæ nomini accommodata est omnino eadem. quæ definitio ex dictis patet. nam quorum nomen est commune, et ratio vero substantiæ intelligitur ut supra diximus de æquivocis. ratio vero substantiæ debet esse omnino eadem ut equus, leo et homo sunt quod significantur per hoc animal, vivens, corpus substantia significantur prout simpliciter conveniunt. 7 8

V. infertur quod univoca sunt quod significantur per nomen univocans habere non solum unius conceptus formalis sed etiam obiectivum qui conceptus est simpliciter unus.

§. III

De denominativis.

Textio in hoc eodem primo capite definivit Philosophus 9

denominativa hoc modo: denominativa sunt quae ab aliquo nominis denominationem habent solo differentia casu. ad cuius definitionem intelligentiam notandum est quod in quolibet denominativo concurrunt tria nempe ipsum nomen denominativum nomen scilicet, id est nomen vel vox sive terminus. Secundo forma denominans, et materiale subiectum denominatum. fortis v.g. dicitur et est denominativum a fortitudine. fortitudo est forma denominans; materiale subiectum denominatum est vel homo vel equus, vel leo vel aliquis, dicitur enim homo fortis, leo fortis, et sic de aliis. ipsum denominativum est fortis.

10 His positis quando in definitione dicitur quod denominativa habent denominationem ab aliquo per hoc ab aliquo denotatur quod forma denominans, quae est a qua denominationem habent, debet esse aliud quid, seu extra esse subiecti denominati, qua ratione fortitudo est extra essentiam subiecti denominati, videlicet humanus non est denominativum ab humanitate, neque humanitas non est extra esse humani et alia huius modi substantialia concreta hac eadem ratione denominativa non sunt.

11 Et ratio huius est quia denominativa constantur ex rebus diversorum praedicamentorum, videlicet idem est et sonat praedicatio denominativa accidentalis. requiritur ergo quod forma denominans sit extra essentiam subiecti denominati.

12 Tertio in definitione dicitur quod denominativum et forma denominans differunt solo casu, intelligitur cadentia seu terminatione qualiter differunt fortis et fortitudo, albus et albedo, neque in primordialibus conveniunt in terminatione differunt.,

13 Inferes ergo quod sunt tria genera denominativorum, primo dantur aliqua denominativa quae solum sunt talia grammaticaliter seu in nomine, in re videlicet vero logice denominativa non sunt. ut humanus ab humanitate, corporeus a corporeitate. = alia sunt denominativa sine re et ratione, non videlicet in nomine

ut

ut Studiosus a virtute, studiosus n. tam in primordialibus litteris quæ interminativis differt a virtute, S. tm hæc denominativa simpliciter ss denominativa, ad diversa n. prædicam.ta pertinent res denominata, et forma denominans. alia ss denominativa, quæ ss talia hnt nomen, hnt, et non rationes, ut fortis, albus, Musicus, doctus quæ omnia denominationes hent ab aliquo seu ab alio quid, sed a dictis abstractis, et retractus, seu fra denominans et subs denominatus, ad diversa pertineant prædicamenta.

Inferes seclun- L 9

do quod ctig. si fra denominans sit subst.a dummodo sit extra esse subiecti denominati, illud nomen erit denominativus, ut q.d. dicitur annulus aureus, vas argenteus et argentus et aureus sint substi q.a denominant subiectus de prædicam.to qualitatis et quantitatis, nempe formas et figuras annuli et vasis, ideo ss pfecte denominativa. L 5

Inferes sexto

hæc denominativa quæ simpliciter ss talia e in duplici diff.a alia n. ss denominativa intrinseca, q. nempe fra denominans, et sit extra esse e intrinseca, ut albus, forte, et alia. alia ss denominativa extrinseca, nempe illa quæ ides extrinseca denominante, ut esse visus, cognitus, dexterus.

§. IV.

Utilitas in cognitione æquivocorum, univocorum, et denominativorum explicata.

L 6

Cum Aristoteles in in hoc primo suo tractatu totus sit in explicando modus efformandi et construendi arbora prædicamentalia, ut nempe cognoscantur quæ ad prædicam.tus substs. quæ ad alia pertineant prædicamenta, ideo horum cognitiones præter misit ut cognoscatur quod æquivoca in genere talia n. explicant quæ ad unum, quæ ad aliud prædicamentus pertineant, econtra omnia de quibus univoce prædicatur Supremum genus cuiuslibet prædicam.ti ad id genus, seu prædicamentus attinent. cum hoc moderamine quod si

praedicatur tamquam quid completum de inferiori illius generis praedicamenti vel de eodem praedicatur tamquam quid incompletum sed tamen est genus, directe collocatur in illo praedicamento, si vero aliquod praedicatum univoce praedicatur de illius inferioribus, quod praedicatur incomplete, et non ut genus collocatur in illo etiam praedicamento, sed tamen ad latus et indirecte non vero in recto. cognitio ergo denominativorum deducit ut subiectum denominatum, ad unum praedicamentum, et forma denominans ad aliud reducantur.

17 Alias regulas arbores praedicamentalis construendorum tradidit Philosophus, tum et in hoc primo capite, tum et in aliis huius tractatus, sed tamen antequam ad illarum explanationem transeamus placuit, de analogis pertractare, quia non analoga valde confinia univocis et aequivocis, medium non inter illa obtinent locum, ut prius de analogis vnus fit nobis pertractare.

QUAESTIO SECUNDA.

De Analogis.

§ 1.

quid sit, et quomodo definiatur analogum?

18 Aristoteles analoga non definivit tamen ex eo quod Aristoteles analoga ad aequivoca reduxit facile colligitur analogorum definitio. analoga sunt quorum nomen est commune ratio vero substantiae per nomen significata est partim eadem, et partim diversa. primae particulae non aliter ac particulae definitionis aequivocorum, et univocorum sunt intelligendae. per id vero quod dicitur quod ratio significata per nomen est partim eadem, segregatur ab aequivocis, in quibus ratio significata per nomen non est partim eadem, sed omnino diversa, per illud et partim diversa segregatur ab univocis in quibus ratio significata per nomen non est partim diversa sed omnino eadem.

2 Infertur ergo quod analoga aliquid participant ab aequivocis, et aliquid participant ab univocis et inde est quod analoga dicuntur media inter univoca et aequivoca.

§ II

§ II quotuplex sit analogum

Primo analogum ut sic dividitur in analogum Physicum, in analogum Logicum. Analogum physicum dicitur analogum inaequalitatis: et definitur sic. analoga inaequalitatis sunt quorum nomen est commune ratio vero substantiae nomini accomodata est omnino eadem, inaequaliter tamen participata. Pro cuius intelligentia notandum est 3
quod inaequalitas participatio rationis communis potest provenire ex duplici capite vel taliter quod illa inaequalitas in participatione oriatur ab ipsa ratione communi, vel a differentiis particularibus et inferioribus contrahentibus, quo circa dicitur quod analogum physicum est in quo ratio communis inaequaliter participata intelligitur de inaequalitate orta a differentiis contrahentibus. vero ipsa ratio communis ex se aequaliter descendit.

Unde infertur quod analogum physicum 4
non est proprie analogum, cum logicus illam inaequalitatem non considerat, est enim analogum physicum, logice univocum, ut patet in hoc exemplo animal dividitur logice in rationale, et irrationale haec divisio sic logice sumpta univoca est, sed physice attenditur est divisio analoga nam physice perfectius participat rationem animalis homo quam equus.

Unde etiam infertur quod quando philosophus 5
dixit 10 Metap. tex. 26. quod corruptibili et incorruptibilibus nihil datur univocum. intelligitur physice loquendo non vero logice, et sic enim substantia, et corpus dicuntur de illis univoce.

Analoga logica sunt quorum 6
nomen est commune ratio vero substantiae inaequaliter participata, orta inaequalitate ab ipsa ratione communi.

Haec analoga Logica subdividitur, et alia sunt analoga proportionalitatis; alia vero attributionis, seu proportionis. analoga attributionis seu proportionis 7
sunt, quorum nomen est commune ratio vero significata per nomen est eadem tantum, et diversa secundum habitudinem ad illum. v. g. Sanum dictum de animali, urina, et medicina, licet enim omnia significent eandem rem, nempe sanitatem sed diversimode nam animal significat sanitatem, ut formam sibi intrinsecam, urina vero sig-

nificat Sanitatem, tamquam quid extrinsecum, cuius est Signum, et medicina similiter tamquam quid extrinsecum, cuius est causa. Animal est analogatum magis principale, cetera vero sunt analogata minus principalia, solum enim denominantur extrinsece sana.

8 Analoga proportionalitatis sunt illa quorum nomen est commune ratio vero subiecti significata per nomen est eadem proportionabiliter, vel est similis cum proportione. v.g. Principium respectu domus, cordis, vel respectu initii lineae, nempe puncti, nam ratio principii est in fundamento domus, in corde, et in puncto, sed non eodem modo, sed similitudinarie nam est fundamentum domus est principium domus in sua linea sic proportionabiliter cor est principium vitae in sua linea. Sive v.g. visio dicitur de actu intellectus, et de visione corporea, nam sicut intellectio est visio intellectualis, sic proportionabiliter visio corporea est visio. et sic de aliis.

9 Analoga proportionalitatis subdividuntur, et alia sunt analoga proportionalitatis proprie, ut patet in exemplis allegatis. alia sunt analoga impropria et metaphorica. ut risus, dicitur de risu hominis, et de amenitate pratorum viridantium, dicuntur enim prata ridere similiter leo dicitur de una specie animantium, et de Christo.

§. III.

De Proprietatibus analogorum Attributionis.

10 Primo ex dictis, et ex definitione analogorum attributionis infertur quod ratio analoga, est solum intrinsece in principaliori analogato in aliis vero solum extrinsece et per extrinsecam denominationem. ut patet in exemplo allato. Sanitas enim quae est quod significatur per hoc Sanum, solum est intrinsece in principaliori analogato nempe in animali in aliis vero nempe in urina, et medicina solum extrinsece.

11 Et probatur ratione deducta ex eorum definitione nam in praedictis analogis ratio significata per nomen est eadem secundum terminum, et solum diversa secundum habitudinem; sed si ratio analoga esset intrinsece in omnibus enim posset eadem secundum terminum, alioquin eadem forma reperiretur in multis per ultra subiecto, quod est chymera similis ideis Platonicis. ergo sequitur quod solum sit intrinsece in uno et aliis extrinsece.

Secundo

Secundo sequitur quod ratio analoga sit solum una numero, et non multiplex multiplicabilis. quod sequitur ex definitione, et ex prima proprietate, nam si ratio analoga non esset una numero sed multiplex multiplicabilis ratio analogata non posset esse eadem formaliter, neque intrinsece solum in uno, alias multiplices formae solo numero diversae essent in eodem subiecto quod repugnat. 12

Tertio sequitur quod in definitione analogorum minus principalium debeat poni analogum magis principale. nam cum tota essentia analogorum minus principalium sita sit in respicientia ad rationem communem analogam significatam per nomen, et haec ratio solum sit intrinsece in principaliori analogato inde est quod ~~ratio significata per nomen~~ in definitione analogorum minus principalium debeat poni analogum magis principale. 13

Ultimo infertur quod inter analoga non datur unus conceptus obiectivus, neque imperfectus, et ratio est quia solum datur unitas in conceptu obiectivo quae ex se inferiorum datur convenientia, et similitudo; et sic est quod haec analoga nullo modo conveniant cum primum analogatum solum habeat intrinsece rationem analogam, et alia habeant diversas respicientias. ergo non potest dari unus conceptus obiectivus saltem imperfectus. 14

Ex quo etiam infertur quod haec analoga sunt quasi aequivoca, et habent cum illis maiorem convenientiam quam cum univocis. 15

§. IV.

De proprietatibus analogorum proportionalitatis.

Primo infertur quod analoga proportionalitatis habent rationem significatam intrinsece in omnibus analogatis, ut patet in sunt principium, ratio non principii intrinsece reperitur in fundamento domus et in corde. 16

Infertur 2° quod ratio significata per nomen non est una numero, et inde infertur quod in definitione unius analogati non requiritur quod ingrediatur aliud. quid sit dicendum de conceptu obiectivo horum analogorum dicemus quando agemus de conceptu entis; unde etiam inferimus quod haec analoga maiorem convenientiam habent cum univocis quam cum aequivocis. 17

§. V.

Corollaria ex dictis.

18 Inferes quod omnes divisiones et subdivisiones supradictae analogorum sunt divisiones analogae, nam hinc divisio aliquando est analoga quando ratio significata non est omnino eadem, sed per prius et principaliter reperitur in uno et per posterius et minus principaliter in alio. Sed sic accidit in omnibus supradictis divisionibus, et subdivisionibus. Ergo sunt analogae.

QUAESTIO TERTIA.

De Causis analogiae.

§. I

Utrum dependentia unius ab alio, et inaequalis participatio in ratione communi sit sufficiens causa analogiae.

1 Primo notandum est quod dependentia potest esse in duplici differentia nam est aliqua dependentia solum talis in linea physica, ut filius dependet a suo Patre, et Leo genitus a generante leone. Et alia est dependentia Logica et metaphysica, nempe in ipsa ratione communi quando nempe rationem communem significatam per nomen, non potest quodlibet ex inferioribus participare sine dependentia ab analogato principaliori.

2 Supponimus ergo dependentiam solum physicam et materialem unius ab alio non causare analogiam, Pater enim et filius in esse hominis univoce conveniunt. Unde tota difficultas devolvitur ad examinandum utrum dependentia logica et metaphysica unius ab alio sit sufficiens causa analogiae.

3 Ut autem cum claritate procedamus suppono quod eo ipso quod datur dependentia logica unius ab alio necessario datur etiam inaequalis participatio ipsius rationis communis. nam eo ipso quod datur talis dependentia unius ab alio ratio significata per nomen per prius in uno, et posterius in alio reperitur, unde haec dependentia infert a priori inaequalem participationem unius ab alio itaut talis quod nequeat praescindi inaequalis participatio ab illa dependentia.

4 Quare ut magis percipiatur nota quod potest dari ex terminis

terminis, et pot. metaphysice intelligi inaequalis participatio unius ab alio, sive logica dependentia unius ab alio. sive sive eo quod per prius reperiatur ratio illa inaequaliter participata in uno quam in alio. 5

Quod etiam ut percipiatur notandum, quod illa inaequalis participatio vel pot. invenire in aliquo praedicato physice sumpto, id est inaequalitas illa solum reperitur physice, vel pot. invenire illa inaequalis participatio logice sive in ipsa ratione eorum, et hoc adhuc duplicitur primo taliter quod illa inaequalitas oriatur ex eo quod ratio ex se exigat descendere per prius ad unum extremum quam ad aliud, vel solum sit illa inaequalitas orta ex eo quod inferiora ut dicitur cum dependentia unius ab alio, nam per prius ratio superior ad unum quam ad aliud exigat descendere, non tamen descendit eodem modo ad unum quam ad aliud sed diversimode et proportionabiliter, et in suo modo, et tunc v.g. ratio entis exigit inaequaliter descendere ad Deum et ad creaturas, quia ~~[illegible]~~ creaturae dependent a Deo videlicet dependentia, infert a priori inaequalitatem. Primum ergo requirit per prius dependentiam unius ab alio logice, et etiam participatio alicuius rationis per prius et posterius, quin etiam detur inaequalitas logica. At vero ex terminis pot. dari inaequalitas logica sive dependentia unius ab alio, ut patet in hoc exemplo. principium v.g. inaequaliter participatur a fundamento domus, et a conclusione inaequalitate quae idem sonat ac propositiones non sunt principia eodem modo, sed quodlibet est in sua linea et suo modo et tamen unum non dependet ab alio. pot. ergo dari inaequalis participatio quin detur dependentia unius ab alio, ut non posset dari dependentia quin detur inaequalis, sive proportionalis participatio unius ab alio

His positis prima sententia asserit quod inaequalis participatio et dependentia formalis et logica unius ab alio non constituant analogiam sed opponitur cum univocatione perfecta. hanc sententiam tenent plures ex Societate et nobiscum Gebhardus Lince lib. 5. Metaph. tract. 203. 6

Secunda sententia extreme opposita asserit quod inaequalis, et proportionalis participatio, et dependentia unius ab alio infert analogiam. hanc tenent Doctores nostri praesertim Lince d. p. lib. 2. q. 1. art. 2. 7

8 Sit Prima Cl.° II inequalis participatio, esive proportionalis participatio, in participatione alicuius rationis entis etiam si reperiatur absque dependentia unius ab alio est sufficiens causa analogiae entis. est Thomistarum, et probatur: colligitur tum ex philosopho, tum ex D. Thoma, nam uterque ex proposito docent quod ens est analogum ad decem praedicamenta, alias praedicamenta non essent genera supprema; atqui ens ideo est analogum quia inequaliter participatur et proportionabiliter participatur, nam est si una accidentis per substantiam dicatur non solum dependentia [illegible] physica sed logica et metaphysica; non tamen accidens ut sic quod etiam est analogum dicitur habitus et alia novem praedicamenta accidentis non essent genera suprema, et tamen unum accidens essentialiter et a se sic non dependet ab alio, alias in definitione unius accidentis ingrederetur alius, ergo est quia ens ut sic, et ad decem praedicamenta et accidens ut sic respectu novem praedicamentorum inequaliter participantur ab inferioribus.

9 Et ratione probatur: Quia eo ipso quod in aliquibus inferioribus datur inequalis, seu proportionalis participatio rationis entis, talis ratio superior, est partim eadem et partim diversa, ergo illa inequalis participatio seu proportionalis participatio est sufficiens causa analogiae. antecedens probatur: quia eo ipso quod datur inequalis, seu proportionalis participatio non datur aequalis et omnimoda participatio, [illegible], sive etiam non datur omnimoda diversitas in participatione illius rationis entis; sed sic est quod sola omnimoda unitas seu aequalitas ex una parte, et ex alia omnimoda diversitas, est quod tollit quod illa ratio entis non sit partim eadem et partim diversa, ergo illa ratio inequaliter, et proportionabiliter participata est partim eadem et partim diversa, et inde analoga.

10 Sit secunda Cl.° esi per impossibile aliqua ratio entis participaretur ab aliquibus inferioribus omnino aequaliter, sed tamen cum dependentia unius ab alio, illa ratio entis non esset analoga, sed univoca, et inde quod sola dependentia praecisive sumpta non est sufficiens ratio ad causandam

analogiam

analogiam. Dixi, si per impossibile q. ex terminis videtur repugnans quod detur dependentia in participatione alicuius rationis &c. & quod etiam non detur inaequalis participatio illius rationis communis. vidimus n. quod dependentia in participatione infert a fortiori illam inaequalem seu proportionalem participationem. Haec doctrina licet non videatur ita expressa in autoribus thomistis, tamen aliqui praecipue [illegible] Lerma in log. lib. 6. q. 14. n. 1. & Domin. Lince. 2. p. lib. 2 q. 1. ar. 2. n. 5 illam sic videntur statuere, est n. ergo haec doctrina contra praedictos authores, sed mihi videtur certa. 11

Probatur ratione a priori, q. si per impossibile daretur dependentia in participatione alicuius rationis superioris, & tamen illa ratio omnino aequaliter participaretur, non esset illa ratio partim eadem, & partim diversa sed omnino eadem ergo non esset analoga, sed univoca, antecedens probatur: q. q. implicat stare omnimoda aequalitas in participatione alicuius rationis communis, & quod illa ratio communis non sit omnino eadem, sed eo ipso quod sit omnino eadem, non est partim eadem, & partim diversa ut per se patet. ergo non esset analoga, sed univoca. min. est evidens, alias duae contradictoriae essent verae. maior etiam videtur certa. ideo n. animal est univocum ad sua inferiora q. omnino aequaliter participatur, quia stante omnimoda aequalitas in participatione, sequitur illa ratio non esse omnino eadem.

12 Sed dices quod dependentia quae supponimus ita re faceret quod ab inferioribus participaretur prius et posterius sive faceret quod non omnino aequaliter participaretur. ergo esset partim eadem, & partim diversa.

13 Sed contra q. si reperitur sola dependentia ad summum faceret quod illa ratio participaretur per prius ab uno, & per posterius ab alio, sed tamen omnino aequaliter, per inde esset univoca, sicuti possumus dicere quod animal per prius ab homine & per posterius ab equo, & leone, participatur. & tamen est univocum. suppono ergo quod animal non per prius ab uno, & per posterius ab alio participatur sed appono illud exemplum ut clarius.

14 Sed dices quod si per impossibile daretur hypothesis facta illa ratio communis esset & non esset analoga

esset q. cum dependentia, et prius et posterius participaretur, non esset q. omnino equaliter participaretur.

15 Secundo quia mihi videtur illius sequi non esse analogam, quia stante omnimoda equalitate in participatione, illa participatio per prius et posterius, etiam si oriretur ab ipsa ratione, non esset materialiter adinventa, et non formaliter, et inde non destrueret univocationem nec causaret analogiam

§. III.

Quid sit dicendum de transcendentia?

16 Sola transcendentia non est sufficiens causa analogiae, est contra plerosque Thomistas. Et probatur ratione apriori. Et ut intelligatur nota quod quando dicimus, sola transcendentia, Ly sola, cum sit particula exclusiva idem sonat ac si dicamus et si per impossibile reperiretur aliqua ratio omnis transcendens, et non illa ratio, equaliter participatur ab inferioribus, et sine dependentia unius ab alio, illam rationem dicimus esse univocam et non analogam, Authores non Thomistae quos vidi licet videantur quod in praedicto asserunt de sola transcendentia, praecisive, et formalissime sumpta, sed in probationibus ad inferendam analogiam recurrunt ad inequalem participationem, ut legenti attente constabit et inde non videntur concludere.

17 Probatur ergo apriori. quia stante transcendentia, si alias illa razão omnino equaliter participatur, illa razão, non est partim eadem, et partim diversa sed est omnino eadem, ergo univoca, et non analoga. ans probatur: quia univocatio solum exigit quod illa ratio omnimode equaliter participetur ergo si transcendentia sumitur formalissime sola, et cum praecisione a quolibet alio praedicato non causat analogiam.

18 Si dices quod eo quod razão ~~analoga~~ superior sit transcendens, etiam si sumatur praecisive a quolibet alio praedicato, illa razão includitur in inferioribus secundum quod conveniunt, et differunt inter se, ergo est partim eadem, et partim diversa, consequentia patet quia secundum quod includitur in praedicatis in quibus conveniunt est eadem: secundum vero quod includitur in praedicatis in quibus differunt est diversa, ergo est partim eadem, et partim diversa. ans vero videtur

videtur nõ. minus evidens, quia implicat quod illa ratio sit transcendens, et quod nõ. includatur in praedicatis in quibus inferiora conveniunt et in praedicatis in quibus ipsa inferiora differunt. ergo illa ratio est analoga, et nõ. univoca. 19

Confirmatur quia etiam si illa ratio sit transcendens quinimo includatur in praedicatis in quibus conveniunt inferiora, et in praedicatis in quibus differunt, tamen formaliter nõ. includitur in differentiis inferioribus sed quia iis rationes differendi sunt genus, iis rationes conveniendi in illo praedicato transcendenti, et supponitur ... quod conveniunt in ratione entis, veri, et boni, quae transcendentia praedicata si sint quaedam, aequaliter participari ab inferioribus, etiam si includantur in differentiis nõ. includuntur in illis sed quia faciunt differre, et expresse, sed implicito, et sed quod in illis conveniunt, et transcendentia sola praecisive ab omni alio praedicato potest [illegible] analogiam causare nõ. sufficit illam causare. quia potest quia tunc casus illa ratio entis omnino aequaliter, absque dependentia, et ut omnino eadem participatur, ergo nõ. est analoga tunc casus. 20

Dices quod sed tamen [illegible] ideo ratio entis est analoga quia transcendens, ergo sola transcendentia causat analogiam. 21

Solutio. Distinguo antecedens ideo praecise nego. ideo et praecipue quia participatur ab inferioribus nõ. omnino aequaliter, sed inaequaliter, proinde ut partim eadem et partim diversa.

Replicabis, quia etiam sed tamen accidens sic est analo- 22
gum ad novem praedicamenta et tamen in illo nõ. reperitur alia causa analogiae nisi sola transcendentia, ergo sola transcendentia est sufficiens causa analogiae. 23

Solutio. Distinguo quia in accidente ut sic respectu novem praedicamentorum, nõ. solum reperitur transcendentia sed proportionalis participatio, seu inaequalis, nõ. quia in quo inaequalis idem sonet ac nõ. esse omnia illa simpliciter accidentia, sint nõ. omnia illa accidentia simpliciter, sed nõ. iis eodem modo accidentia sed proportionabiliter. Videlicet ideo ratio accidentis utrique est analogus quia datur inaequalis seu proportionalis participatio, nõ. vero quia

e transcendens, quo ex primo ad ultimum sequitur quod illa transcendentia non sufficit ad cadendum analogiam.

QUAESTIO QUARTA.

De Entis analogia.

§. 1

Praemittuntur aliqua.

1 Supponimus primo ens ut sic in tota latitudine acceptum dividi in ens reale, et rationis. Et ens reale ut sic subdividi in ens reale creatum, et in ens reale increatum, et tertio ens reale creatum dividi in substantiam et accidens, sive in ens per se et in ens in alio, quarto ens rationis subdividitur in ens rationis cum fundamento in re, et in ens rationis absque fundamento in re, quinto ens rationis subdividitur in relationem, et negationem. Sexto, subdividitur negatio in negationem communiter dictam, et in negationem specialiter dictam, nempe in privationem, de quibus divisionibus et subdivisionibus entis rationis iam diximus lib. de ente rationis. nunc ergo dicemus de aliis divisionibus et subdivisionibus

2 Supponimus primam divisionem entis ut sic in ens reale et rationis esse aequivocam, quia illa habent nomen commune in aliis praedicatis omnino differunt.

3 Tertio supponimus divisionem entis realis in ens reale creatum, et increatum, et subdivisionem entis realis creati in substantiam et accidens sive in ens per se et in ens per accidens sive in alio, esse analogam divisionem. quod patet. 1º quia alias ratio entis esset genus ad Deum et ad creaturam, et ad decem praedicamenta quae omnia repugnat. 2º quia alias Deus et creatura essent aequales in aliquo, et quia etiam Deus componeretur ex genere et differentia. 3º quia alias decem praedicamenta non essent genera suprema

4 Secundo quia ratio entis non est omnino eadem, respectu suorum inferiorum, sed partim eadem et partim diversa, neque etiam ratio entis est omnino diversa, conveniunt non saltem proportionaliter nam quodlibet est ens suo modo et in sua linea qua est.

e convenientia proportionali, et inde analogum. V. ita dif- 178
ficultas devolvitur ad inquirendum, et investigandum qualem analo-
giam habeat ens reale respectu suorum inferiorum.

§. 11.

Qualem analogiam habeat ens respectu suorum inferiorum.

Circa quod est triplex sententia prima asserit ens esse solum attributionis 5
hanc tenet Vazquez 1. p. tom. 2. disp. 27. c. 20. Suarez. tom. 2.
metaph. disp. 28. sect. 3.

Secunda asserit esse solum analogum propor- 6
tionalitatis propriae, et ad summum esse analogum attributionis extrinsecae, quia
nempe inferiora analogata dicunt habitudinem ad principale ana-
logatum. ita N. M. S. Thomas. in 1. p. q. 13. a. 4. et q. 14. a. 3.

Tertia asserit ens esse analogum formaliter utraque analogia propor- 7
tionalitatis et attributionis, sed analogia attributionis supponere
necessario analogiam proportionalitatis ut fundamentum. ita fere omnes Tho-
mistae, praesertim M. Serna. Godoy. Vince, Barro et alii.

Sit conclusio 1a. Haec ultima et tertia sententia est vera. Explicatur: quoad 8
primam partem, quia ratio analoga, nempe ratio entis intrinsece reperi-
tur in omnibus analogatis, ergo est analogum proportionalitatis proprie.
Confirmatur ex dictis, et inde 1a sententia nullum habet fundamentum.

Quoad 2am partem 9
probatur quia creaturae in ordine ad Deum, et accidens in ordine ad
subiectum habent omnes conditiones ad analogiam attributionis, ergo sunt
analoga attributionis. explicatur antecedens. 1o quia definiuntur illa in ordine
ad Deum, et haec in ordine ad subiectum. 2o quia comparantur illae tam-
quam si non essent respectu Dei, iuxta illud omnes gentes quasi non sint Isaias
et iuxta illud nemo bonus nisi solus Deus, et accidentia comparantur simi- 40
liter ut si non essent cum totum suum esse habeant dependenter a subiecto, ergo Luce. 18.
sunt analoga attributionis.

Dices quod creatura formalissime 10
quia analogum attributionis est effectus Dei, sed quia est effectus Dei
est intrinsece ens, ergo solum ens est analogum proportionalitatis, 11

Sed contra quia ex eo
quod creatura sit intrinsece ens solum sequitur quod positive
sit ens analogum proportionalitatis, non vero formaliter creaturae

respicit Deum, ergo quatenus sic solum explicat respicientiam, quae non explicite non dicit intrinsecam entitatem Sed Supponit. Ergo quatenus sic exit analogum attributionis.

12 Dices 2° quod videtur implicatorium quod analogia proportionalitatis habet diversas et oppositas conditiones ac analogia attributionis.

13 Sed contra Respondeo solum probat quod ens pro formalitate sub qua est analogum attributionis nequeat esse analogum proportionalitatis quod libenter fatemur.

14 Replicabis ratio ex alio capite desumenda quod ens non analogum proportionalitatis, quia analogia proportionalitatis exigit necessario quod analogatum magis principale non ingrediatur in definitione analogati minus principalis. Sed creatura nequit definiri quin sit in ordine ad Deum et inde quin Deus ingrediatur eius definitionem. Et similiter accidens in ordine ad substantiam. Ergo est ergo est ens solum analogum attributionis.

15 Sed contra Respondeo hoc esse verum de definitione adaequata creaturae, et accidentis si non adaequate definiuntur cum ens sit etiam analogum attributionis exigit quod, quatenus est creatura analogatum minus principale attributionis ponatur Deus in eius definitione; at vero si creatura vel accidens definiuntur solum pro quo sit analogatum analogia proportionalitatis possunt patet sic definiri in ordine ad se quin definiantur in ordine ad Deum, dicitur substantia quae creatura est, quod ens per se, at quin in hac definitione non ingreditur Deus ergo quia possunt aliqualiter definiri quin ingrediatur Deus in eorum definitione. Et etiam accidens definitur in ordine ad se absque ordine ad substantiam Relatio v.g. dicitur solum in ordine ad terminum, in quo non explicatur ordo ad substantiam sive etiam dicitur non explicatur in. Sed supponitur et solum explicatur ad. Et inde est ens reale et sic est analogum ad Deum et ad creaturam utraque analogia, similiter et ens creatum in ordine ad substantiam et accidens.

Infertur quod accidens et sic est solum analogum analogia proportionalitatis in ordine ad 9 praedicamenta quia omnia accidentia non de pen

ab

ab alio, nec definita in ordine ad illud, s. omnia sunt intrinsece accidentia.

DE CONCEPTU ENTIS

QUÆSTIO. QUINTA.

Utrum ratio entis præscindat objective perfecte ab inferioribus?

§. 1.

Ante quæstionis resolutionem quid nomine entis intelligamus oportet præmittere, et primo notandum est, quod ens sumitur 1
dupliciter: Primo potest sumi participialiter, sive proprie, et per modum verbi. Secundo potest sumi non ita proprie, sed late, seu nominaliter, et per modum ~~verbi~~ nominis. Quæ duplex entis acceptio colligitur tum ex Philos. 1. Phys. tex. 13. et 2 Post. c. 1. et 4. Meth. c. 2. et alibi. tum ex D. Tho. ibidem. 2

Ens ergo proprie sumptum sive participialiter, et per modum verbi, includit existentiam sive actum essentiæ, ut constat ex Philos. citato loco ex 1 Phys. ubi ait: ens est quod est. et ex D. Tho. 1. Perih. lect. 5. [illegible] ubi ait: ens nihil aliud est quam quod est et sic videtur et idem significare per hoc quod dico = quod = et = esse = per hoc quod dico = est = Et infra ait: ens simpliciter dictum significat actu esse, et ideo significat per modum verbi, quo nihil clarius pro prima acceptione. 3

Unde ens proprie sumptum et participialiter de nulla creatura potest dici essentialiter, sed solum accidentaliter ut docet D. Tho. 1 contra gentes c. 26, [illegible] de Deo autem dicitur essentialiter, et quidditative ex illo Exod. 3. ego sum, qui sum, et præterea: qui est misit me ad vos. Et ratio entis antonomastice soli convenit Deo.

Ens vero late et nominaliter 4
sumptum, sive per modum nominis proprie significat essentiam, seu quidditatem rei, cui convenit existentia quæ actus proprius, quod expre-

tradit D. Th. quodlib. 2. ar. 3. ubi ait: verum est quod hoc nomen ens sumptum quod importat rem, cui competit hujusmodi esse, sic significat essentiam rei et dividitur per decem genera. ita docet 10 dicta lectio 3.

5. Ens nominaliter sumptum est vel illud quod opponitur nihilo, ac proinde inter ens nominaliter sumptum, et nihil nullum est excogitabile medium, quia necesse est quodlibet esse vel non esse. inter ens autem participialiter sumptum sive per modum verbi, et nihil datur medium: nempe ipsum ens nominaliter sumptum. Ens nominaliter sumptum optime describitur per aptitudinem ad existendum cujus descriptionis bonitas ex eo patet quia omnibus rebus competit, sive existant, sive non, (sive sint substantiae sive accidentia. realia, vel possibilia, omnia enim habent aptitudinem ad existendum.

6 Merito reiiciuntur dicentes et fingentes quod ens nominaliter sumptum constituitur per negationem chimerae; licet enim ens nominaliter sumptum habeat negationem chimerae, tamen negatio non potest esse illius constitutivum. 1º quia negatio est nihil, nequ[i]que proinde esse constitutivum alicujus verae realitatis. 2º quia negatio omnis fundatur supra aliquod positivum; ergo enti nominaliter sumpto prius convenit illud positivum supra quod fundatur illa negatio, quam ipsa negatio. 3º quia negationes omnes dignoscuntur per illud positivum quo privant. ergo et ipsam negationem chimerae debemus dignoscere per illud positivum, quo privatur; et cum hoc positivum sit ens prius intelligitur constitutum ens quam quod intelligatur negatio chimerae, ac proinde negatio chimerae nequit esse constitutivum entis nominaliter sumpti.

7 Secundo notandum est, quod ens nominaliter sumptum est praedicatum transcendens, quod patet. Illud quia illud dicitur praedicatum transcendens quod per omnia genera vagatur sive quod in omni inferiori imbibitur ita ut repugnet aliqua ratio inferior in qua non inveniatur illud praedicatum transcendens; atqui hujusmodi est ens; ergo ens est praedicatum transcendens. min. constat. quia ratio entis intime invenitur inclusa in quolibet inferiori. et etiam ens per omnia genera vagatur, quia eo ipso quod aliquid non sit nihil debet esse ens. Item quia necesse est concedere aliqua praedicata transcendentia; sed nullum est aptius ad hoc ut sit transcendens quam ens. cum sit praedicatum maxime

communi

Voc, et superius, quod ens est praedicatum transcendens.

Quaestio quae prae- 8
sens est de ente nominaliter sumpto, et per modum nominis, et inquirit
Utrum ens (in hac lata acceptione) quod est praedicatum transcendens reis[?]
suorum inferiorum praescindat obiective perfecte a suis inferioribus. quod
ut radicitus percipiatur sublataque de medio omnis aequivocationis occasio

Sectio. 9
notandum est quod quaestio praesens poterat disputari de conceptu for-
mali entis, sive de conceptu obiectivo ipsius taliter quod sensus
quaestionis esset utrum detur conceptus formalis entis, qui solus sit conceptus
entis non vero conceptus inferiorum. Vel ita taliter quod sensus sit utrum ex
parte obiecti correspondeat aliqua ratio entis taliter obiective de-
nudata ab inferioribus quod absque illis cognoscatur. quod ut funditus
percipiatur

Suppono vulgatam distinctionem conceptus formalis et obiectivi, nam 10
ut supra diximus lib. 2. log. q. 5. a. 2. n. 2. usque ad 6. conceptus formalis
nil aliud est quam actus intellectus vel ad summum verbum, seu idolum, sive
species expressa efformata, et producta ab actu intellectus. Conceptus vero
obiectivus est res cognita per illum actum, seu obiectum quod repraesenta-
tur in illa specie expressa, idolo, seu verbo.

Loquendo ergo de conceptu for- 11
mali entis certum est quod illi correspondet ex parte intellectus unus con-
ceptus formalis saltim imperfectus et confusus entis, unus actus nem-
pe quo cognoscitur seu unum verbum seu species expressa in qua cog-
noscitur, non solum hoc nomen ens (quia alias esset conceptus formalis non
ultimatus de quo non est dubium) sed etiam quo, in quo cognoscitur sig-
nificatum per hoc nomen ens.

Obiter nota quod licet talis con- 12
ceptus formalis entis dicatur imperfectus et confusus, hoc non est quia in
se tam in esse entis quam in esse imaginis non sit verus; habet nam
unitatem simplicitatem talem ut videbimus; sed dicitur imperfectus et
confusus quia est inadaequatus obiecto. et quia non explicat nec determi-
nate dicit omnia inferiora, nec eorum rationes in obiecto contentas.

Et quod detur de 13
conceptu formali entis, detur unus conceptus saltim imperfectus et
confusus

Confirmatur 1º vulgari argumento quia audito hoc nomine *ens* statim aliquem efformamus conceptum, in quo determinate non explicatur substantia vel accidens, sed aliquid abstrahens, ab omnibus. 2º quia analoga debent distingui tum ab aequivocis tum ab univocis; sed praecipua distinctio est quod analogis correspondere debet unus conceptus saltim imperfectus et confusus; univocis vero perfectus; aequivocis autem plures debent correspondere conceptus; ergo enti, ut analogo, debet correspondere ex parte intellectus, unus conceptus saltim imperfectus et confusus. 3º et a priori quia intellectus respectu eorum quae conveniunt in aliqua ratione superiori potest formare unum conceptum, et unum verbum; sed inferiora entis conveniunt in ratione entis; ergo intellectus potest formare unum conceptum formale, seu unum verbum in quo repraesentetur significatum huius nominis *ens*

14 Nec valet dicere quod unitas analoga ex parte obiecti non est unitas simpliciter talis, sed solum secundum quid; ergo etiam conceptus formalis non debet habere unitatem simpliciter, sed solum secundum quid; contra enim est: quia conceptus formalis, est naturalis et formalis similitudo obiecti, ut dicitur 2. de Anima. ergo si unitas obiecti est unitas secundum quid talis, similiter conceptus formalis non debet habere maiorem unitatem.

15 Non inquam id valet quia diversitas, destructiva unitatis obiectivae, quam analoga habent ex parte obiecti est materialis; verum licet in esse rei sit unitas secundum quid in esse tamen obiecti, seu in esse termini cognitionis, seu in esse repraesentato ab specie seu idolo est unitas simpliciter talis. Et ratio est quia a similibus in genere talia non est inconveniens quod abstrahatur una ratio communis in qua detur unitas simpliciter talis per modum imaginis, et speciei expressae repraesentantis illam similitudinem convenientium inferiorum. = Item quia ens est obiectum Metaphysicae; ergo in suo conceptu formali debet habere unitatem simpliciter talem. Consequentia patet quia aliter non posset specificare metaphysicam, nec illi dare unitatem simpliciter. ergo licet unitas entis, et cuiuslibet analogi sit unitas secundum quid in esse rei tamen in esse obiecti repraesentati seu in esse termini cognitionis est talis unitas, simpliciter talis, et inde est quod datur unus conceptus formalis entis, licet imperfectus, et confusus, qui tamen sit unus unitate simpliciter tali.

relinquitur

Relinquitur ergo dirimenda quaestio praesens de conceptu obiectivo entis repraesentato per illum conceptum formalem, quem nunc diximus. Et inquiritur utrum detur unus conceptus obiectivus entis perfecte praecisus ab inferioribus ad quod intelligendum et percipiendum prae oculis habendum est id quod supra diximus lib. 3. log. q. 3 § 4. n. 36. quae doctrina maxime notanda est ad praesentem quaestionem decidendam et praecipue nota distinctionem praecisionis obiectivae; aliam namque diximus esse perfectam, imperfectam aliam. sive penes implicitum vel explicitum. Et inquirimus, utrum talis praecisio sit perfecta; vel solum imperfecta et penes explicitum. = Circa quam quaestionem duplex extrema versatur sententia et in qualibet defensanda diversificantur, et dividuntur Authores. 16

Prima sententia docet ens praescindere obiective perfecte ab inferioribus, hanc sententiam cum dist. formali ex natura rei, qualis est quae dicitur scotus versatur inter animal et rationale, tenet ipse Scotus in 1. dist. 3. q. 1. et 3. quem sequuntur eius discipuli. 17

Praecisionem obiectivam perfectam entis ab inferioribus, sive distinctionem virtualem perfectam qualis est quae dicitur thomistarum versatur inter animal et rationale, admittunt Scotus in Praedic. c. 4. q. 1. Concl. 2. Iabellus 4. Met. q. 2. Ortiz in log. Confer. 4. Zumel. 1. p. q. 13. ar. 1. Et ex Societ. Suarez disp. 2. Met. sect. 2. Hurtado disp. 2. Met. § 19. Arriaga disp. 11. n. 9. Oviedo. Contov. 1. Met. punc. 8. Lince. lib. 5. Met. tract. 1. c. 4. Quiros disp. 27. Izquierd. disp. 12. et alii 18

Secunda sententia extreme opposita quae est 3a in ordine. negat enti conceptum obiectivum perfecte praecisum ab inferioribus. ita fere omnes thomistae. inter quos tenet perdocte ut mos est apud ipsum SS. P. M. Joseph. Saenz Aguirre. Met. disp. 1 sect. 2. n. 8. Et ex Societ. Vazquez 1. p. disp. 114. c. 2. ubi verissimam appellat hanc sententiam. et Rub. tract. de Analog. n. 37. 19 his positis, et praenotatis sit.

§. II.

Conclusio. ens non praescindit obiective perfecte ab inferioribus, quoniam omnia illa actu includit penes implicitum. ita Auctor 2a sententiae. Probatur: 1o ratione Conclusio ex Philos. 4 Met. c. 2. ubi ait: idem n. unus homo, ens homo, ac homo 20

Et n. significat diversum aliquid ab ipsa dictione repetita, idest homo et ens homo, et unus homo. idque docet 4o Met. tex. 8 ubi sic ait cap. 4. in fine. in praedicatione unius hoc n. addit aliquid alterum hoc sit nec ipsum esse praeter quid est aut quale aut quantum. idque docet 8. Met. tex. 16. et ibi D. Th. lect. 5. ubi sic ait Arist. et expositor: quod ens n. expectat aliquid aliud ad hoc quod fiat hoc idest substantia vel quantitas vel qualitas. sed statim a principio est vel substantia vel quantitas vel qualitas. quibus authoritatibus tam Philosophus quam D. Th. fatentur quod ens n. expectat aliquod additamentum quo trahatur per rationes inferiores ad modum quo differentiae sunt additamenta certi generis.

21 Ex quo discursu sic formo rationem. Si ens praescinderet obiective perfecte ab inferioribus quando ens contrahitur per aliquam differentiam inferiorem haberet aliquod additamentum; sed illud n. habet; ergo ens in suo conceptu obiectivo n. praescindit perfecte ab inferioribus. min. est Philosophi et D. Th. modo inferta et mai. probatur. ideo omnes differentiae genus contrahentes sunt additamenta generis quia ab illis genus praescindit perfecte ergo si differentiae entis n. addunt aliquid supra ens ens n. praescindit perfecte ab inferioribus ac proinde illa actu includit. haec ultima ratio ex 1a deducitur; 1a vero fundatur in illa notissima regula: quando affirmatio est causa affirmationis negatio est causa negationis.

22 Secundo probatur: ex eodem Philosopho 4 Met. cap. 2. tex. 2. ubi asserit ens n. esse univocum respectu substantiae, et accidentis. sed si praescinderet obiective perfecte esset univocum ut postea videbimus ergo ens n. praescindit obiective perfecte ab inferioribus.

23 Confirmatur ex eodem Philosopho 3. Met. c. 3. tex. 10. ubi negat quod ens sit genus respectu inferiorum his verbis: non est autem possibile neque ipsum = unum = entium esse genus, neque ipsum = ens = necesse n. est. uniuscuiusque generis differentias et = esse = et unamquamque = unam = esse. impossibile vero est aut species generis de propriis differentiis praedicari aut genus esse absque suis speciebus quare si = unum = vel = ens = genus est nulla differentia neque = unum = neque = ens = erit.

24. Quem Philosophi discursum sic in nostrae sententiae favorem sic efformo: ideo iuxta Philosophum ens non est genus respectu suorum inferiorum, quia ens actu saltim implicite includit inferiora. ans est Philosophi modo probatur: eodem discursu Philosophi,

nam

ng eo ipso quod ens n. sit genus respu. suorum inferiorum diff. entis n. si extra conceptum illius, atq necesse sit esse contra. S. eo ipso quod diff. entis n. sint extra conceptum illius, ens n. prescindit obiective ab illis, S. potius illa actu includit saltim implicite atq idq sit esse aliquid de conceptu alicuius ac ab illo n. prescindere sive illud actu includere; ergo eo ipso quod ens n. sit genus respu. suorum inferiorum n. prescindit perfecte ab illis, S. potius illa actu includit.

§. III.

Improbata ratio quae ab aliquibus Thomistis efficax creditur.

Probant aliqui neg. concl. formalissime ex transcendentia entis ita taliter quod si per impossibile ens esset transcendens, et n. analogum S. univocum etiam n. prescinderet obiective perfecte. S. tamen mihi precisse ex hoc cap. n. videtur efficax ratio. Nam haec cons.: ens est transcendens, ergo n. prescindit perfecte obiective, mihi n. videtur formalis, S. tantum materialis, quia nempe ens transcendens est etiam analogum et ex cap. analogiae bene probatur n. precisio obiectiva. Sic n. efformant suam rationem: 25

Nullum predicatum transcendens est precisum ab inferioribus; S. ens est predicatum transcendens; ergo n. prescindit perfecte ab inferioribus. Cons. est in 4º modo 1ae figurae. Min. supponitur, quia ut supra vidimus ens per omnia genera vagatur: probant ergo mai. 26

1º quia ideo animal v. g. n. dicitur transcendens quia differentias continet solum in potentia. Et quia de eis n. predicatur quidditative S. accidentaliter logice. Ergo econtra predicatum quod continet actu inferiora, et de illis dicitur quidditative et ut inclusum in illis erit transcendens; tunc sic S. predicatum quod actu includit inferiora n. prescindit perfecte ab illis. Ergo ens quia transcendens n. prescindit perfecte ab inferioribus. 27

Secundo probant eandem maiorem sic: esse precisum ab aliquo est esse segregatum ab illo; S. esse transcendens est esse n. segregatum ab illo, S. inclusum et imbibitum in illo; ergo ex transcendentia optime infertur n. precisio obiectiva. 28

Tertio probant eandem maiorem hoc modo: 29

Nullus gradus qui est de essentia alicuius potest simpliciter ab eo prescindi; S. omnis gradus transcendens est de essentia inferiorum ergo nullus gradus transcendens potest simpliciter ab inferioribus prescindi.

Coa inferitr in Celarem. min. e evidens q nullus pdicatu
pot. esse magis essentiale, quã illud quod intime imbibitr in essen
tijs rerum usq ad ultimas differentias. mai. a. pbr: q. omne quod e
de essentia alicuius ita in ipso imbibitr, vt neq per intellectus possit
separari: g. nullus gradus qui e de essentia alicuius pot simpliciter
ab eo presciondi.

§. IV.

30. Et n. hoc argum. pluribus videatr efficax mihi n. videtr ex ter-
minis et formalissime deludere intentus. Respondeo g. ad argum. neg.
maiorem exterminis, et ad 1am pbationem in contrarium nego etiam maiorem. V. d.
rao ob quam animal n dicitr transcendens, n. e. rao ibi assignata, s. d.
q. e univocum, et genus respu suorum inferiorum, q. cum diffe. sint extra
conceptus generis, si p(dsequens extra (ceptus animalis), ac p inde rao
ob quam animal ab illis perfecte presciondit, n. e. q. n. e. transcendens
s. q. est univocum et genus respu suorum inferiorum. ac p inde ens n.
q. transcendens n. presciondit obiective perfecte; sed q. analogum.

31 Ad 2am pbatm
concedo mai, et dist. min. esse transcendens e esse n. segregatum s. inclu
sum et imbibitum, exterminis. passive concedo min. active nego min. ex
terminis, et dog. Explicatr solutio. ex eo n. quod aliquod pdi-
catum sit transcendens solum sequitr exterminis quod rao superior in-
cludatr passive in inferioribus, n. solum physice, s. etiam logice. ita taliter
quod repugnet quod inferiora cognoscantr absq eo quod in conceptu
obiectivo illorum n. includatr implicite rao superior et transcendens;
n. vero sequitr quod inferiora in superiori contineantr seu quod rao
superior active in suo conceptu obiectivo includat etiam implicite in-
feriora; V. ex transcendentia n infertr n. precisio obiectiva raonis
Superioris ab inferioribus. et p hoc pt. ad 3am pbatm

32 Respondetr. n.
disting. mai. primi syllog. Nullus gradus qui e de ess. alicuius pot.
simpliciter ab eo presciondi; si cognoscitr inferior de cuius ess. e supe-
rior sive gradus ille concedo maiorem. si n. cognoscitr inferior s. d.
superior de cuius ess. exterminis n. e inferior, nego maiorem
et concessa minori. nego dog, et ad pbatm quatenus huic soluti.
obstare pot. dist. ans. eodem modo omne quod e de ess. alicuius n. pot. ab
illo separari si cognoscitr illud de cuius ess. e. nempe inferior de cuius ess.

e.

ē superior concedo ans. alias nego ans. et Sog. 33

Insto in Animali respu hominis, et Leonis, q.o ex eo quod Animal sit Dess.ac hominis, et Leonis, solu sequitr quod nequeat cognosci homo, vel Leo absq eo quod cognoscatr animal saltim implicite, n.o sequitr quod Animal nequeat cognosci absq homine, et Leone. Sive quodidq ē, ex eo quod Animal sit Dess.o hois, et Leonis v.g. solu sequitr quod species n. præscindat ab animali S. quod illud includant; n.o sequitr quod Animal n. præscindat abspeciebus

Nec valet dicere 34
cu D. Th. Aquinate ubi supra n. 27. quod animal proprie loquendo n. abstrahit aut præscinditr abspeciebus, S. tm a differentijs; ait n. quod q.do dicitr quodgenus abstrahitr abspeciebus ē locutio minus propria, et per Sinecdochem. 35

Non inquq valet hæc solutio. q.o animal etia præscindit ab speciebus, et non solum a differentijs, quod pbr 1o. q.a si animal n. præscindit ab homine v.g. q.o animal actu includit obiective hominem. Sequa infertr q.a n. præscindere aliqua ratione ab aliquo ē includere actu obiective illud aliud: tum sic; S. animal n. includit actu obiective hominem; q.o animal præscindit ab homine. min. subsumpta pbo. 1o q.a alias animal esset analogum respu specierum de quibus prædicatr; S. animal n. ē analogum, alias genus primum prædicabile destrueretr contra Porphyrium, et contra omnes Philosophorum Principes; q.o animal præscindit ab speciebus. Sequella maioris pbr: q.a ideo ens ē analogum respu inferiorum, quia actu obiective implicite includit inferiora; S. si animal n. præscindit obiective perfecte abspeciebus actu obiective implicite includit species inferiores q.o animal erit analogum respu specierum. 36

Secundo eadem min subsumpta pbr: q.a si animal actu includit obiective implicite hominem, alias q inferiores species habebit proinde exigentiam ad hoc ut ab speciebus inferioribus inæqualiter participetr: S. talem exigentia n. habet animal in suo conceptu obiectivo alias esset analogum: q.o animal n. includit actu obiective hominem nec alias inferiores species.

maioris sequella probatur: quia ideo ens exigit inequaliter descendere ad inferiora, ac proinde est analogum respectu illorum quia actu licet implicite includit diversitatem inferiorum specierum; sed si animal non prescindit obiective perfecte ab speciebus, sed potius illas actu includit, includet proinde diversitatem ipsarum specierum; ergo animal in suo conceptu obiectivo exigentiam habebit ad hoc ut inequaliter participetur ab inferioribus, proinde erit analogum respectu illarum.

31 Urgentius eadem minor sub sumpta probatur: quia si animal non prescindit obiective perfecte ab homine, ergo includit obiective actu et implicite quidquid includit homo: sed illud non includit; ergo animal prescindit obiective perfecte ab homine et ab alijs speciebus inferioribus; Consequentia est evidens. minor probatur: quia illud quod includit homo praeter ipsum animal est rationale; sed animal in suo conceptu obiectivo non includit actu implicite rationale ergo animal non includit actu obiective hominem. maior est evidens, quia homo nihil aliud est quam animal rationale, ergo si animal in suo conceptu obiectivo non prescindit ab homine sed potius hominem includit, includet proinde ipsum rationale. minor est ab omnibus Thomistis concedita, et etiam concedita ab ipso Divo Thoma Aquinate. Et constat eadem minor. quia secundum Philosophus differentia est extra conceptum generis, ergo animal in suo conceptu obiectivo non includit rationale, ergo neque hominem, exclusa namque parte essentiali deffinitionis et ipsum deffinitum excludi, seu ut formalius loquar non intellecta obiective neque inclusa parte deffinitionis non intelligitur neque includitur ipsum deffinitum. ergo evidens est quod animal prescindit ab homine si animal prescindit obiective perfecte a rationali.= Tum sic ergo stat quod animal prescindat obiective perfecte ab speciebus inferioribus, quin tamen ipsae species inferiores prescindant ab animali sed potius in suo obiectivo conceptu illud includant. ergo etiam poterit stare quod ens sive alia ratio superior etiam si sit de essentia inferiorum prescindat obiective perfecte ab illis; etiam si inferiora non prescindant ab ente neque ab illa ratione superiori.

35 Tum sic: Sed ex transcendentia formalissima

formaliter, et exterminis illis sequitur quod transcendens sit de essentia inferiorum, ex quo exterminis compatitur precisio obiectiva perfecta rationis superioris. ergo formaliter ex transcendentia non infertur quod ens non praescindit obiective ab inferioribus. 39

Si replicabis et dices quod implicat quod differentiae inferiores includant obiective ens, et quod ens non includat obiective differentias inferiores; sed ergo nos ex transcendentia infertur formaliter quod differentiae inferiores includant obiective ens; ergo etiam ex transcendentia debet formaliter inferri quod ens actu implicite includat differentias inferiores. maiorem probatur quia praecisio obiectiva fit ab intellectu sumpto fundamento ex eo quod accidit a parte rei: sed nihil potest separari physice ab alio quin illud aliud separetur ab ipso; ergo similiter non poterit ens separari obiective perfecte a suis differentiis quin etiam differentiae separentur obiective perfecte ab ente. ergo e contra si per nos ex transcendentia infertur formaliter quod differentiae non possunt obiective perfecte separari ab ente, ergo etiam ens non poterit obiective perfecte separari a differentiis. et illud quia affirmatio est causa affirmationis negatio est causa negationis. 40

Nec valet recursus in eo quod realiter potest accidere quod aliquod extremum separetur ab aliquo, quin illud aliud separetur ab illo, et probatur multiplici exemplo. 1° in unione materiae et formae (supposito quod detur) ubi materia et forma separantur ab unione quin unio separetur ab illis, cum materia et forma existant absque unione. loquor de unione hominis, et unio nequit existere absque materia et forma. = 2° in inhaerentia accidentis, quae licet non possit separari ab accidente accidens potest separari ab inhaerentia ut patet in accidentibus eucharisticis. = 3° in subsistentia creata, quae naturaliter debebatur humanitati Christi Domini in hypotesi non existentiae unionis hypostaticae. quae quidem creata subsistentia etsi nequeat existere separata ab humanitate, tamen humanitas potest existere absque illa. = 4° in existentia creata eiusdem humanitatis Christi, quae debebatur ipsi in dicta hypotesi non existentiae unionis hypostaticae. = 41

Non inquam est necessarius recursus iste ~~[illegible]~~

~~[illegible] ... mutua. = [illegible]~~ 1º. quia ut disputationis gratia admitantur exempla et concedatur separatio realis non mutua a quo inde illis exemplis videatur persuasum quod potiori titulo dabitur separatio obiectiva non mutua inter ens et inter suas differentias tamen quia 2º. illa potest instari quod illa separatio est mutua cum eo ipso quod unum extremum sit sine alio etiam hoc erit sine illo. ideo aliter solvenda est replica facta.

42 Et antequam respondeamus instio 1º. quia in vera sententia animal praescindit obiective perfecte tum a ratione ab homine, ut suasimus, et tamen homo non praescindit obiective ab animali ergo ex tunc potest stare quod inferiora entis non praescindant ab ente, et tamen ens praescindat obiective perfecte ab illis. quod ergo responderint ad instantiam factam respondeo et ego ad argumentum.

43 Respondeo ergo pro omnibus quod etiam si separatio realis ex tunc sit mutua; tamen praecisio obiectiva potest esse non mutua. Et ratio est quia realiter implicat quod unum extremum separetur ab alio, quin utrumque ad invicem sit separatum, ut patet ex ipsa conceptione terminorum; at vero obiective potest unum separari ab alio quin etiam econtra debeat accidere. Et ratio est quia ut aliqua ratio superior cognoscatur absque inferiori sufficit quod inferior non sit de essentia superioris, sed stante quod inferior non sit de essentia superioris potest stare et de facto stat quod superior sit de essentia inferioris, ergo non implicabit quod superior cognoscatur absque inferiori, etiam si inferior nequeat cognosci absque superiori. Et ratio est quia ex terminis in conceptu obiectivo cuiuslibet rei solum debemus cognoscere praedicata essentialia illius rei. ergo de primo ad ultimum potest stare praecisio obiectiva non mutua. ac proinde cum ex transcendentia entis solum inferatur quod inferiora includunt obiective ens non exinde debet inferri quod ens includit obiective inferiora.

44 Videndum ad improbandam rationem ex capite transcendentiae ortam, quam etiam et nos impugnatam relinquimus inutilis est solutio asserentium quod etiam si ens sit transcendens tamen praescindit obiective perfecte ab inferioribus. Et adducunt rationem.

raoneς, q[uia] diff[erentia]e entis [proprie] n[on] s[unt] entia, s[ed] entis modi.

falsa q[ui]a in 45

obiis mihi videtur hæc ratio et implicationibus plena. P[rim]o q[ui]a hic dicendi modus videtur supponere quod si diff[erentia]e entis essent entia ens n[on] præscinderet ab illis etiam ut transcendentia quod esse falsum ex terminis monet persuasum.

46 Secundo q[ui]a absurdum e[st] dicere quod diff[erentia]e entis n[on] s[unt] entia, s[ed] entis modi; q[ui]a alias sequeretur quod constitutivum subst[anti]æ cuiuslibet rei, et etiam Dei, esset quid modale cum aseitas et paternitas [...] subsistentia, [...] Dei sit etiam diff[erenti]a, quæ diff[erenti]a entis [...] quid absurdius.

47 Tertio diff[erenti]æ entis n[on] s[unt] nihil; ergo aliquid, ergo ens. Ant[ecedens] pro[batur] q[ui]a si essent nihil, n[on] essent capacia ad existendum realiter; sed s[unt] capacia ad existendum realiter; ergo s[unt] aliquid ergo ens.

48 Nec valet solutio ex Merinero cap. de æquiv. q. 1. qui ad solvendum argumentum factum ex transcendentia distinguit ens in duplici acceptione ait n[empe] quod aliud e[st] ens quid, et aliud e[st] ens quale; ens quid ait e[st] quod significatur ut determinabile, et ens quale e[st] quod determinat ens quid et inquit quod ens quid n[on] transcendit ens quale ac proinde præscindit obiective perfecte ab illo.

49. S[ed] contra quia ens ut sic præscindit ab ente quid et ab ente quale, et quod significatur ut quid superius et transcendens; ergo si ex transcendentia infertur n[on] præcisio ens ut sic n[on] præscindet perfecte ab ente quid et ab ente quale.

50 Et q[ui]a ens quale etiam significatur ut quid capax ad existendum, ac proinde opponitur absurdum. Ergo e[st] ens præscindendo ab eo quod sit ens quid vel quale. Ergo prædicta solutio solum [...] confusionem terminorum n[on] v[er]o iuvat ad solvendum argumentum ex transcendentia si semel conceditur quod transcendentia infert formalis[s]ime n[on] præcisionem.

51 V[erum] doctrina facta ex transcendentia solum enervatur argumentum a nobis factum ac proinde hæc doctrina: ens e[st] transcendens, ergo n[on] præscindit obiective perfecte ab inferioribus n[on] e[st] formalis nec bona in vi formæ. Et adsumimus [...] materialis q[ui]a nempe ex alio capite habet ens n[on] præscindere obiective perfecte ab inferioribus.

§. V.

52 Probatur nostra Conclusio ex analogia entis.

Arguitur Primo. Suppono ex Philosophis 7. Met. tex. 10. quod ens non est aequivocum neque univocum respectu suorum inferiorum sed quod est analogum, quod ipsum docet D. Th. ibidem et 1. p. q. 13. ar. 5. et alibi. Hoc posito probatur Conclusio quia nullus conceptus analogus potest praescindere perfecte ab inferioribus, sed ens est analogus; ergo non potest praescindere objective perfecte ab inferioribus. Consequentia infertur in forma: minor supponitur certa ex Philosophis et ex D. Th. et ex alibi dictis. maior probatur: Primo a posteriori quia si conceptus analogus esset perfecte praecisus ab inferioribus nullum esset caput distinctionis inter analoga et univoca; at qui hoc non potest dici, ergo nullus conceptus analogus potest praescindere objective perfecte ab inferioribus.

53 Secundo probatur eadem maior ratione desumpta ex essentia analogorum; quia analoga eo ipso quod talia: sunt quorum nomen est commune ratio vero significata per nomen est partim eadem, et partim diversa. Sed eo ipso non possunt habere conceptum perfecte praecisum; ergo nullus conceptus analogus potest praescindere perfecte ab inferioribus. minor probatur quia eo ipso quod ratio analoga sit partim eadem et partim diversa includit actu objective diversitatem, sed non potest includi actu objective diversitas nisi in illa ratione communi includantur actu objective differentiae inferiores; ergo eo ipso quod ratio superior sit partim eadem et partim diversa ratio analoga non praescindit objective perfecte ab inferioribus. maior est evidens quia nihil aliud est illam rationem communem esse partim eadem et partim diversam nisi actu objective habere diversitatem. minor vero sic probatur quia omnis diversitas quam ens potest habere convenit illi a differentiis quae inaequales sunt. ergo si ens actu includit diversitatem actu includit differentias inferiores atque inde non poterit illa ratio esse perfecte praecisa alias non esset partim eadem et partim diversa.

54 Tertio probatur eadem maior. quia conceptus perfecte praecisus ab inferioribus non est conceptus analogus; ergo si ens est analogum non potest praescindere objective perfecte ab inferioribus. ans probatur: quia omnis conceptus perfecte praecisus ab inferioribus aequaliter participatur ab illis, sed nullus conceptus qui aequaliter participatur ab inferioribus est analogus; ergo nullus conceptus perfecte praecisus est analogus

tum sic.

universic: S^d ens é analogum, e^o ens n^i. p^rcindit objective perfecte ab inferioribus. maior huius discursus p^rbr: probanda postea min. q^d ois conceptus perfecte p^rcisus nulla actu includit diversitate, S^d ois conceptus qui nulla actu includit diversitate aequaliter participatur ab inferioribus: e^o ois conceptus perfecte p^rcisus nulla actu includit diversitate. mai. huius syllog^i é evidens. q^a idem é p^rcindere perfecte ab inferioribus ac illa n^i. includere. min. p^rbr: q^a ratio ob quam aliquis conceptus exigit inaequaliter participari ab inferioribus é q^a actu includit diff^as inaequales. e^o e c^a conceptus qui actu n^i. includit diff^as inaequales n^i. exiget inaequaliter participari. 55

Ja e^o p^rbr. min. quam probandam reliqui. q^a ois conceptus qui aequaliter participatur ab inferioribus nulla actu includit diversitate S^d conceptus qui actu n^i. includit diversitate sive qui n^i. é partim idem, et partim diversus non é analogus; e^o nullus conceptus qui aequaliter participatur ab inferioribus é analogus. e^o de primo ad ultimum ex analogia entis a priori infertur quod ens n^i. p^rcindit objective perfecte ab inferioribus.

§. VI.

S^d dices cum Suario. quod etsi ens p^rcindat objective perfecte ab inferioribus n^i ob id n^i exit univocum, poterit n^i. inquit esse analogum et n^i. p^rcindere perfecte ab inferioribus. et ratio huius é q^a ad hoc ut ens sit analogum solum requiritur quod ex vi sui conceptus exigat inaequaliter descendere ad inferiora, et cum ens exigat inaequaliter descendere ad inferiora inde é quod etiam si sit perfecte p^rcisum sit analogum. 56

S^d c^a arg^r sic: q^a ex terminis repugnat quod ens sit perfecte p^rcisum, et quod alias exigat inaequaliter descendere ad inferiora; e^o solutio tradita nulla é. ans suadetur: q^a eo ipso quod ens sit perfecte p^rcisum exigentia quam habet ad contractionis inaequalitate é solum exigentia potestativa, et in potentia; n^i v^o é exigentia actualis; S^d exigentia solum potestativa et p^otentialis ad inaequale contractione n^i. opponitur univocationi S^d potius illam adstruit, et destruit analogiam, e^o ex his implicat quod ens p^rcindat perfecte, et quod alias sit analogum. mai é evidens. q^a si illa exigentia n^i esset solum potestativa sive potentialis S^d actualis, actu 59

actu ens includeret diversitatem, acque inde non prescinderet objective perfecte, quod est contra se: non etiam obstat et instantia in animali, quod etiam si habeat potestatem sive exigentiam potestativam ad hoc ut inequaliter participetur a differentijs quia tamen talis inequalitatis participatio non est animali intrinseca et actualis, sed quasi extrinseca, et potentialis cum conveniat a differentijs quae sunt extra conceptum illius, talis exigentia ad inequalem participationem, quia potentialis et potestativa non destruit eius univocationem, sed potius actus adstruit destruit analogiam. Ergo ut in ente conservetur analogia, exigentia ad inequalem participationem debet esse actualis, acque inde ens in suo conceptu objectivo debet actu implicite includere diversitatem sive differentias inequales acque inde ens quia analogum non erit perfecte precisum ab inferioribus.

60 Dico 2º quod si extra non repugnat quod aliqua ratio superior sit perfecte precisa ab inferioribus, et tamen quod sit analoga, sequitur quod tollantur de medio univoca quod est valde absurdum: consequentia probatur: quia eadem ratione qua dicitur quod illa ratio perfecte precisa est analoga, poterit idem affirmari de Animali etiam si perfecte prescindat a differentijs: ne ergo hoc cogamur affirmare dicatur quod ens non prescindit perfecte ab inferioribus.

§. VII.

61 Sed dices cum Scoto, et eius discipulis. Nullum sequi inconveniens ex eo quod ens sit univocum respectu suorum inferiorum, sed potius fateri debemus esse univocum cum perfecte prescindat ab inferioribus vel potius cum ab illis distinguatur formaliter ex natura rei. Vel cum ratio entis solum importet rationem conveniendi cum inferioribus inde est quod ratio entis est univoca respectu inferiorum.

62 Sed quis non videat esse absurdissimum hoc deboratum inconveniens. esse contra expresse D. Thomas. ubi supra nam ut vidimus n. 22. et 23. expresse fatetur Doctor Angelicus quod ens non est univocum. est etiam expresse contra D. Thomas allegatis locis. et sic reputatur inconveniens esse contra D. Thomas est contra rationem quod sic suadeo.

63 Primo quia necessarium est concedere rationes analogas; sed nullo

Sed nulla ratio superior abstractior est quam haec ut sit analoga quam ratio entis, cum et ratio superioris sit, et omnes causae analogice enti conveniant. ergo ratio entis debet esse analoga. 64

Secundo, et a priori quia ratio entis respectu inferiorum est partim eadem, et partim diversa ergo ratio entis est analoga. antecedens probatur: quia inferiora entis inaequaliter participant rationem entis; cum ratio entis solum sit proportionaliter eadem respectu inferiorum, ergo ratio entis est analoga. 65

Tertio quia si ratio entis, ut abstrahit a substantia et accidenti a Deo et creaturis, est univoca; ergo aliquod praedicatum univocum, et omnino aequale reperitur respectu Dei et creaturarum, quod est contra D. Thomam et contra SS. Patres infra referendos, et contra rationem quia ut dicitur: Quis sit Deus? quis similis Deo? si ergo ratio entis est univoca respectu Dei et creaturarum, poteramus respondere huic interrogationi, quaelibet creatura quantumvis minima in ratione entis est similis Deo. Ut quilibet homo in esse hominis est similis alteri homini. quod mihi permagnum videtur absurdum. 66

Quarto quia si ratio entis Dei et creaturis est univoca, ergo ratio entis prout abstrahit ab ente reali, et rationis erit univoca, et non aequivoca quod est contra Porphyrium et contra omnes consequentia probatur: si ratio entis Dei et creaturis potest cognosci absque diversitate, etiam ratio entis Dei entis realis, et rationis poterit cognosci absque diversitate atque inde ens respectu entis realis, et rationis non erit aequivocum et posteaque nullum erit aequivocum cum non sit maior ratio de tollendum unum quam aliud. perinde quod omnis aequivocatio tollitur de medio. 67

Urgentius quia si ratio entis est univoca respectu Dei et creaturarum; est datur aliquod praedicatum genericum respectu Dei et creaturarum; sed hoc est evidenter falsum ergo ratio entis non est univoca respectu Dei et creaturarum. minor probatur: et primo probatur: quia SS. PP. asserentes nullum praedicatum posse esse genus respectu Dei et creaturarum. 68

Inprimis Cirillus Alexandrinus Dialog. 2. de Trinit. ait:

alienum esse a recta ratione genus nominare in Deo. idq docet Clemens Alex. lib. 5. Stromateon ubi sic ait: in Deo non est neque genus, neq diffª neq species, neq individuus, neq numerus. idq tenet D. Ths.

69 Ratione probr: eadq min. si ens esset praedicatum genericum respectu Dei et creaturarum, in Deo posset concipi ut fundamento in re aliquod praedicatum potiale, et contrahibile, sive perfectibile: sed hoc est evidenter falsum cum sit contra summam simplicitatem Dei, ergo in Deo non datur aliquod praedicatum genericum.

70 Probr insuper eadq min. si ens esset praedicatum genericum respectu Dei et creaturarum, potiori titulo esset genus ad omnia praedicamenta. sed inde praedicamenta non essent genera suprema, nec decem, sed unum. quod est contra omnes Philosophos. ergo ens non est genus respectu Dei et creaturarum.

71 Iam ergo probr: majoris sequella quam probandam reliqui. quia si ens esset univocum respectu suorum inferiorum nihil illi deest ut sit genus. ergo est genus. ans probr: quia ex his genus ut docet Porphirius est quod praedicatur in quid de pluribus differentibus specie: sed ens praedicatur in quid de pluribus differentibus specie, et aliás est unum unitate perfecta utpote univoca in hac sententia. ergo ens est genus sicut univocum.

72 Sed dices quod etsi ens sit univocum respectu inferiorum, tamen non est genus respectu illorum, et ratio quia ad hoc ut ens esset genus erat necessarium quod consideraretur ut contrahibile per differentias; et ens non contrahitur per differentias sed per modos. videatur ergo quare non est genus.

73. Sed contra 1º quia haec solutio ad summum est verbalis, et solum vim facit in quaestione de nomine, dum nempe rationes entis contractive sint diffª. et solum vocentur modi. videatur quid quid sit de vocis appellatione verum est quod ratio entis si est univoca consideratur ut quid potiale et in quid praedicabile de illo constituto per illam rationem contrahentem ac proinde est genus quidquid sit de voce.

Secundo

Secundo quia differentia extreminis duo munia habet, nempe dividere sursum, et constituere deorsum, sed perseitas v.g. Sractiva entis praedicatum superius dividit: nempe ens, et praedicatum inferius constituit nempe substantiam. Ergo perseitas est differentia entis et non modus illius. 74

Tertio quia falsum est dicere quod si semel ens praescindit perfecte ab inferioribus, est que univocum respectu illorum rationes inferiorum Strahentes non esse differentias quod sic suadeo quia differentia formalissime nil aliud est quam formalitas et actualitas quaedam extra conceptum rationis Strahibilis, contrahens et determinans ipsam rationem superiorem contrahibilem. Ergo perseitas est propriissime differentia in casu praecisionis obiectivae, et in casu univocationis entis. 75

Itaque quando si ens perfecte praescindit ab inferioribus est quia univocum respectu illorum essentialiter est universale; ergo et praedicabile cum praedicabilitas sit proprietas inseparabilis illius. Ergo genus Strahitur. Doctrina patet: antecedens suadetur quia universale est unum in multis et de multis, unum scilicet unitate perfecta et univoca, sed si ens est univocum, est unum unitate perfecta et univoca, in multis cum de multis praedicetur ac proinde est necessarium quod sit in illis. Ergo est universale. Ergo praedicabile; est genus; haec ultima Doctrina patet quia ad nullum aliud praedicabile potest pertinere, nisi velis quod praedicabilia sint sex contra Porphirium et contra omnes. Ergo de primo ad ultimum si ens praescindit perfecte obiective ab inferioribus est univocum et genus ad illa quod est evidenter falsum. 76

§. VIII.

Sed dices cum Arriaga logica disp. 11. nullum esse inconveniens ex eo quod ens praescindat obiective perfecte ab inferioribus, et sit univocum et genus ad illa, et ad replicam quae immediate occurrit ergo praedicamenta non sunt genera suprema concedit illam: ait non quod praedicamenta non sunt genera suprema sed respectiva sive in sua linea quia substantia v.g. nulla alia substantia habet supra se, nec quantitas quantitatem etc. 77

Sed contra et in primis haec solutio ab extrinseco nullam habet probabilitatem cum sit contra omnes Philosophos. 78

79 Secundo e valde falsa q̃ alias si predicta solutio teneret predicamenta essent centena millia, et ultra. quod sic sua deo: q. si ad hoc ut constituatur unum p̄dicamentum diversum ab alio, n. requiritur quod sint genera suprema, s.d. sufficit quod sint suprema respective, animal erit unum p̄dicamentum, aliud vivens, aliud corpus, aliud linea, aliud superficies, et sic de alijs q̃ animal supra se n. habet aliud animal, nec vivens aliud vivens. et sic de alijs. atqui hoc videtur ridiculum et risu dignum; ergo et predicta solutio.

80 Ergo relinquitur quod ens n. e univocum nec genus respectu suorum inferiorum s.d. quod e analogum, et inde ens n. prescindit obiective perfecte ab inferioribus s. solum penes implicitum et explicitum. omnia ergo inferiora obiective includit in suo conceptu.

§. IX.

Aliqua argumenta proponuntur et diluuntur.

81 Obiicies 1o D. Th. 1. p. q. 1. ar. 1. ubi sic ait: Substantia quantitas, et qualitas contrahunt ens, applicando ens ad aliquam quidditatem seu naturam. ergo si aliquid superadditur supra ens, ac proinde ens prescindit obiective perfecte ab illis.

82 Respondeo dist. authoritatem. contrahunt ens quo ad explicitum concedo ans. quo ad implicitum nego ans. et dist. 1m conseq. eodem modo. et nego ultimam conseq.

83 Obiicies 2o. Si ens n. prescindit a substantia et accidenti, ergo quando ens predicatur de substantia predicaretur etiam de ipsa substantia accidens. atqui hoc e falsum; alias esset verum dicere substantia est substantia et accidens, ergo prescindit obiective perfecte a substantia et accidenti; sequella probatur: quia quando ens predicatur de substantia affirmatur de illa totum predicatum, ergo affirmatur quidquid continetur in predicato. s. in predicato continetur accidens. ergo affirmatur et accidens.

84. Respondeo dist. ans: quando ens predicatur de substantia solum affirmatur de illa ens sub quod continet ipsam substantiam. n. v. affirmatur sub oia implicita.

S. dices.

R. dices q.d ens affirmatũ de Subst.o ens cõtinet accidens, ergo vel cõtinet accidens ita taliter qd ens distributive affirmetũ de oĩ pdicato implicite in illo cõtento, vel taliter quod affirmetũ collective, vel disiunctive. R. nullo mõ cõtinet ens Subst.m et accidens; alias esset idẽ dicere subst.a ẽ Subst.a et accidens: vel Subst.a ẽ Subst.a vel accidens, quod cõstat esse falsũ, ergo ens nõ cõtinet implicite Subst.m et acciden.s 86

R. cõ.a ergo d.o q.

ens predicatũ de Subst.a nec continet inferiora distributive, nec collective, nõ divisive, R. pportionalitẽ, ita ut sensus sit Subst.a ẽ ens eo pportionali modo, et in sua linea, ac accidens est ens pportionaliori, et in sua linea. 87

Obiicies 3.o q.a ens ẽ

prius Subst.a et accidenti prioritate Subsistendi cõa ita ut ł. valeat ẽ Subst.a ł acciden.s ergo ens, nõ tñ valet, ẽ ens. ergo Subst.a ẽ ens. ergo accidens. ergo pro illo priori intelligitũ conceptus entis absq Subst.a ł absq accidenti; sicuti q.a animal ẽ prius prioritate Subsistendi cõa quã homo q.a ł. eo nõ valet ẽ animal ergo homo ł. eo. Ita e.a valet.

R. cõ.a ergo ut

ut ens sit prius prioritate Subsistendi cõa sufficit quod detũ distinctio penes explicita ergo arguitũ variando appellationẽ nempe arguitũ de uno explicito ad aliud aff.i inde nõ tenet cõa. 88

QVÆSTIO SEXTA.

DE ~~[struck out]~~ antepredicamentalibus divisionibus.

§. I.

Agit Arist. in hoc eodẽ 2.o cap. de prima divisione antepdicamentali. quæ ẽ explicatũ sic: Eorũ quæ ss. alia cum complexione dicuntũ, alia vero sine complexione dicuntũ. ubi nota quod Arist. hic loquitũ nõ de complexione, verbali, qualis ẽ illa in qua partes uniuntũ verbo, ut ss v.g. extrema huius ppositionis homo est albus, neq loquitũ de complexione nominali qualis ẽ illa in qua partes uniuntũ

absque verbo ut in hoc complexo v.g. homo albus, de quibus n. complexionibus dicitur in Dialectica. Loquitur ergo de complexione obiectiva seu de complexione quae convenit ipsis rebus significatis, v.g. de obiecto huius propositionis, homo est albus, vel de directo huius termini complexi homo albus res n. significata est quae proprie dicitur. Inquit Philosophus quod eorum quae dicuntur: alia cum complexione alia absque complexione dicuntur quae divisio adaequata est cum detur inter extrema contradictoria

2

Finis huius divisionis praemittendae ad praedicamenta quae propterea antepraedicamentalis divisio dicitur, est ut res quae sine complexione dicitur ponatur in uno praedicamento solum, et non in pluribus si fuerit quid completum, in linea recta, in linea vero collaterali, sive ad latus si fuerit quid incompletum. Si vero res quae dicitur fuerit dicta cum complexione sive fuerit res complexa non ~~praedicamento~~ ponatur utraque pars illius complexionis in eodem praedicamento, sed in duplici praedicamento, intelligitur quando una pars de alia dicitur denominative ut in hoc complexo patet homo albus in quo prima pars ad praedicamentum substantiae attinet 2a vero ad praedicamentum qualitatis. Si vero una pars non dicitur denominative de alia sed quidditative, ut in hac homo est animal utraque ad idem praedicamentum attinet sed non eodem modo sed prima pars ut species infima, secunda ut species subalterna, sive ut genus.

§. II.

De secunda divisione antepraedicamentali.

3 Agit Aristoteles in secundo capite de secunda divisione antepraedicamentali quae sic se habet: Eorum quae sunt, alia de subiecto dicuntur sive praedicantur; in subiecto vero non sunt (ut homo, vel quaelibet alia species infima vel subalterna, vel quodlibet genus supremum, infimum vel intermedium praedicamenti substantiae, quae omnia ~~dicuntur~~ de subiecto ~~dicuntur~~ ut in hac propositione Petrus est homo, animal, corpus, substantia et insuper praedicata non sunt inhaesive in subiecto). Alia de subiecto non dicuntur et in subiecto sunt (ut sunt omnia accidentia particularia, quae inhaesive sunt in prima substantia et non praedicantur praedicatione formali cum subiectum de quo aliquod praedicatum dicitur praedicatione formali debeat esse quid inferius respectu praedicati.) Alia de subiecto dicuntur et praedicantur, et in subiecto sunt (ut omnia accidentia universalia cuiuslibet praedicamenti, dicuntur n. de prima substantia et

inhaesive

inhesive sit in ad prima substantia) Alia neq in subiecto sunt, neq de subiecto dicuntur: (ut sunt omnes primae substantiae ut v.g. Petrus, de nullo n. dicitur praedicatione formali, et tanquam quid superius, neq in nullo subiecto est). 4

Si dices quod falsum e dicere quod dentur aliqua contra quae sunt, quae sint in subiecto, et de subiecto non dicantur, ergo 2um membrum huius divisionis e chymericum. ans prob: nam si de aliquo verificantur maxime de accidentibus singularibus, sed hoc album v.g. dicitur de subiecto nempe de Petro albo. ergo falsum e dicere quod aliqua sunt, quae non dicuntur de subiecto et in subiecto sunt. 5

Respondet Mag. Lerma lib. 6. q. 4. n. 4. quod illud praedicari vel dici de subiecto debet intelligi quidditative, et essentialiter non vero denominative, qualiter dicitur hoc album de Petro albo. 6

Sed contra quia Arist. non loquitur in praesenti de praedicatione quidditativa, solum, sed etiam loquitur de praedicatione denominativa, nam accidens universale, quod continetur in 3o membro huius divisionis, praedicatur denominative de prima substantia. Petrus e albus e praedicatio denominativa, ergo praedicta solutio non e ad mentem Philosophi. 7

Si replicabis quod etsi accidens universale praedicetur denominative de prima substantia bene quidditative, et essentialiter praedicatur de accidente singulari, haec n. praedicatio e essentialis s. hoc album e album. ergo debet intelligi Arist. de praedicatione quidditativa. 8

Sed contra quia subiectum respectu cuius exercentur omnes praedicationes e prima substantia; sed de prima substantia solum praedicatur accidens universale denominative; ergo intelligitur Arist. de praedicatione denominativa. maior prob. 1o quia de illo subiecto debet intelligi dici et praedicari, de quo illud in quo intelligitur inhesio vel esse in alio, sed illud alio in quo exercetur inhesio e prima substantia. ergo etiam 1a substantia e de qua verificatur [illegible] illud dici et praedicari. 2o quia ex terminis prima substantia e proprium subiectum de quo verificantur omnes praedicationes, ergo illud dici, et praedicari e respectu primae substantiae. 9

Ad Resp. ad 1um argumentum respondeo neg. 1um ans. et ad probationem nego etiam maiorem, vel dist. mai. de accidentibus in singulari, ingrediente forma accidentali reduplicative nego maiorem, specificative subdist. et aliis subiectis comparetur ut inferius concedo mai. ut aequale nego mai.

et dist min. s. hoc albus dicitur de petro albo dist. praedicatione attributive dicitur ingrediente albedine reduplicative ex parte subi. nego mai. specificative, subdistinguo et alias hoc albus est superius nego min. est aequale concedo min. et nego. explicatur solutio quia dici et praedicari quae in praedicta divisione continentur debent intelligi dici ut superius quomodo non dicitur hoc albus de petro albo.

§. III.


Quales sint hae duae divisiones.

10 Huic dubio non possumus respondere nisi cum magna distinctione cum quaelibet harum duarum divisionum multiplicem includat divisionem, et subdivisionem, sed ut facilius percipiantur sequentes figurae sunt adinventae prima ad demonstrandum primam divisionem secunda (quae ipse Arist. adducit, saltem quoad praecipuas) ad demonstrandam secundam divisionem.

11 Prima divisio antepraedicamentalis continet decem divisiones et subdivisiones. prima est analoga et trimembris = secunda etiam est analoga, vel forte aequivoca et trimembris. = tertia est bimembris, et analoga vel aequivoca = quarta est analoga et bimembris. quinta etiam est bimembris et univoca, generis in species. = sexta est quadrimembris et analoga = septima bimembris et analoga = octava trimembris, et univoca, nona trimembris et univoca, decima trimembris et univoca. quae omnia considerantibus patebit in prima figura =

12 Secunda divisio continet sex divisiones et subdivisiones prima est analoga. secunda est subiecti in accidentia rationis. tertia accidentis in subiecta, seu generis in species = quarta similiter est accidentis in subiecta, et generis in species, quinta est subiecti in accidentia, et similiter sexta. unde hae ~~[illegible]~~ ultimae quatuor divisiones sunt univocae. ut considerantibus patebit. in secunda figura.

13 Ex his infertur 3o. ad. legma quod in secunda divisione non continentur solum quatuor divisiones, sed sex ut evidenter constat in apposita figura.


ens
eorum quæ sunt
complexum
inconplexum
aliud est
primo intentionale
secundo intentionale
substantiæ
accidentis
universalis
singularis
singulare
universalium
particularium
primo et secundo intentionale
aliud est


ENS
universale
singulare
substantia
accidens
inconsistens
aliud est
universale
particulare
accidens
substantia

QUÆSTIO SEPTIMA.

De Regulis antepraedicamentalibus.

§ I

Quomodo sit intelligenda prima Regula antepraedicamentalis?

1 Licet Arist. duobus capitibus tradat de duabus regulis antepraedicamentalibus, in tertio nempe de prima, et in quarto de secunda, hi in hac quaestione de duabus agemus: in hoc §. de prima et in alio de secunda.

2 Prima ergo regula antepraedicamentalis sic se habet: *cum quidpiam de quopiam, ut de subiecto praedicatur, quaecumque dicuntur de praedicato dicuntur etiam de subiecto*. Et apponit exemplum Arist. nam quia *homo* dicitur de Petro, et de homine dicitur *animal*, de Petro etiam dicitur *animal*.

Dicimus ergo quod haec regula debet intelligi de praedicatis quae dicuntur seu praedicantur in *quid*, sive quidditative et essentialiter, non vero de praedicatis quae in *quale* praedicantur, sive sit *quale quid*, sive sit solum in *quale*. Ratio: probatur quia ibi intentum Arist. est manifestare quae praedicata ponuntur in linea recta praedicamentali; sed solum praedicata quae praedicantur in *quid* ponuntur in linea recta praedicamentali non vero praedicata quae in *quale quid* sive in *quale* solum praedicantur, ergo praedicta regula solum debet intelligi de praedicatis quae in *quid* et essentialiter praedicantur. Maior probatur 1° quia Arist. apponit titulum in hoc tertio cap. hoc modo *Regulae in praedicatis essentialibus*, ergo loquitur Arist. solum de praedicatis essentialibus quae logice considerata solum sunt quae in *quid* praedicantur. 2° probatur eadem maior ex verbis ipsius regulae, ait enim Arist. cum *quidpiam* de *quopiam*, sed quidpiam, et quodpiam solum sonant quidditatem ergo intentum Arist. est explicare praedicata quidditativa quae in *quid* praedicantur, quaeque ponuntur in linea recta praedicamentali.

3 Secundo probatur: quod sic sit intelligenda praedicta regula, quia sic intellecta nullas patitur instantias, et aliter quae plures patitur instantias ergo sic est intelligenda. Explicatur ans. quia si dicimus *Homo est rationalis*, sed *rationale est substantia incompleta*, non bene infertur ergo *Homo est substantia incompleta*, quia a quo est si de homine praedicatur rationale, de rationale substantia incompleta, tamen rationale non dicitur de homine in *quid*, sed in *quale quid*.

Sed dices

3º dices quod Cõa facta a Philosopho: nempe q.º homo 4
dicit de Petro, et de homine dicit Animal, animal dicit de Petro. Ut
sit bona. Non ñ tenet in vi huius regulæ, sed in vi virtualis syllogismi
qui formatur in Darij hoc modo: omnis homo ē animal, Petrus ē homo,
ergo Petrus ē animal; haec sic. Eo ipso quod prædicta Cõa
teneat in vi syllogismi supradicti, sequitur quod etiam prædicta regu-
la ñ solum verificetur in prædicatis quidditativis, sed etiam in prædicatis de-
nominativis, ergo vel prædicta regula ē ñ solum pro prædicatis quidditati-
vis, sed etiam pro denominativis, vel Cõa facta ñ tenet in vi regulæ, et
in hoc ē superflua prædicta regula. Sequela probatur: nam sup-
posito quod prædicatum denominativum verificetur de subiecto distributo
vel distributione verificatur regula hoc modo: de petro dicitur homo
de homine distributive sumpto dicitur albus, ergo de Petro dicitur
albus. Vº ñ valet dicere quod hæc Cõa tenet in vi huius syl-
logismi virtualiter inclusi, nempe omnis homo ē albus Petrus ē
homo, ergo Petrus ē albus, ñ valet inquam, quia etiam in prædica-
tis quidditativis efformatur alius syllogismus in Darij 5
Secundo instatur
quia in prædicatis denominativis debet tenere prædicta regula vel in
prædicatis quidditativis ñ tenet. explicatur a tum quia, v.g. de albo
dicitur ēē disgregativum visus, et de homine dicitur albus, ~~[illegible]~~ de
homine debet dici etiam ēē disgregativum visus. 6
Nec valet dicere quod
prædicta Cõa tenet in vi syllogismi facti in Disamis hoc modo
homo est albus; omne albus ē disgregativum visus, ergo homo ē dis-
gregativum visus 7
Non inquam hoc valet quia etiam in prædicatis quid-
ditativis vidimus quod prædicta Cõa valet in vi syllogismi facti
in Darij. 8
3.º Cõa quia prædicta Cõa ut valeret in vi regulæ
in prædicatis denominativis, nunquam in illis deberet falsificari
at qui aliquando falsificatur in prædicatis denominativis, nunquam
vero falsificatur in prædicatis quidditativis, ergo prædicta regula
solum tenet in prædicatis quidditativis. ans probatur: Ut ex-
plicetur supponendum ē ex dialectica quod Cõa vel

pot. ee bona in vi formę, vel in vi maę. dicitr ꝙ esse
bonā in vi forma q.d in omnimoda valet similis formę
q. vero in aliqua mōa falsificatr n. tenet in alia mōa
in vi formę, & in vi maę. ex his positis Respondeo

Quod hęc cōa Petrus ē homo, homo ē animal
ꝙ Petrus ē animal n. tenet in vi formę, sed in vi syllo
1 gismi facti in Darij q.a si teneret in vi illius, in omni mōa
teneret. & n. tenet ut pat. nā hęc cōa ē mala: Petrus
ē homo, homo ē albus, ꝙ Petrus ē albus, maior et
2 min. possu ēē verę, & conseq. falsus. ꝙ supra dicta cōa
illius tenet in vi regulę: aliq. cōa facta in numero 4. 5.
& 6. tenent n. in vi regulę, s. in vi syllogismorum qui ibi
assignantr. ꝙ a primo ad ultimum sequitr quod prędicta
cōa n. tenet in vi syllogismi facti in Darij s. in vi regulę, p. inde
ꝙ prędicta regula solus ē prędicatis quidditativis.

§. 11

10 Explicavit Arist. in cap. 4 secundā regulā antepredicamentalē
quę sic se habet: Diversorum generum, & n. subalternatim positorum
diversę sunt specie diff.ę subalternorum vero generum nihil prohi-
bet easdem habere diff.as

11 Duas partes het hęc regula, aliqui, pri-
mā regulę partē sic intelligunt, asserendo nempe ꝙ qd Arist.
dixit diversorum generum n. subalternatim positorum, per ea verba in
telligit genera diversorum prędicamentorum, & asserit quod genera
ad diversa prędicamenta attinentia debent habere diversas differentias

12 Alij intelligunt illa verba de generibus quę licet
ad idem prędicamentum expectent, unum sub altero n. collocatr, ut utrumque sub
uno tertio collocatr, v.g. animal & Planta, ut n. animal n.
collocatr sub Planta, neque e contra Planta sub animali, tn. utrumque
sub corpore, & sub substa collocatr.

13 Hęc 2.a explicatio confor-
mior ad mentē Philosophi, prout tenet aliquibus Thomistis, prętertim
PP. Complut. hic. dub. 1. n. 4. & M. Lince disp. lib. 3. q. 1
pręambulo doctrinali n. 34.

14 Quod si illis opponas quod diversa
genera

genera non subalternatim posita, sive quorum unum sub altero non collocatur, duorum modis ad idem praedicamentum attinentia, habent easdem differentias v.g. animal volucre, animal terrestre, et animal aquatile haec non animalia unum sub altero non collocatur, neque tamen habent easdem differentias, siquidem animalia terrestria et volucria, quae duos pedes habent, alia quae quatuor, unde de terrestribus constat de volatilibus etiam constat in Gryphis. 25

Respondent aliqui explicando quod quando Arist. dixit diversorum generum non subalternatim positorum diversas specificas esse differentias, per has diversas differentias intellexit differentias substantiales, non vero differentias differentias accidentales; videtur hic Arist. supponere quod bipedalitas, vel quadripedalitas non sit differentia essentialis sed accidentalis. 26

Contra quod arguitur: quia pedalitas est differentia essentialis, unde Philosophus ait quod scissio pedis est quaedam pedalitas, sive quaedam differentia pertinens ad pedes, ergo non est differentia accidentalis sed essentialis. 27

Unde mihi videtur conformior ad mentem Philosophi prima explicatio, quod mihi persuadeo ex ipso textu Arist. unde ad explicandum quid ipse intelligat per hoc diversorum generum, apponit exemplum in scientia, et animali. Subdit enim: ut animalis et scientiae, animalis enim differentiae sunt gressibile, bipes, volatile et aquatile, scientiae vero nulla earum est. Ergo Arist. loquitur de generibus ad diversa attinentia praedicamenta. 28

Et insuper probatur quia ibi intendit Philosophus explicare modum praedicamentorum constituendorum, et ut cognoscamus quod differentiae quae in uno praedicamento collocantur, non debent et in alio collocari, debet intelligi praedicta regula Aristotelica modo supra explicato, cum etiam probatur sic nullam patiatur instantiam. 29

Et a priori probatur haec prima Aristotelica regula, quia genus comparatur ad differentias, ut implicitum materia prima ad formam substantialem: sed implicat quod materia prima

diversæ speciei ab alia v.g. cœlesti, et sublunari respiciat eadem differentia ac illa mare, alia, et similiter implicabit quod genus diversum ab alio habeat eadem differentias ac illud aliud genus.

§. III.

Explicatur secunda pars regulæ Aristotelicæ.

20 Ut sit explicetur, nullasque patiatur instantias notandum quod quando Arist. ait subalternorum generum nihil prohibet easdem differentias habere, per easdem differentias non intendit Philosophus quod differentia quæ est divisiva unius generis subalternantis, sit etiam divisiva generis subalternati sed quod differentia quæ est divisiva unius, sit constitutiva alterius, et ratio evidens est quia genus subalternans, et subalternatum, ut sic ad invicem comparentur habent diversas potentialitates, alias nullo modo distinguerentur, sed implicat quod diversæ potentialitates respiciant eodem modo unum et eundem actum, ut patet in omnia. 1º cœlesti, et sublunari et similiter implicabit quod illa genera respiciant easdem differentias quæ sunt constitutivæ unius, et constitutivæ sunt alterius, sed ut divisivæ. Sic intellecta Aristotelica regula nullas patitur instantias.

QUÆSTIO OCTAVA.

21 De divisione entis in decem prædicamenta.

1 Agit Arist. in quinto et ultimo cap. de divisione eorum quæ sine complexione dicuntur, quæ est formalissima divisio entis realis incomplexi in decem prædicamenta, et inde nos hanc quæstionem statuimus ut ejus sufficientiam demonstremus.

2 Sit conclusio. Prædicamenta sunt tantum decem. Sive ens adæquate dividitur in decem prædicamenta. Hæc conclusio est expressa Arist. in hoc cap. et immerito aliqui præsumptuose illam rejiciunt. Ait enim Arist.

Aristoteles: Eorum quae sine ulla complexione dicuntur, unumquodque aut substantiam significat, aut quantum, aut quale, aut ad aliquid, aut ubi, aut quando, aut situm esse, aut habere, aut agere, aut pati. 8

Ubi obiter nota, quod Arist. non observavit methodum eandem in tractandis praedicamentis in particulari ac in illis in textu assignandis, in textu enim prius assignat qualitatem quam relationem, et in sex ultimis praedicamentis, actionem et passionem, assignat tamquam ultima, in particulari vero prius agit de relatione quam de qualitate, et prius de actione et passione quam de quatuor ultimis praedicamentis. Ratio huius, et sequendi hanc methodum est quia aliquando ex aliqua circumstantia praeponi debet methodus arbitraria, ordini alias per se exacto. ut diximus de Porphyrio quoad praedicabilium methodum explanationum.

9

Probatur et primo ratione deducta ex D. Tho. 3. Physic. lect. 5. et 5. Metap. lect. 9. quia omnia praedicata incomplexa quae comparantur ad aliquod subiectum respectu cuius omnia dicuntur et praedicantur, vel sunt praedicata de essentia illius, vel extra illius esse. Si de essentia, est Substantia; Si vero si extra esse, tunc sic vel est taliter quod illud praedicatum accidentale et extra esse proveniat et oriatur ab intrinseco ipsius substantiae. vel taliter quod sit ab aliquo extrinseco? Si est illud praedicatum accidentale ortum ab intrinseco ipsius substantiae vel est respectivum, vel absolutum, si est absolutum quia substantia habeat duas partes vel provenit sive originatur in materia prima, vel in forma substantiali. Si originatur et provenit a materia prima est quantitas, Si a forma, est qualitas, Si vero est respectivum erit relatio; Tunc ulterius si illud praedicatum accidentale provenit ab extrinseco, vel illud a quo sumitur est omnino extrinsecum vel intrinsecum cum sit aliud. Si est aliquo modo intrinsecum, vel est tamquam principium, et sic est actio. vel tamquam terminus, et sic est passio; Si vero est omnino extrinsecum, vel illud extrinsecum est mensura subiecti, vel non. Si non est habitus, si est mensura? vel est intrinseca, vel extrinseca? Si extrinseca est tempus, et ab ipso sumitur quando vel est locus et tunc. vel sumitur locatum in ordine ad positionem ordinatam partium in loco

vel non? Si consideratur sine hoc ordine dicitur
Ubi, si cum hoc ordine, est Situs. Hinc sic sumptum est
aliud modus distinguendi aliquod praedicatum in ordine ad
Substantiam primam. Ex quo tandem sunt decem praedicamenta. Sufficientia ista
qua ens adaequate dividitur in decem praedicamenta.



Liber

LIBER SEXTUS

PRÆDICAMENTORUM SEU CATEGORIARUM ARISTOTELIS.

§.

CAPUT DE SUBSTANTIA

SUMMA TEXTUS.

§.

Duo facit Arist. in hoc capite in prima parte agit de prima et secunda substantia seu se, illas[que] ad invicem comparat. in secunda explicat sex proprietates substantiae;

Circa primum ait Arist. quod prima substantia, quae proprie, et principaliter, et maxime dicitur substantia, est quae nec de subiecto aliquo dicitur, neque in subiecto aliquo est ut quidam homo; v.g. Petrus, et quidam leo, vel quidam equus. Secundae substantiae sunt, inquit, in quibus primae substantiae insunt. ut quidam homo v.g. Petrus, est in specie hominis, et quidam equus in specie equi. Subdit quod hae secundae substantiae dicuntur de primis, dicimus enim Petrus est homo, Petrus est animal, et quidam equus est equus. Unde secundae substantiae sic possunt describi: secundae substantiae sunt genera et species sub quibus primae substantiae continentur.

Subdit quod Arist. quod secundae substantiae dicuntur nomine et ratione de primis substantiis, contrapositive ad accidentia quae licet dicantur de prima substantia nomine; non tamen dicuntur ratione: v.g. Petrus est homo, eo quomodo [illegible] homo dicitur non solum nomine de Petro, sed etiam ratione nam etiam dicimus Petrus est animal rationale. Dici nomine et ratione de aliquo, est quod definitio praedicati conveniat etiam subiecto. Similiter Petrus est animal, vere dicitur, et Petrus est vivens sensibile.

albus — in accidentibus quod est accidit. Licet n. dicamus Petrus est albus, n. tamen definitio albi praedicatur de Petro (essentialiter intelligitur)

Tertio ait Arist. quod inter secundas substantias sunt magis substantiae species quam genera, quia magis accedunt ad primam substantiam, et subdit siquis n. assignet quid sit substantia quidem evidentius, et convenientius assignabit, speciem quam genus assignans. et confirmat rationem, quia ideo inquit Arist. prima substantia est magis substantia quam secundae, quia secundis substantiis subiicitur prima, sed species subiicitur generi, et non est contra; ergo magis substantiae sunt species quam genera.

Postea comparat Arist. secundas substantias, et primas inter se, et ait quod una species non est magis substantia quam alia nempe homo, quam equus, et similiter primae substantiae non. n. est magis substantia Petrus, quam quidam equus. vel quidam leo. ubi manifeste est comparatio pure logica, et non physica, nam physice perfectior est species hominis quam alia, et hic homo perfectior quam hic leo.

Circa 2um assignat Arist. sex proprietates substantiae. Prima proprietas substantiae est non esse in subiecto, intelligitur de subiecto inhesionis, haec n. proprietas convenit omni substantiae tam primae quam secundae, tam completae, quam incompletae substantiae. Et. n. secundae substantiae de subiecto dicantur non tamen sunt inhesive, in aliquo subiecto.

Secunda proprietas substantiae est quod praedicetur univoce, quae proprietas non convenit primae substantiae, quia prima substantia semper est subiectus (in propositionibus nempe directis et formalibus) ut constat in arbore praedicamentali;+ convenit autem haec proprietas omnibus secundis substantiis, et insuper substantiis universalibus incompletis, omnes n. illae univoce praedicantur de prima substantia et nota quod quando dicitur quod est proprietas substantiae praedicari univoce intelligitur de praedicatione rigorose univoca, ita scilicet quod praedicatus dicatur de prima substantia nomine et ratione.

[margin: + quod est notat Arist. hic. non ait quod 1a substantia de nullo subiecto dicitur.]

Tertia proprietas est ait Arist. quod omnis substantia videtur hoc aliquid significare. quam proprietatem subdit Arist. primis substantiis proprie convenit

convenit, Secundis vero substantijs non. itaque primæ quæ sunt prædicantur ex
parte prædicati, et prædicatur significetur per modum hoc, significantur per
modum ut in quale, et subdit Angelicus quod secundæ
substantiæ sunt qualitates primæ substantiæ, quæ quidem qualitas non
aliquod accidens, ideoque diximus in lib. prædicabilibus
quod prædicantur genera et species in quid differentia vero in quale
quid.

Quarta proprietas substantiæ est non habere contrarium, quod
ut intelligatur nota, quod contrarietas est duplex metaphysica
seu logica, una, et physica alia, contrarietas logica seu
metaphysica, est illa quæ exercetur inter differentias divisivas omnis
generis quæ nullo modo adunari possunt, contrarietas physica
est adhuc duplex alia positiva; negativa alia, hæc est quæ
exercetur inter ens et non ens, sive inter extrema contradictoria,
illa vero quæ est inter extrema positiva, quando ergo dicitur quod substantiæ
nihil est contrarium intelligitur de contrarietate stricta, quæ est contrari-
etas physica

Nec valet dicere quod una forma substantialis
contrariatur physice alteri siquidem compati nequeunt in una et
eadem materia 1o. = Non inquam hoc valet nam una forma
substantialis opponitur alteri privative, et non et per se nequeunt compati
non tamen opponuntur contrarietate stricta, nam contraria quæ stric
tessime talia possunt simul reperiri in eodem subiecto saltim (?) quoad gra
do, et in gradibus remissis.

Quinta proprietas est quod non susci-
piat magis et minus, quod convenit omni substantiæ, nam suscipere
minus, vel minus esse per maiorem vel minorem admixtionem sui
contrarij, vidimus non quod substantiæ, nihil est contrarium, ergo non suscipit
magis vel minus. Verum suscipere magis vel minus, non est ut
aliqui autumarant, quod una substantia sit magis substantia quam
alia. nam prima substantia est magis substantia quam secunda, quoniam
pluribus substat accidentibus, et pluribus subijcitur.

Sexta proprietas
est quod cum sit numero manens sit susceptiva contrariorum. verum non
est idem homo, modo est calidus, modo frigidus, ubi nota quod hæc
proprietas est quarto modo talis, quia unum accidens non est susceptivum alterius

Ad 6um hanc sextam proprietatem sibi opponit Arist. hoc argumentum. oratio una eadem potest transire de vera in falsam, ergo aliquid praeter substantiam est susceptivum contrariorum, proinde non convenit proprietas quarto modo.

Cui argumento resp. Philosophus dicens quod quando dicitur quod substantia eadem numero manens est susceptiva contrariorum, debet intelligi cum mutatione ipsius substantiae, at vero quando oratio transit de vera in falsam non est cum mutatione ipsius substantiae sed cum mutatione et transmutatione obiecti, nam ab eo quod res est vel non est propositio dicitur vera vel falsa. haec non oratio Petrus sedet, sedente Petro, est vera, at vero stante eodem iudicio immutato et invariato, Petro vero non sedente, est falsa.

Ex toto hoc casu. Subintelligitur alia proprietas substantiae, nempe quod est proprium substantiae substare accidentibus, vel esse subiectum receptivum accidentium, quod si exercite intelligatur soli primae substantiae convenit. proinde est proprietas quarto modo illius.

§

Nota quod prima proprietas non est quarto modo quia convenit etiam Deo, qui non est substantia praedicamentalis, sed superpraedicamentalis. Secunda proprietas non est quarto modo quia etiam alia praedicamenta praedicantur univoce, nempe nomine et ratione, de suis inferioribus proprijs quantitas nempe, de linea, et de hac linea. Relatio de relatione primi secundi, et tertij generis, et de hac relatione, nempe de paternitate. = Tertia proprietas est proprietas quarto modo primae substantiae. = quarta et quinta proprietas nullo modo is talis quarto modo, quia etiam conveniunt quantitati, et alijs. = Sexta est talis quarto modo, respectu primae substantiae quae solum in exercicio est susceptiva contrariorum.

QUÆSTIO PRIMA.

Per quid constituatur substantia praedicamentalis in esse talis?

§. I.

Premittuntur aliqua notabilia.

Primo notandum est quod hoc nomen substantia tripliciter potest accipi

accipi primo sumitur subst.a sive juxta etymologiam pro subst.o illo quod accidentibus substat, v.g. substantia dicitur a substando, quod exercitium non est (ut postea videbimus) constitutivum essentiale subst.ae sic etiam dicimus quod Lapis dicitur a lædendo pede, ac non omne quod lædit pedem sit lapis, proinde dicimus quod hoc nomen lapis non significat læsionem pedis formaliter, sed naturam substantialem lapidis, cui convenit inquam proprietas lædere pedes. Sic ergo similiter, licet subst.a dicatur a substando, formaliter non est hoc exercitium primarium conceptum subst.æ sed quid consequens tamquam proprietas illius = Secundo subst.a accipitur acceptione communi pro essentia seu quidditate, cujus libet rei et hoc modo sumpta subst.a dicimus quod alia est subst.a quidditas, essentia, seu natura, quantitatis, alia qualitatis, licet quantitas, et qualitas sint accidentia realia prædicamentalia = Tertio subst.a sumitur proprissime pro entitate, seu quidditate contradistincta ab omni accidenti nempe pro re cui debetur existere, et subsistere per se, non accidentibus non debetur existere, et subsistere per se, sed in alio, inhærendo nempe in subiecto, quo pacto dicitur quod Perseitas est propria subst.æ et inalietas propria accidentis.

2 Secundo supponendum est quod subst.a hoc tertio modo sumpta, primo dividitur in subst.am prædicamentalem, et in subst.am supraprædicamentalem, sive in subst.am quæ ponitur in prædicamento, et in subst.am quæ non ponitur in prædicamento; quæ sit hæc secunda videbimus postea, et ad illa hic non loquamur, ea relicta, subst.a quæ ponitur in prædicamento dividitur in subst.am completam, et totalem, et in subst.am incompletam et partialem. Subst.a completa et ~~...~~ totalis est quæ directe collocatur in prædicamento; subst.a incompleta et partialis est quæ, cum sit pars ex se ordinabilis ad suum compositum, et totum, non ponitur directe in prædicamento. Rursus subst.a completa subdividitur in subst.am universalem, et particularem, sive in in subst.am primam, et secundam. Subst.a secunda et universalis sunt genera et species, subst.a particularis, sive singularis, et prima subst.a est individuum substantiale. = et nota quod etiam subst.a incompleta et quæ indirecte ponitur in prædicamento potest etiam dividi in subst.am universalem, ut sunt differentiæ subalternæ, seu genericæ, et in subst.am particularem ut sunt differentiæ individuales.

3 Tertio supponendum est quod secunda subst.a sive subst.a ~~universalis~~ universalis directe ponibilis in prædicamento, dividitur

Primo in subst. immaterialem, seu spiritualem, et in substam maalem seu corpoream. Substa immaalis seu spiritualis dividitur in tot species quot sunt Angeli. Substa maalis et corporea dividitur in corpus alterabile, seu corruptibile, et inalterabile, seu incorruptibile, corpus inalterabile, seu incorruptibile, dividitur in astra, et corpora coelestia. corpus alterabile, et corruptibile dividitur, nempe generabile dividitur in generabile simplex, et ingenerabile compositum, generabile simplex, sive elementum, quod saltem sua parte est generabile, dividitur in quatuor elementa, generabile compositum sunt corpora sub lunaria. Et hoc generabile compositum, nempe mixtum, dividitur in in mixta inanimata, et in mixta animata, mixtum inanimatum dividitur in lapides, metalla, et alia huiusmodi, mixtum animatum, nempe vivens, dividitur, in vivens insensibile, et sensibile, vivens insensibile, dividitur in tot species quot sunt arbores, plantae, et herbae. vivens sensibile, nempe animal, dividitur in rationale, et irrationale, irrationale animal, dividitur in tot species animantium quot sunt, terrestria, aquatilia, et volatilia, rationale animal, est infima species, quae est homo (nisi velis quod rationale non sit diff. infima, de quo alibi diximus.) Prima substantia solum dividitur in individua cuiuslibet speciei infimae.

§. II

Stabilitur quaestio:

4 His positis et probatis difficultas maior est circa substam tertio modo sumptam, nempe, circa substam quatenus distinguitur ab omni accidenti, et quaeritur per quid constituatur? circa quod multiplex versatur sententia.

5 Prima sententia, quae ab aliquibus tribuitur Porphyrio, asserit substam constitui formalissime per negationem essendi in alio.

6 Secunda sententia, quae tribuitur Boethio asserit substam formalissime constitui per hoc quod est substare accidentibus.

7 Tertia sententia quae defendit P. Arriaga. disp. 4. sect. 6. asserit substam formalissime consistere, in ratione primi entis; quod primo, et per se intendit a natura.

8 Quarta sententia, quae defendit P. Richardus Lince. 3 Met. tract. 2. c. 1., asserit substam esse aliquid herens de complexu distinctum a collectione partium.

9 Quinta sententia Ioannis Thomistarum asserit substantiam constitui

Constitui formaliter per eē id cui debet eē prove. Sed quid in
tot istā varietate, sit tenendū sequentibg assertionibg videbit.

Sit prima Cclō Subst.ᵃ nō constituitur formaliter p 10
nō eē in subiecto, seu p purā negationē essendi in alio. Haec Cclō
e Aristot. in hoc cap. 1. de substa. nā ut vidimus inter proprieta
tes substā primo loco ponit nō eē in subo. Sed proprietas alicuius rei
nō e constitutivū illius rei, sed potius supponit eā constitutā. ergo ex Aristot. nō
eē in subo nō e constitutivū substā = est etiā D. Thom. 1. p. q. [illegible]
[illegible] circa istū. eā etiā defendit Scotus in 1. d. dist. 3. 11

Probatione primo: 1º
q. Subst.ᵃ e verū ens positivū, sed verū ens positivū nequit constitui
per purā negationē: g substa nequit constitui p negationē essendi in alio.
mai e evidens. Cmin. probr: primo a paritate, nā g etiā si homini
conveniat non eē equū, nec lapidē, homo nō constituitur p illas negationes
q. homo e ens positivū; g similiter q. subst.ᵃ e ens positivū nequit
constitui p purā negationē essendi in alio. 2º probr: eadē min. ratione
q. negatio omnis quā nō e pura, & totalis negatio, qualis e
ipsū nihil, fundatur in aliquo positivo, g prius convenit substā illud
positivū supra quod fundatur negatio, quā ipsa negatio. [illegible] nā
evidens e quod substa nō e nihil. g nequit constitui per purā nega
tionē quā nullū subm supponat. [illegible] g etiā constat q. prius e
constitutivū alicuius rei quā alia predicata quā convenierint ipsi rei
g si negatio essendi in alio esset constitutivū substā prius conveniret
ipsi substā. tunc sic, sed negatio haec fundatur in aliquo positivo g
prius e illud positivū, [illegible] negatio nequit eē constitutivū substā.

Secundo probr: Cclō & explicatur praecedens ratio: q. illud e consti
tivū alicuius rei quod primo concipitur in illa re, seu quod intelligitur 12
ut fundamentū aliorū; sed primo intelligitur in substa aliquid positivū
supra quod fundetur negatio essendi in alio, quā ipsa negatio, g ne
gatio essendi in alio nō e constitutivū substā. 13

Secunda Cclō. Substare
accidentibus nō e constitutivū substā. Haec Cclō videtur expressa Aristo
telis. & 7. Metap. c. 1. nā ex Philosophus Substa e prior ratione
& definitione accidentibus, sed si constitutivū substā eēt substare ac
cidentibus, substa nō eēt prior ratione & definitione accidentibus, siquidē
in ordine ad illa definiretur. g constitutivum substā nō e substare accidentibus

14 Secundo prob.: Est ea ratione quia illud est constitutivum substantiae quod primo intelligitur in conceptu substantiae. Sed quod primo intelligitur non est substare accidentibus; ergo substare accidentibus non est constitutivum substantiae. maior patet. Et min. prob.: quia prius est in qualibet re id quod intelligitur in ordine ad se, quam id quod intelligitur in ordine ad aliquid extrinsecum; sed substare accidentibus intelligitur in substantia non in ordine ad seipsam sed in ordine ad aliquid extrinsecum nempe in ordine ad accidentia; ergo quod primo intelligitur in substantia non est substare accidentibus. mai. est evidens quia nihil est intimius alicui rei quam suum constitutivum essentiale et intrinsecum, ergo prius intelligitur in qualibet re id quod intelligitur in ordine ad se quam id quod intelligitur in ordine ad aliud; min. etiam est evidens nam substare accidentibus, est conceptus qui substantiae non in ordine ad se sed in ordine ad accidentia extrinseca concipitur. ergo de primo ad ultimum infert quod constitutivum substantiae non est substare accidentibus.

15 Tertia Est. substantiae formalissime non consistit in eo quod sit primum ens, per se primo intentum a natura. prob.: Est. nam conceptus hic non est quod primo concipitur in conceptu substantiae ergo constitutivum substantiae non est quod sit primum. cons. patet ex dictis ant. vero prob. quia conceptus hic est conceptus conveniens substantiae in ordine ad aliquid extrinsecum, sed conceptus qui in ordine ad aliquid extrinsecum sumitur non est conceptus formalissime constitutivus alicuius rei, cum conceptus constitutivus debeat esse in ordine ad se et non in ordine aliud. ergo conceptus hic non est quod primo concipitur in substantia. prob. mai. quia conceptus hic cum sit conceptus prioritatis, et primitatis est respectivus, sed conceptus respectivus non sumitur in ordine ad se, sed in ordine ad aliquid extrinsecum; ergo conceptus hic sumitur in ordine ad aliquid extrinsecum prout quod requirit esse constitutivum sub.

16 Confirmatur quia licet verum sit quod substantia sit primum ens, et per se primo intentum a natura tamen adhuc est difficultas in quo formaliter consistat et stet constitutivum primi entis, ergo dicere quod constituitur per esse primum ens, est relinquere quaestionem insolutam, et petere principium et tradere idem per idem, sicut quando dicitur quod calor est qualitas opposita frigori, constat quod oppositio illa non potest esse constitutivum formale caloris, cum constitutivum debeat esse fundamentum supra quod fundatur, et ad quod sequitur illa oppositio sic ergo similiter licet verum sit quod substantia est primum ens, et per se primo intentum a natura, tamen illud supra quod fundatur illa prioritas, et ad quod sequitur illa prioritas est constitutivum substantiae.

Urgetur

Urgetur secundo ratio, quia datur aliqua subsistentia cui non conveniat esse primum ens, et per se primo intentum a natura; ergo esse primum ens 17
et per se primo intentum a natura non est constitutivum subsistentiae. Consequentia patet quia
constitutivum alicuius rei semper debet sibi convenire, et etiam omnibus inferioribus sub illa ratione constitutis debet convenire, v.g. quia esse vivens
sensibile est constitutivum animalis, omne animal est vivens sensibile;
ergo similiter si constitutivum subsistentiae est esse primum ens, et per se primo intentum a natura, omni subsistentiae debet hoc ipsum convenire. Antecedens ergo probatur: quia
forma substantialis per se sumpta, et materia prima per se sumpta, et
insuper modus unionis, in sensu in quo datur, sunt subsistentiae et tamen illis
non convenit esse primum ens, et per se primo intentum a natura, cum hoc soli
composito substantiali per se conveniat: ergo datur aliqua subsistentia cui non conveniat esse primum ens, et per se primo intentum a natura. 18

Quarta conclusio. Constitutivum subsistentiae non est habere esse completum distinctum a collectione partium realiter distinctarum. Probatur: probatur 1o quia nulli dubium est quod compositum substantiale est subsistentia et tamen hoc non est esse completum distinctum a collectione partium, et non distinctum, cum totum non distinguatur a suis partibus, ut fuse probatur in 1 lib. physicorum; ergo constitutivum subsistentiae non est habere esse completum distinctum a collectione partium. 19

Secundo probatur conclusio quia nulli dubium est quod humanitas Christi domini privative a subsistentia Verbi, et prius ad illam, est subsistentia, et tamen talis subsistentia non habet esse completum, cum complet[ur] a Verbi subsistentia; ergo constitutivum subsistentiae non est habere esse completum distinctum a collectione partium. 20

Confirmatur, quia materia prima, forma substantialis, et unio, in sensu in quo datur, sunt subsistentiae et tamen non habent esse completum cum per se sint partes ex se ordinabiles ad totum; ergo illud non est constitutivum subsistentiae. 21

Mitto quorundam aliorum explicationes, quia per illas ut consideranti patebit nullo modo explicatur constitutivum subsistentiae. Unus P. Hurtado Metaphysica disputatione 10. sectione 2 ait quod subsistentiae conceptus est conceptus quidditativus rei, quo durante res durat, ceteris omnibus mutatis aut circumscriptis. Et subdit hic Auctor quod res, in hac descriptione intelligitur illud per quod respondemus ad questionem quid est? Alii sic definiunt subsistentiam

e idquod e alicuius constitutivum. Alij sic. e quod quid intrinsece constituit primo ac:

22 Mitto has ss.as q.a ex dictis facile reiiciuntur q.a etiam quando demonstrando cathedram dicimus quid e hoc? respondemus: cathedra, et constat quod haec non respondemus per substantiam. s.d per formam artificiosam cathedrae.

23 Secunda reiicitur q.a per illam non explicatur aliquid quod non possit convenire accidentibus. nam etiam forma accidentalis e constitutiva compositi accidentalis.

24 Tertia etiam reiicitur q.a forma substantialis et materia prima ss. substantiae et non constitutivum illarum non constituit primo ac.

§. III.

Proponitur conclusio affirmativa.

25 Substantia e formaliter id cui debetur esse perse. obiter quod non dicitur quod substantia e quae habet existentiam a se et perse, nam ut docet D. Ths. 1. contra g. c. 25 existentia solum convenit perse, et essentialiter Deo alijs vero accidentaliter, et licet substantia existat perse quatenus perse contraponitur accidentibus tamen non existit a se, hoc e independenter a deo. dicimus ergo quod substantia e cui debetur esse perse, hoc e quod substantia exigit habere existentiam in se, et perse hoc e non inhaerens alteri ut subiecto quemadmodum accidentia.

26 Probatur: ergo conclusio q.a hoc e quod primo concipitur in substantia cum sit conceptus substantiae in ordine ad se, - Ulterius q.a per hunc conceptum distinguitur substantia ab omnibus accidentibus, ergo e etiam suum constitutivum, cum idem sit constitutivum, et distinctivum.

27 Et nota quod quando dicitur quod substantia e cui debetur esse perse hoc esse intelligitur diversimode nam compositio debetur esse ut quod partibus vero substantialibus ut quo

QUÆSTIO SECUNDA.

An Deus ponatur in praedicamento Substantiae?

§. I

1 Duplex e in praesenti opposita ss.a prima affirmat Deum collocari in hoc praedicamento ita Ariminensis. 1. dist. 8. q. 3. Gabriel ibidem. Marsil. 1. dist. 9 q. 12

q. 12. Bachon. 2. dist. 9. q. 2. qui oes aiunt esse hanc sntiam Xti Arist. mentem. P. Hurtadus in Metaph. disp. 9. sect. 4. ait quod vestigiis SS PP. inhaerendo Deus non ponitur in praedicamento substantiae, caeterum stando ratione metaphysica Deus in praedicamento collocari, pietate modestiaque: quam SS PP. ratione non sunt secuti. fere idem sentit Arriaga disp. 8. sect. 2. et Oviedo controv. 6. puncto 2. n. 5. qui adjungunt quod si substantia sumitur pro eo quod est substare accidentibus, Deus non collocatur in praedicamento substantiae, caeterum alias potest excogitari aliud praedicamentum substantiae in quo collocatur Deus.

Secunda sntia est absolute negativa, eamque tenent fere omnes philosophi tam antiqui quam moderni. Si demas aliquos Scotistas. est tribuitque sntia SS. PP., D. Thom. D. Bonavent. Scoti, Durandi et ut dixi fere omnium philosophorum. 2

Sit ergo Resolutio: 3

Deus Optimus Maximus non ponitur directe in praedicamento substantiae. probatur 1o ex Arist. hoc cap. de substantia 2o quia juxta Arist. substantia omnis quae in hoc praedicamento collocatur vel est prima, vel 2a. Sed Deus juxta Arist. neque est 1a nec 2a substantia ergo juxta Arist. Deus non ponitur in praedicamento substantiae. min. probatur quia 2ae juxta Arist. secundae substantiae sunt genera et species sub quibus prima substantia stante. Sed Deus neque est genus, neque species, neque est 1a substantia stans sub ipsis nempe sub genere, neque sub specie ergo Deus juxta Arist. non est 1a nec 2a substantia quae in hoc praedicamento collocatur.

Secundo probatur 4

ex eodem Philosopho in hoc cap. nam prima proprietas quae convenit omni substantiae directe ponibili in praedicamento est quod substantia genus generalissimum univoce praedicatur de omnibus; Sed substantia genus generalissimum non praedicatur de Deo et aliis univoce ut constat ergo Deus non collocatur in praedicamento.

Tertio probatur ex eodem Arist. 5

in hoc eodem cap. nam alia proprietas substantiae praedicamentalis, est quod eadem numero maneus sit susceptiva contrariorum et quod possit substare accidentibus; Sed hae proprietates evidenter constat quod Deo non possunt convenire alias Deus mutabilis esset quod est impium. ergo juxta Arist Deus non ponitur in hoc praedicamento

§. II

6 Secundo pbr: Cl° ex SS. PP. 1° Ex D. Aug. Lib. de cognit. veræ vitæ cap. 3 ubi ait: Nomine, et verbo cuncta experimenta, quæ sub decem [redacted] prædicamentis humano corde concipiuntur, ostendit quod ex his nullus proprie Deo conveniat manifestatio non probat. Nam si dixerimus quod Deus substantia sit, quæ omnibus subsistere tribuat, et per quam omnes res esse habeant, mox universalia et individua de quibus substantia prædicatur, genera et species in quibus versata, simul et novem accidentia, quæ ei necessario inhæreant animo occurrunt, quæ cuncta liquet quia minime in Deum currunt. Ecce ubi D. Aug. probat Deum non contineri in prædicamento substantiæ quoniam Deus neque est genus, neque species sub genere contenta, neque individuum contentum sub ipsis.

7 idem docet D. Dionys. cap. ult. de Mistica Theologia, ubi Deum esse superesubstantiale proclamat.

8 idem docet D. Severinus Boetius lib. de Trin. cap. 5 et 6 ubi loquens de Deo ait: Substantia illa non est vera substantia (intelli ge prædicamentalis) sed ultra substantiam.

Non prætermittendus est

9 D. Damascenus lib. 1. de fide cap. 12. ubi loquens de Deo sic ait: Deus simplex est, atque ab omni compositione alienus, quod autem ex multis et diversis conflatur compositum est. quocirca si increatus, ac principii expertem esse, [illegible] si incorporeus, immortalem, æternum, bonum, rerum omnium parentem, et architectum cæteraque id genus substantiales Dei differentias dixerimus, profecto quod ex tam multis conflabitur, non simplex, sed compositum erit, id quod extremæ impietatis fuerit dicere. Ecce ubi ita expertem ab omni compositione affirmat Deum, ut impietatis afficiatur ille qui minimam saltem audeat asserere in Deo existere. Deus omne quod collocatur in prædicamento debeat constare ex genere, et differentia inde est quod Deus nequaquam potest collocari in prædicamento

§ III

10 Sextio pbr: Cl° ex D. Th. 1. dist. 8 et 1. p. q. 3. ar. 5. et q. 6. de Pot. ar. 7. et 1. Contra Gentes cap. 25. per totum. et §. 1. incipit D. Th. Ex hoc autem de necessitate concluditur quod Deus non sit in aliquo genere quod per totum caput latè probat, manifestando quomodo repugnaret quod Deus sit in prædicamento substantiæ quoniam Deus est immunis compositione

§. IV

§. IV.

Probatur 2° nostra Conclusio rationibus adductis ex D. Th. praesertim ex loco citato ex lib. 1° c. g. et primo sic efformatur: Deus est suum esse; ergo non collocatur in praedicamento substantiae. Antecedens constat. Consequentia vero est D. Th. ibi insuper probatur consequentia ratione Angelici M. quia eo ipso quod Deus sit suum esse, nullum aliud praedicatum potest esse genus respectu Dei, nisi ens; sed ens non potest esse genus, ergo Deus sub nullo genere continetur. Maior est evidens quia unumquodque collocatur in genere mediante sua quidditate, cum genus semper praedicetur in quid; ergo si quidditas Dei est eius esse, cum esse non contineatur nisi in ente formalissime, solummodo ens poterit esse genus respectu Dei. Minor vero probatur quia ex Arist. 3. Metaph. tex. 10, genus contrahitur per aliquas differentias de quarum conceptu non est genus, cum differentiae sint extra conceptum generis, sed ens semper est de conceptu differentiarum, cum eo ipso quod sint differentiae sint entia, ergo non potest esse genus. 11

Secundo probatur Conclusio alia ratione ex eodem D. Th. quidquid collocatur in aliquo genere differt suo esse ab aliis quae sunt sub eodem genere, sed in Deo non differt esse ab eo quod quid est; ergo Deus non est in aliquo genere. Huius syllogismi est divi Th. explicantur et probantur propositiones, et maior sic ostenditur quia cum genus necessario praedicetur de pluribus differentibus specie oportet quod omne illud quod sub genere collocatur habeat aliquid praedicatum pertinens ad quidditatem distinctum objective saltem a differentia per quam differt, et constituitur in suo esse, sed in Deo esse et quidditas non distinguuntur cum Deus sit suum esse, ergo quidquid collocatur in aliquo genere differt suo esse ab eo quod quid est, et ab aliis quae sunt sub eodem genere; ergo inde fit Deus in nullo genere collocatur. 12

Probatur ulterius alia ratione a priori quia si Deus collocaretur in praedicamento substantiae, genus generalissimum huius praedicamenti deberet esse genus respectu Dei, sed hoc est impossibile, ergo Deus non collocatur in praedicamento substantiae. Explicatur maior probanda postea minor. quia ex terminis patet quod in quolibet praedicamento supremum genus est genus respectu omnium quae in illo praedicamento collocantur, ergo si Deus collocatur in praedicamento substantiae genus generalissimum huius praedicamenti debet esse genus respectu Dei; tum sic genus generalissimum praedicatur 13

ut extremi ij sit, tamquam suo superiori respectu omnium quae in illo praedicamento collocantur, probatur: minor quia si substantia esset genus respectu Dei in Deo esset aliqua differentia contractiva substantiae, quae quia differentia esset extra conceptum substantiae, nam differentia est extra conceptum generis, proindeque in sensu metaphysico et formali esse verum dicere istam differentiam formaliter non esse substantiam; sed in Deo non datur talis differentia quae sit extra conceptum substantiae, alias in Deo esset vera compositio ex genere et differentia, et etiam alias in Deo distingueretur esse ab eo quidquid est, et etiam alias in Deo daretur aliquod praedicatum univocum respectu Dei et creaturarum, quae omnia sunt absurda; ergo substantia non genus respectu Dei.

Insuper probatur:

24 Deus alia ratione a priori quia quidquid ponitur in praedicamento substantiae, vel est prima substantia, vel secunda substantia; sed Deus neque est prima, nec secunda substantia; ergo Deus non collocatur in praedicamento substantiae. Maior est evidens, asserta ab omnibus philosophis et minor probatur: et in primis Deus non est secunda substantia, cum Deus neque sit genus neque species, non genus alias divideretur in plures Deos, non species alias componeretur ex genere et differentia contra [illegible] ubi impium est dicere quod in Deo est ulla compositio ergo Deus non est secunda substantia; quod vero non sit prima probatur: quia prima substantia est ea quae secundae substantiae praedicatur, prout est subtilius constituitur sed nihil continetur sub genere et specie quod non componatur ex genere et differentia; ergo a primo ad ultimum sequitur Deus nullo modo sit in praedicamento substantiae.

§. V.

25 Dices quod etsi Deus non collocaretur in praedicamento substantiae, maxime quia Deo repugnat compositio metaphysica ex genere et differentia; sed hoc est falsum; ergo Deus ponitur in praedicamento substantiae; maior est certa, et minor probatur: quia ad hoc ut detur compositio metaphysica ex genere, et differentia non requiritur quod supponatur vel fundetur aliqua compositio physica, et sufficit distinctio per duos diversos conceptus; atqui in Deo datur distinctio per duos diversos conceptus inter praedicata datur distinctio virtualis; ergo potest dari in Deo compositio metaphysica ex genere et differentia.

26 Respondeo negando quia ut vidimus ex Patribus Deus est

ita

ita simplex, omnisque compositionis expers, ut ei etiam minima compositio repugnet, ergo compositio metaphysica repugnat Deo.

Et ratio huius repugnantiae est quia ad hoc ut possit verificari compositio metaphysica requiritur quod concipiatur varius praedicatus, ut perfectibile per aliud, et ut in potentia ad aliud, quod est impossibile in Deo, cum omne praedicatum divinum, eo ipso quod tale, sit actus purissimus omnisque potentialitatis immunis, verum mihi persuadeo quod compositio metaphysica exigit necessario ut fundamentum remotum aliquam compositionem realem, illamque supponit, et ratio huius est quia cum ad compositionem metaphysicam sit necessario concipere aliquod praedicatum ut potentiale, et eo ipso quod sit potentiale sit finitum, et omne finitum, seu omnis creatura (etiam si sphaeram possibilitatis percurramus) habeat aliquam compositionem saltem ex essentia, et existentia, et etiam aliam compositionem ex se ipsis cum accidentibus quibus subduntur, inde est quod compositio metaphysica dicitur supponere compositionem realem, dicimus quod cum sint extrema compositionis realis, et compositionis metaphysicae, cum sint valde diversa, si quis arguitive concludit quod omnis compositio metaphysica supponit compositionem realem. Verum ad formam argumenti nego negationem minorem et ad probationem distinguo maiorem sufficit distinctio rationis, excludentis et exclusi concedo maiorem solum talis generis implicitum et explicitum nego. Et eodem modo dist. min. et nego consequentiam.

Replicabis quod ex hac ratione solum convincitur quod Deus reponatur in praedicamento substantiae Aristotelico, sive eo modo quo est dispositum ab Arist. at vero non erit difficile excogitare aliud praedicamentum substantiae in quo Deus directe collocetur. 17

Contra est quia quodlibet praedicamentum imaginabile debet esse taliter dispositum quod ratio superiorissima illius praedicamenti sit extra conceptum inferiorum, proinde quod ex illatione superioris, et ex differentiis quae supponuntur addere inferioribus fieret compositio; atqui omnis compositio, vel minima saltem Deo repugnat ergo impossibile est quod Deus ponatur in praedicamento. 18

Hoc amplius quia in illo praedicamento ab obiciente excogitato, vel ponitur Deus tamquam ratio superiorissima, vel intermedia, vel infima, vel ut individuum seu ut fundamentum omnium aliorum; sed quomodocumque sit ~~ordine modo et explicatur~~ repugnat quod Deus ponatur in illo praedicamento ergo absolute repugnat 19

quod Deus ponatur in praedicamento. Maior est evidens cum nullus alius sit
excogitabilis modus, minor quoad omnes duas partes probatur explicatur
et imprimis quod non possit poni tanquam ratio superioris. Patet quia exter-
minis ratio superioris est contrahibilis et determinabilis per differentias inferi
orum, atqui Deus nequit sic comparari cum non possit considerari ut inferio
ribus inferiorum, alias etiam esset partibilis in plures Deos, quae omni-
no repugnant; ergo non potest poni tanquam ratio superioris, quoad 2am et
3am partem simul probatur quia praedicata intermedia, et infima alicuius seu
cuiuslibet praedicamenti componuntur metaphysice ex praedicato supe
riori, et ex differentiis illud contrahentibus; sed omnis compositio, etiam
minima, qualis est metaphysica repugnat Deo, quod probatur tum
ex Patribus, tum quia ideo illi repugnat compositio physica etiam mini
ma, quia physice immunis est potentialitatis, sed in eo actus purissimus;
sed etiam metaphysice est actus purus immunis cuiuslibet potentialitatis
ergo repugnat Deo compositio metaphysica, tum quia ut vidimus compositio
metaphysica arguit compositionem physicam. ergo non potest poni Deus in
illo praedicamento tanquam genus intermedium, vel ut species infima.
quod vero non possit poni tanquam fundatum, seu ut individuum probatur quia
individuum contentum sub aliqua specie continet eadem praedicata essen
tialia, et metaphysica speciei sub qua continetur ergo si species compo
nitur ex genere et differentia similiter componetur et individuum.

Replicabis

20 quod in illo praedicamento excogitato ratio superior considerabitur non
ut inferior contrahibilis sed ut actus purus in eo non repugnabit Deo

21 Sed contra quia imprimis repugnat quod ratio superioris illius
praedicamenti consideretur ut actus, nam illa ratio debet esse talis conditionis quod
possit determinari per differentias inferiorum, sed in eo hae differentiae aliquam per
fectionem addant ipsi rationi superiori, ergo necessario concipitur ut potentialis. Se-
cundo quia si concipitur ut actus ex hoc actu superiori et ex actibus in
ferioribus etiam fiet compositio saltem per accidens, nam compositio per ac
cidens fit ex actu et potentia ut dicitur 1. physicorum, et 7 Metaphysicae. at
qui omnis compositio repugnat Deo, ergo potiori titulo repugnabit haec compo
sitio per accidens; praeterquam quod ex ratione superiori contrahibili, et ex
differentiis contrahentibus fieret compositio per se metaphysica, cum necessario illae
ratio conciperetur ut inferiorum, quia nullo modo haberet actu illas differentias

Replicabis

Replicabis nulla ē repugnantia ut Deus concipiat ut species determinata substantiæ; & eo ipso continetur in prædicamento substantiæ, ergo Deus continetur in prædicamento substantiæ. maior probatur: quia omne illud quod considerat habens aliquid per quod conveniat cum aliis, & aliud per quod ab illis deiungat, concipitur ut species determinata; sed hoc reperitur in Deo, ergo nulla ē repugnantia ad hoc, ut Deus concipiat ut species determinata substantiæ; probatur minor: quia Deus distinguitur a quacumque specie creata, alias habet rationem substantiæ illis communem, ergo habet aliquid per quod cum illis conveniat, & aliquid per quod ab illis differat. 22

Confirmatur quia Deus concipitur ut individuum, & ē individuum, & omne individuum continetur sub aliqua determinata specie ergo Deus continetur sub specie determinata substantiæ, seu ergo Deus ē species determinata substantiæ. 23

Contra quibus de Arriaga spretis aliorum testimoniis convincitur ad assenendum quod Deus continetur in prædicamento substantiæ, nam inquit ipse, prædicamentum potest sumi dupliciter, nempe physice, & metaphysice, verum si Deus, sumpto prædicamento physice, non continetur in prædicamento, tamen si metaphysice sumitur potest contineri in prædicamento. 24

Sed dico quod etiam metaphysice sumpto prædicamento (qua ratione ab omnibus sumitur cum prædicamentum, nil aliud sit nisi coordinatio prædicatorum, quæ solum metaphysice, & logice coordinantur) Deus non continetur in prædicamento, nam ideo physice sumpto prædicamento Deus non continetur, ex ipsius autoris, quia Deus physice sumptus ē actus purus totius compositionis immunis, sed hoc ipsum habet metaphysice sumpto, ergo & metaphysice sumpto prædicamento, non continetur Deus in prædicamento. 25

Ad replicam

Respondetur quod Deus non ē proprie species positiva, eomodo quo intelligimus communes species, nam species proprie sumpta, ut etiam conceditur in argumento constat ex prædicato communi cum aliis, & ex prædicato differentiali, & Deus non habet neque constat ex genere & differentia, inde quod non ē proprie species, quia Deus de toto differt ab omni alio, verum ad probationem concedo maiorem & ad probationem distinguo maiorem. tunc datur species quando datur prædicatum in quo conveniat cum aliis, si sit sermo de convenientia propria, & univoca concedo maiorem. si de convenientia impropria, & analoga nego maiorem. & distinguo minorem eodem modo et nego consequentiam. 26

Ad confirmationem similiter dicimus quod 27

Deus proprie non est individuus, eo modo quo in praesenti loquimur de individuis, licet sit singularissimus, proindeque non stinetur sub aliqua specie.

28 Replicabis quod licet Deo repugnet genus logice sumptus, quia nimirum genus dicit perfectionem intrinsecam, non tamen repugnat Deo genus metaphysicus, quoniam hoc genus nullam perfectionem intrinsecam arguit, sed solum dicit perfectionem extrinsecam quae nullo modo obstat Deo; ideo Deus poterit esse species composita ex genere, et differentia metaphysica ac proinde collocari in praedicamento.

29 Sic ponere in Deo compositionem metaphysicam vidi et audivi in Kintianologico, sed mihi non placet hic modus dicendi, primo quia est absutiterminis, nam sicut genus metaphysicum arguit perfectionem metaphysicam, sic genus logicum perfectionem logicam, sive de facto obtabilibilem, ergo perfectio metaphysica arguit perfectionem metaphysicam intrinsecam nempe quae fundamentaliter sit obtabilibilis, proindeque intrinsece talem, ergo repugnat Deo talis compositio.

30 Nam quia S. Th. absolute omnem compositionem, etiam vel minimam denegavit Deo, aliique quae concedere dicunt esse extra mentem impossibilitatis, ergo illa compositio metaphysica repugnabit Deo.

§. VI

31 Replicabis ex alio capite ideo Deum non posse collocari in praedicamento substantiae quia est infinitus, proindeque incapax ut aliquibus certis terminis claudatur. Sed haec ratio est nulla, ergo Deus poterit poni in praedicamento substantiae. Maior videtur certa nam infinitas Dei exhalbit illum ab omni compositione etiam metaphysica, proindeque facit ut Deus nullis terminis claudatur nec physice, nec metaphysice. Minor vero probatur: quia si daretur quantitas infinita verbi gratia una linea poneretur in praedicamento quantitatis, et similiter si daretur qualitas infinite intensa, etiam non obstante sua infinitudine poneretur in praedicamento qualitatis: ergo similiter etiam si Deus sit infinitus poterit collocari in praedicamento substantiae.

32 Aliqui occurrunt huic argumento non admittendo hypothesim, dicunt enim quod repugnat etiam alterata potentia absoluta dari aliquam creaturam infinitam etiam in aliqua linea, proindeque argumentum non egeat solutione.

33 Sed tamen licet verum contineat solutio quia negat possibilitatem illius infinitudinis,

-catis

Categorematice, ut late demonstrat q. Physic. tom. non est ne-
cessum ad hoc recurrere ut [illegible] ante: ut aliter solvenda
est replica. 39

Si primo alij dicunt quod admissa quantitate
infinita (et idem dicitur de qualitate) adhuc illa quantitas non
collocaretur in praedicamento quantitatis, et ratio est quia illa quantitas
nullis terminis coarctaretur, et consequenter esset extra illud praedicamentum.

Sed mihi non placet haec solutio quia etiamsi physice 35
coarctaretur terminis, haberet compositionem metaphysicam, et inde quod
posset poni in praedicamento. Et ratio huius est quia illa quantitas,
etsi esset infinita, esset tantum infinita secundum quid et in determi-
nata linea, et consequenter absolute finita secundum essentiam; ergo esset
capax compositionis metaphysicae generis et differentiae. cum etiam
haberet etiam compositionem physicam accidentalem, nempe ex subiecto
et accidenti, at Deus cum sit in omni linea infinitus
nullo modo est capax cuiusvis compositionis, ergo nec minimae
quod etiam si quantitas et qualitas infinitae ponantur in suis
praedicamentis, tamen Deus obsque infinitate non poterit collocari
in praedicamento.

Sed replicabis: ponamus quod Deus est infinitus in- 36
finitus in omni linea non potest poni in aliquo praedicamento, sive
substantiae, sive relationis, vel actionis etc. ergo similiter quia quan-
titas est infinita in linea determinata non poterit poni in praedi-
camento determinato quantitatis, vel e contra. Si in quantitate non
obstante sua determinata infinitudine, potest adhuc poni in de-
terminato praedicamento quantitatis, et similiter non obstabit omnimoda
infinitas Dei ut ponatur in quolibet praedicamento. 37

Respondeo negando sequelam quia eo ipso
quod quantitas, et idem dico de qualitate, sit solum infinita in li-
nea determinata, sive secundum quid est absolute finita et inde est
capax compositionis physicae, et metaphysicae, et consequenter potest poni
in suo determinato praedicamento; caeterum Deus eo ipso quod sit
infinitus in omni linea, nullo modo capax est compositionis, ergo
nec minimae, et inde non potest poni in praedicamento ullo. 38

§. VII.

Replicabis ex alio capite. Christus Dominus ponitur in praedicamento

subst.; S. Xpus e Deus, ergo Deus ponitur in praedicato in obliquo.

39 Vulgo creditur quod aliqui valde decantant, sed im

2 merito. Respondeo ergo quod Xpus Deus, nobis ponitur in praedicato substantive solum quod dicit esse complexum essentiale praeiacens naturam, Stimmare, sed etiam solum quod dicit complementum hypostaticum, et personale, sed alio, et alio modo, nam personalitas praeter naturam, non ponitur solum se, cum hoc modo sit in persona, et immunis totius compositionis, constructionis, omniumque, sed reduplicative quominus constituit hominem, modo quo dicitur quod illa persona est genita

2 et est ille homo subsistens, filius Mariae virginis; caeterum ex hoc non licet inferre quod Deus ponatur in praedicato substantive. Et ex eo quod hic homo, signato ego, sit praedestinatus ad esse filium Dei naturalis, non sequitur quod Deus sit praedestinatus: est enim praedestinatus reduplicative in quo terminat naturam humanam.



CAPUT DE QUANTITATE

SUMMA TEXTUS ARIST.

In hoc cap. non definit neque explicat Arist. quantitatis essentiam. Primo agit de quantitatis, seu quantit. divisione. post haec, neque [illegible] assignari, ratio quia ad logicos non expectat de quantitatis essentia disquirere. Sed hoc est munus Methaphisici, qui ratione 5 Metaph. c. 13 definit, seu describit quantitatem, seu quantum, sic dicens quod quantum est divisibile in ea quae insunt quorum utrumque [illegible] quid unum quid aptum est esse. Igitur Arist. caput hoc in duas dividit partes. in quarum prima quantitatis, seu quantit. divisiones assignat, et explicat. in 2a. totius huius quantitatis proprietates enumerat.

Circa primam ait quantitatem dividi in continuam et discretam. quantitas continua est illa cuius partes copulantur termino communi. discreta vero est illa cuius partes non copulantur termino communi. exempla quantitatis continuae apponit in linea, superficie, corpore, loco et tempore, quae termino communi copulantur. lineae enim partes punctis uniuntur quae quidem puncta quae inter partem A. et partem B. intercipiuntur, ideo omnia indivisibilia dicuntur, similiter superficiei partes lineis uniuntur, et corporis superficiebus, quia sicut linea non ~~[illegible]~~ longitudinem sit extensa, sed latitudine est indivisibilis. Et similiter superficies quamvis sit latitudine extensa, quantum tamen ad profunditatem est indivisibilis, sicut et corpus, quamvis indivisibilia non sint partes quantitatis. linea a. non habet dimensionem extensionis a superficie, ut postea dicetur, et habet eadem indivisibilia terminativa ac superficies, quae unit lineis. ~~[illegible]~~ partes uniuntur instantibus seu momentis. Exempla vero quantitatis discretae apponit in numero et oratione. nam partes numeri, v.g. ternarii nullo modo sunt inter se unitae, sicut nec syllabae orationis.

Secundo dividit Philos. quantitatem in eam cuius partes habent positionem in continuo et in eam cuius partes non habent positionem in continuo. ad cuius intelligentiam

nota quod haec parte positione in continuo est quod partes ipsius sint alicubi, sive stantes in tabula sive in loco, secundum est quod sint invicem coniunctae, tertia exigit quod sint stantes et permanentes, huiusmodi sunt omnes species quantitatis continuae permanentis: quantitas autem cuius partes non habent positionem in continuo est quantitas discreta, et quantitas continua successiva.

Tertio dividit quantitatem sive quantum in quantum per se et in quantum per accidens. quantum per se est quaelibet species quantitatis. quantum per accidens est subiectum affectum quantitate, albedo et quodlibet aliud praedicamentum quod mediante quantitate sigillatur siquidem ex se non habet extensionem neque divisionem.

Circa secundum enumerat Arist. tres proprietates quantitatis. 1a est non habere contrarium, 2a est non suscipere magis vel minus. 1a proprietas intelligitur de contrariis strictae talibus qualia sunt quae sub eodem genere maxime distant et ab eodem subiecto mutuo se expellunt, proindeque quantitas bicubita non est contraria quantitati tricubitae neque alteri quantitati. 2a proprietas infertur ex prima, nam suscipere magis vel minus intelligitur per maiorem vel minorem admixtionem sui contrarii. unde cum ut vidimus quantitas non habeat contrarium, inde est quod nec suscipit magis vel minus.

Et nota quod hae duae proprietates non sunt tales quarto modo, nam aliis praedicamentis conveniunt.

3a proprietas quantitatis est, quod secundum quantitatem dicantur aequalia vel inaequalia: dicitur enim una linea alteri lineae aequalis, si utraque contineat duos palmos, vel inaequalis si una altera est maior. Et similiter una superficies respectu alterius, et unum corpus respectu similiter alterius.

Et nota quod haec ultima proprietas est talis quarto modo, nam convenit omni soli et semper. nam omnia quae tractantur sunt quanta per accidens solum sunt aequalia vel inaequalia ratione quantitatis.

QUAESTIO PRIMA.

Quaenam sit ratio formalis constitutiva quantitatis? Seu in quo consistat essentia quantitatis.

§. 1

§ I

Explicatur definitio quantitatis.

Antequam quaesito principali respondeamus, oportet prius diximus quantitatis definitionem seu descriptionem explicare. Sed multis videtur defectuosa. In primis quia praedicta definitio videtur convenire substantiis homogeneis, v.g. aquae, aqua enim, sicut quaelibet alia substantia, habet partes substantialiter distinctas, et quaelibet pars aquae seorsim a qualibet alia parte aquae est unum quid, ergo talis definitio non est bona.

Secundo ipsi quantitati non convenit, nam caelum est quantum et implicat quod dividatur. Similiter minimum naturale etiam est quantum, et tamen divisibile non est. Ergo.

Sed his obiectionibus non obstantibus asserimus praedictam definitionem seu descriptionem quantitatis esse bonam, et praeter auctoritatem Philosophi illam tradentis patet explicando. Et ad solvendam priorem obiectionem nota quod cum dicitur quod quantum est divisibile in ea quae insunt, intelligitur de divisibilitate ~~quae ei convenit ratione subiecti non ratione alterius~~. Et divisibilitas accipienda de divisibilitate mathematica, non de divisibilitate physica et reali.

His positis, ad primum respondetur quod substantiae homogeneae divisibiles non ratione sui, sed ratione quantitatis, proinde ipsi non competit definitio quantitatis.

Ad secundum dicitur quod caelum et quodlibet aliud corpus caeleste est indivisibile physice, non vero mathematice, quod sufficit ut ipsis competat definitio quantitatis. Et similiter dicimus de quolibet minimo naturali.

§ II

Explicantur varii effectus quantitatis.

Ut facilius essentiam quantitatis inveniamus, omnes effectus quos ipsa quantitas substantiae communicat seligimus explicare. Quantitas enim habet partes extra partes, unde ipsa substantia etiam extendit in ordine ad se. Secundo ipsa quantitas est divisibilis in tales partes. Tertio intelliguntur tales partes extensae in ordine ad locum. Quarto intelli-

iunitz tales partes impenetrabiles cum alterius quantitatis partibus. et denique intelligitur in quantitate [illegible] ratio mensurae, tum intrinsece seipsam notificando, tum extrinsece notificantis substantiam et alia accidentia. his positis

7 Prima sententia asserit essentiam quantitatis sitam esse in eo quod quantitas sit divisibilis in partes eiusdem rationis: hanc sententiam tenent ex Thom. Javellus 5 Metaphys. q. 20. et alii quos refert Suarez Metaphys. disp. 40. sect. 4a. et ex Scotistis Ant. Andreas et alij

8 Secunda sententia asserit essentiam quantitatis consistere in extensione aptitudinali in ordine ad locum. ita Suarez Zecorilato [illegible] et alij

9 Tertia sententia docet essentiam quantitatis consistere in impenetrabilitate cum alia quantitate. ita Arriaga disp. 15. Metaphys. sect. 1. quiros disp. 106. sect. 4. n. 13. Mastrius cap. de quant. q. 2.

10 Quarta sententia affirmat essentiam quantitatis consistere in ratione, et conceptu mensurae. ita Capreolus in 2. dist. q. 1. ad 11. et alij

11 Quinta sententia asserit [illegible] rationes formalis quantitatis consistere in extensione partium in ordine ad se. haec sententia est communis fere omnium Thom. ita SS. M. Aquinas in Metaphys. disp. 8. cap. de quant. sect. 3 n. 30. et novissime SS. M. Badiono q. 8. de subiecto praedicam. ar. 3 n. 55. Lerma Prado et alij.

12 quae ultima et 5a sententia sit vera probatur. et probatur [illegible] illud conceptus est constitutivus alicuius rei quod primo intelligitur in illa re, sive in illo consistit essentia alicuius rei quod primo intelligitur in illa re; sed quod primo intelligitur in quantitate est extensio partium in ordine ad se, sive in ordine ad totum; ergo extensio partium in ordine ad se est essentia quantitatis. maior ex ipsis terminis nota videtur, siquidem eo ipso quod per intelligatur aliquod praedicatum ad alia [illegible] intelligitur essentia constituta in illo praedicato, sive praedicatum quod aliud supponit vel potius est constitutivum illius rei. sequentia infertur. probatur min. quia ideo quantitas est divisibilis in partes quia habet partes extensas, si enim partes extensas non haberet indivisibilis esset, ergo prius est extensio partium quantitatis in ordine ad se quam divisibilitas partium. similiter ideo quantitas habet partes extensas in ordine ad locum quia illas habet extensas in ordine ad se

ad se, prius non est illud praedicatum quod convenit rei in ordine ad se quam illud quod convenit in ordine ad locum, aliquid extrinsecum, et extensio in ordine ad locum est extensio in ordine ad aliquid extrinsecum, ergo prius intelligitur in quantitate extensio partium in ordine ad se. Similiter prius est in quantitate praedicta extensio in ordine ad se quam impenetrabilitas cum altera quantitate; impenetrabilitas enim est praedicatum subsequens ad extensionem in ordine ad locum, ideo enim non est impenetrabilis quia est extensa in ordine ad se, et in ordine ad locum. ergo extensio in ordine ad se est praedicatum quod primo intelligitur in quantitate, et in quo consistit eius distinctivum. Similiter ratio mensurae non est praedicatum primo intellectum quia ideo quantitas mensurat, et se ipsam et substantiam sive aliam quamlibet rem quam quantificat quia habet extensionem et in ordine ad se et in ordine ad locum: ergo conceptus mensurae non est conceptus qui primo intelligitur in quantitate. Etiam quia conceptus mensurae est in ordine ad aliquid extrinsecum nempe in ordine ad res mensuratas. Sed prius est praedicatum quod convenit rei in ordine ad se quam illud quod convenit in ordine ad aliquid extrinsecum, ut nuper dicebamus, ergo conceptus mensurae non est de essentia quantitatis.

13 Secundo probatur: de essentia illud praedicatum quod est de essentia alicuius rei nec divinitus potest separari ab illa re, ut ex terminis est notum. Sed sola extensio in ordine ad se est inseparabilis a quantitate; caetera praedicata separantur a quantitate, ergo essentia quantitatis praecise consistit in extensione partium in ordine ad se. Consequentia cum maiori tenet. Probatur minor in quantitate Christi domini existente in eucharistia. ibi enim non habet extensionem in ordine ad locum neque divisibilitatem, est enim corpus Christi sub speciebus panis modo indivisibili. Similiter impenetrabilitas separatur a quantitate ut patet in corpore Christi quando intravit ianuis clausis, ad locum, ubi erant Apostoli, similiter quando corpus Christi penetravit caelum et quando exivit de utero virginis.

14 Sed quaeres: si impenetrabilitas esset de essentia quantitatis naturaliter competeret omni quantitati;

Si quantitati discretae non competit, ut patet: nam quantitas discreta non habet quae generentur.

15 Similiter ratio mensurae separabilis est a quantitate ut patet in quantitate corporis Christi existentis in Eucharistia, ubi non cognoscitur magnitudo corporis illius, ergo signum est quod nullus ex praedicatis enumeratis est de essentia quantitatis.

16 Ergo extensio partium in ordine ad se est inseparabilis a quantitate: ut patet in ipso corpore Christi existente in Eucharistia, corpus namque Christi habet partes extra partes: nam caput est distinctum a pede, et manu, et ab omnibus aliis partibus, ergo ex proximo adstruimus essentiam quantitatis solum posse consistere in extensione partium in ordine ad se. Et per hoc manent exclusae omnes sententiae supra enumeratae.

17 Obiter notandum quod D. Thomas dicit in opusc. 52: quod propria ratio quantitatis est ratio mensurae: ibi non loquitur de praedicato essentiali quantitatis, sed de propria proprietate quarto modo conveniente quantitati: nam in opusc. 70. q. 5. ar. 3. ad 3. tenet expresse nostram sententiam his verbis: *ordo partium in toto includitur in ratione essentiali quantitatis tamquam differentia constitutiva ipsius.* quo nihil clarius pro nostra sententia. Et si praedicta verba non venirent interpretanda ut diximus D. Thomas videretur sibi contrarius. quo quid absurdius.

QUÆSTIO SECUNDA.

Utrum Substantia materialis habeat partes entitative distinctas antecedenter ad quantitatem?

§.

Explicantur nonnulla.

Consulto inquirimus an substantia materialis habeat partes entitative distinctas, et non extensas, nam extensio proprie est effectus quantitatis, et cum effectus formalis nequeat existere absque forma, a qua

et dicitur

dicitur effectus formalis quae est ipsa forma communicata, inde est quod nullum dubium posset esse quod substantia antecedenter ad quantitatem non habet partes extensas, solum ergo disquirimus de distinctione entitativa partium substantiae.

Ut audiendi non sunt aliqui recentiores Societatis qui substantiae materiali non solum distinctionem partium antecedenter et independenter a quantitate concedunt, sed etiam aliquam extensionem, neque ponitur, et obiiciendo et Complutenses concedunt substantiae materiali extensionem localem, aiunt quod non solum substantia capitis extra non est substantia pedis, sed etiam ex se substantia capitis correspondet diverso loci spacio ac correspondet substantia pedis; et haec correspondentia intelligitur ab his esse independenter omnino a quantitate. Veniunt substantiae aliqui non ingeniunt separata divinitus a substantia quantitate, substantia capitis in instanti cum substantia pedis confluerent ad partem quod est chimera, et quod alioquin non posset fieri sine motu locali ad quem requiritur etiam correspondentia partium corporis moti ad partes spacii in quo fit conditio. Ut hi auctores ponunt in substantia partes non 3 solum distinctas sed et ordinatas et inscrisas independenter a quantitate.

Alii cum Suarez ponunt etiam extensionem partium substantiae independentem a quantitate, esse, non concedunt extensionem illius esse localem.

Hi omnes (Complutenses) 4
audiendi non sunt quia ponunt effectum quantitatis communicari substantiae independenter a quantitate quod est chimera, cum effectus sit ipsa forma communicata. Hi ergo sententiis reiectis

est duplex sententia 5
in praesenti. Prima sententia affirmat substantiam independenter a quantitate non habere partes distinctas sed esse omnino indivisibilem nullamque distinctionem partium habere. ita Scotus et Complutenses in logica in hoc capite disputatione 13 q. 3 qui videtur subscribere M. Joan. a S. Th. et revera sit difficile investigare quid sentiat hic D. Th. in hoc puncto. 6

2da sententia quae merito est, vocatur communis inter Thomistas, asserit substantiam materialem independenter omnino a quantitate habere partes integrantes substantiales enti-

tative distinctus. ita SS. M. Lerma. Prado. Dominicus lince. Aquinas. Baiona omnes in hoc c. de q.

§ II

aperitur iudicium

7 Sit ma dl[?] Substantia materialis ex se et independenter omnino a quantitate habet partes integrales substantialiter et entitative distinctas, ita taliter quod independenter a quantitate verificatur quod substa. capitis v.g. non est subst. pedis.

8 Prob. 1.o ratione ducta ex Arist. lib. 1. de gen. c. 5. ubi assignans diversas nutritionis [illegible] ait esse subst. partiales, ubi aperte supponit subst. materiales habere partes entitative distinctas. Et prob. ratione deducta ex hoc principio nam in nutritione aliquid de subst. alimenti convertitur in subst. aliti, et aliquid de ipsa alim. subst. deperditur, et invicem emittitur, sed ubi est aliquid, et aliquid est distinctio, quae in subst. data substantialis, et entitativa distinctio.

9 R. Replicabis 1.o quod d.o de subst. alim. aliquid separatur et convertatur in subst. aliti divisio illa non est substantialis sed accidentalis conveniens subst. ratione quantitatis quae non infert quod in subst. detur distinctio partium ratione sui sed ratione quantitatis.

10 S[?] [illegible] quod substa. actu divisibilis in partes ~~[illegible]~~ saltem ratione quantitatis implicat quod ex se non habeat partes distinctas, nam ideo quantitas potest reddere divisibilem, et actu divisam ~~[illegible]~~ subst. quia subst. ex divisibilitate radicaliter implicat n. quod quantitas reddat et constituat per se divisibilem subst. spiritualem quia non habet talis subst. ex se distinctionem entitativam partium, ergo si quantitas reddit subst. materialem per se divisibilem est quia subst. ex se est radicaliter divisibilis in partes.

11 Replicabis 2.o q. d.o quod ex alimento dividitur et segregatur aliqua portio ut in subst. aliti convertatur non dividitur aliqua pars substantiae sed quod dum aliud totum. l[?] quod convertitur

versit in subst.[ae] alit. Et quodd[am] aliud ... e[st] quod relin-
quit. ... nunquam verificatur quod d[ic]ti in subst.[anti]a partes in-
tegrantes substantialiter entitative distinctas.

Et ... impri- 12
mis haec solutio e[st] magis illusio, quam solutio et in illa illus
resplendet verus apparatus. nam illud quod vocatur portio subst.[antiae]
n[on] e[st] portio totalis, s[ed] partialis, ut p[ate]t. nam illae duae por-
tiones constituebant subst.[anti]am totalem alit[er].

... exp. 12
dicta solutione sequitur quod aliquid esse indivisibile dividatur
et quod illud quod semel e[st] unus seu constitutus in ultima
indivisibile unitate, transeat ad constituendum duo, et habeat
dualitatem. quod videtur chimaerica sequella et assumptum prob.[atur]
q[uia] illud aliquod e[st] constitutus in ultima unitate individuali et
esse e[st] substantialiter indivisibile: alias q[uia] solutione. divi-
ditur in duas portiones quarum quaelibet est quoddam ...:
E[rgo] illud quod e[st] unus transivit realiter ad dualitatem.

... tertio q. 14
alias subst.[anti]a alicui identificaretur media unitione cum subst.[anti]a
aliti, proinde una creatura realiter posset identificari
cum alia, quod videtur etiam chimaerica sequela p[ate]t. nam q[uia]
subst.[anti]a aliud e[st] conversa in subst.[anti]am alit. ... n[on] e[st] subst.[anti]a
aliud s[ed] aliti, s[ed] subst.[anti]a alit ... hanc ... e[st] indivisi-
bilis substantialiter E[rgo] una creatura transiit realiter
ad identificationem cum alia. q[uia] ... neque illud quod e[st] unus
omnino, exigeat esse duo, et quod e[st] duo n[on] potest esse
unus omnino p[ate]t. ... ex illo communi axiomate
asserente quod illud quod semel e[st] unus semper e[st]
unus, et quod semel sunt multa semper erunt multa
Et ulterius prob.[atur] q[uia] implicat quod unus homo sit duplex
homo, et una anima duplex anima, et implicat quod
duo homines sint unus homo. etc. 15

Secundo prob. ...
q[uia] subst.[anti]a capitis v.g. separabilis e[st] a subst.[anti]a pedis. ...
separatur. E[rgo] subst.[anti]a capitis distinguitur entitative a subst.[anti]a

pedis. ans est certus et ex[illegible] quia omnes philo-
sofos et Metaphisicos quae realiter separantur realiter distinguuntur
e. n. signum evidens distinctionis separatio realis, ergo si subsistentia
capitis est separabilis et separatur a subsistentia pedis, subsistentia
pedis distinguitur a subsistentia capitis. Quare sic si una ab alia
non distinguitur tamquam quae totus a toto, ergo ut quis expresse [illegible]
[illegible] est certum quod caput non est quiddam totum sed pars integralis corporis.

16 Dices quod praedictum axioma scilicet quae re-
aliter separantur realiter distinguuntur non est signum evidens
distinctionis realis, falsificatur n. in [illegible] constituente actum
liberum Dei seu decretum divinum in quadam terminatione intrin-
seca realiter separabili a toto scilicet ab actu necessario seu a ter-
minatione necessaria et tamen non distinguitur realiter ab actu ne-
cessario seu a terminatione necessaria actus, ergo separatio
realis non est signum distinctionis realis; ita tenet illustrissimus Gaby
1. p. q. 19. tenent aliqui thomistae.

Quidquid sit de
veritate huius opinionis, quae adversus non expectat dicimus
quod in omni praedicato creato verificatur et debet verifi-
cari praedictum axioma, nam alias non haberemus fundamentum
ad adstruendam distinctionem realem naturae a personalitate, si
ut arguerimus illam distinctionem ex separatione reali quam
videmus in Christo Domino. in Christo n. natura humana est separata
a personalitate creata, nam in Christo solus est personalitas
divina verbi ut catholice fatemur omnes contra [illegible]
Nestorius et talis personalitas realis in Christo terminat duas
naturas et humanam et divinam contra Eutichen. Ergo separa-
tio realis cuiuslibet rei creatae ab alia arguit evidenter
distinctionem realem inter illas, ergo si subsistentia capitis separatur
a subsistentia pedis signum est evidens distinctionis realis inter illas.

Minor
18 [illegible] quia probanda relinquitur, scilicet quod una non separatur ab alia tam-
quam totum a toto, sed tamquam pars a parte. probatur quia ut certum et ma-
nifestum est caput solum est pars integralis ~~[illegible]~~ corporis.

Dices

S. dices quod in separatione subintrat ratio totius 19
integ. non datur casus in quo verificetur separatio realis
partis a te. ( ) 20
Q. 3ª sibque solutio verum affirmando
sequentia quod quantitas etiam non tenet partes distinctas
S. hoc est contra omnes philosophos ergo ... et solu-
tio tradita. sequella prob. quia similiter poterimus philosophos
dicere quod quando aliqua pars quantitatis, sive aliqua
portio illius separatur alia portione portio separata
subintrat rationem totius, ergo numquam separatur pars
integ. quantitas partes non habent. quod inauditum est
in philosophia.
21
Q. 4º prob. 2ª sol. ... substantia in signo
anteriori ad quantitatem supponitur et est subiectum proportionatum
illius, ergo sicut quantitas totalis exigit pro subiecto substantiam totalem
similiter substantia partialis exiget pro subiecto adaequato sui substantiam partialem,
ergo dantur in substantia in priori ad quantitatem partes substantiales
inter se distinctae. prima cons. prob. quia substantia individuatur per
quantitatem seu per ordinem ad illam, ergo sicut substantia totalis ideo to-
talis est quia dicit ordinem ad quantitatem totalem substantia quae solum
ordinem includat ad quantitatem partialem erit substantia par-
tialis. 2ª substantia in sui individuatione dependet a quantitate,
et quantitas dependet a substantia in sui interiori, seu dependet
a substantia ut a subiecto sustentante, quae mutua utriusque depen-
dentia incompatibilis non est.
22
S. dices, et est praecipuum adversa-
riorum fundamentum. quod ut substantia realis partes anteriores
ad quantitatem supponat et sit subiectum receptivum quanti-
tatis non requiritur quod pro illo signo substantia habeat partes entitative
distinctas. ergo maior non subsistit. assumptum probatur. quia ut
substantia recipiat extensionem a quantitate, non requiritur quod
supponatur extensa, et ut recipiat divisionem non requiritur quod sup-
ponatur divisa, et ut recipiat albedinem non requiritur quod supponatur
alba; ergo similiter ut recipiat partes quantitatis quae inter
se realiter entitative distinguuntur non erit necesse quod habeat

partes entitative distinctas, imo repugnabit quod illas per se habeat distinctas realiter pro illo signo. ans est certus. quia quantitas nullus effectus praebet subst. nec qualitas ponat aliquem effectum subst. Doa. a. posteriori quia ideo ut subst. recipiat divisibilitatem et extensionem a quantitate non requiritur quod pro signo anteriori ad quantitatem sit subst. extensa et divisa quia extensio et divisio sunt effectus formales provenientes a quantitate, et distinctio est etiam effectus formalis quantitatis, ergo non poterit subst. pro illo signo habere partes entitative distinctas. hec doa probatur ex premissis. et minor est certa quia quantitas nominatur praebet subst. extensionem et divisibilitatem per suas distinctiones, ergo ut illi effectus necessario proveniunt a quantitate ita similiter distinctio proveniet a quantitate et inde subst. non debet habere partes substantialiter entitative distinctas.

23 Resp. 1° quod est duplex genus distinctionis, et est distinctio substantialis proveniens in per substantiam, et distinctio accidentalis, distinctio quam non dicimus habere subst. pro signo anteriori ad quantitatem est distinctio substantialis, vero distinctionem accidentalem nullo modo dicimus habere subst. pro signo anteriori ad quantitatem et inde non ponimus effectum sine sua causa. extensio autem, et divisibilitas sunt omnino effectus accidentales et inde non presupponuntur ad quantitatem ac inde stat quod subst. prius ad quantitatem habeat partes substantialiter entitative distinctas.

24 Resp. 2° dicimus quod sicut dum subst. totalis ex se et antecedenter ad quantitatem distinguitur entitative solus cum ordine ad quantitatem, quia ex se habeat suam unitatem individualem transcendentalem et inde supponitur ad quantitatem ut sit subiecta capacia receptionis, ita similiter pro signo anteriori ad quantitatem supponuntur partes subst. entitative inter se distinctae quia ex se et antecedenter ad quantitatem habent suas unitates individuales transcendentales et inadaequatas utpote coordinatas ad compositionem integralem totius, et ex inde cum pro signo anteriori ad quantitatem illae partes subst. non sint inter se segregatae, et inconnexae, sed unitae, ideo est ut pro illo [illegible] constituant

totus integralis substantialis et entitativus. Ut alias essentiis supra enumeratos recipit substantia ... posteriori, ... omnes illi sunt essentia accidentalis remanentes ipsi substantiae.

§. III

Proponuntur argumenta ab auctoritate desumpta.

Obiicies 1° D. Thom. q. 3a quest. c. 65. qui ibidem ... 25
citat Philos. 1 physic. ait enim D. Th. Remota quantitate
substantia omnis indivisibilis est ut ait per Philosophum 1. physic.
et D. Th. ubi expresse ait quod omnis substantia est indivisibilis
remota quantitate, seu si substantia sumitur secundum se. ... ergo
Divus Thomas distinctio omnis provenit a quantitate ergo substantia non habet
partes substantialiter entitative distinctas.

Similiter D. Tho. quodl. 9 26
q. 4. ar. 1. ait: impossibile est quod una materia contrarias et dispositas
formas recipiat nisi secundum diversas partes, diversitas autem partium non potest in-
telligi in materia, non intellecta divisione, neque divisio non intellecta dimen-
sione, ergo substantia quantitate sublata remanet indivisibilis ex quibus
verbis sic efformatur argumentum. 2o nota D. Th. quod intelligi non potest,
seu quod intelligibile non est, non datur in re. Sed in re in intelligi-
bilis est distinctio partium in substantia absque quantitate ergo D. Th. ...
ergo ipsum non datur in substantia distinctio partium substantialium.

Respon- 27
detur ad 1 auctoritatem desumptam ex D. Th. q. 3a ... quod quando
D. Th. ait quod substantia ablata quantitate remanet indivisibilis
intelligendus est D. Th. de indivisibilitate formali, etenim substantia
formaliter divisibilis non est nisi media quantitate. Unde sublata quan-
titate substantia erit non est divisibilis formaliter et solum radicaliter
quatenus nempe habet distinctionem substantialem partium mediis quibus
recipere potest partes quantitatis quibus redditur substantia divisibi-
lis formaliter.

Vel secundum responderi potest quod quando dicitur quod remota quan- 28
titate substantia indivisibilis est, intelligitur de remotione tam actu-
ali quam radicali quantitatis. Si enim substantia intelligitur
quatenus non continet neque radicaliter quantitatem indivisibilis
omnino intelligitur; si vero quatenus radix est quantitatis intelli-
gitur divisibilis saltim radicaliter ut ante diximus.

29 Ad 2um ex quod. q. consimiliter dicimus. divisibilitas praeexacta non potest intelligi non intellecta quantitatis dimensione seu aute divisibilitas radicalis. Verum ex his rationibus et ex praedictis authoritatibus non convincitur D. Thomam tenuisse substantiam materialem non habere. Quin potius D. Thomas expresse tenet contrarium praecipue 1. 2. q. 17. ar. 4. in corpore ubi sic ait Angelicus Magister: Totum in genere substantiae compositum ex suis partibus l. integralibus l. essentialibus est unum simpliciter. Ecce ubi D. Thomas eomodo et eadem affirmatione profert existentiam partium essentialium in composito substantiali materiali, ac existentiam partium integralium. Verum sicut absolute est verum quod compositum substantiale materiale habet partes substantiales essentiales, ita est verum absolute quod habet partes integrantes, nempe partes entitative distinctas. Et inde quando D. Thomas ait quod substantia ablata quantitate remanet indivisibilis intelligendum est ut superius exposuimus ne videatur sibi contrarius.

§ IV.

30. ## Alia argumenta ratione petita proponuntur.

Obiicies: Si substantia praesigno anteriori ad quantitatem habet partes substantialiter entitative interse distinctas, habebit etiam illas interse unitas; sed implicat quod sint inter se unitae praesigno anteriori ad quantitatem: ergo substantia non habet partes integrales substantialiter interse distinctas: maior videtur certa. partes non si darentur non possent non esse unitae, alias si unitae non essent non possent facere compositionem in toto, et etiam daretur infinitum in actu, nam cum illae partes si darentur sint subiectum receptivum quantitatis partialis seu partium ipsius quantitatis, et ipsae partes quantitatis si per impossibile essent omnes interse divisae, non unitae, et discontinuatae essent actu infinitae, similiter partes substantiales quae praesigno anteriori ipsius quantitatis praeintelliguntur si sunt inunitae, erunt infinitae in actu praeinde ergo daretur infinitum in actu. Verum restat probanda minor.

31 Probatur ergo quia si praesigno anteriori ad quantitatem intelliguntur partes substantiae inter se unitae debet intelligi inter ipsas v. g. inter partem A. et partem B. aliquod vinculum

seu nexum

seu nexus ipsarum inter se unionis, et connectionis. Sed tale vinculum, seu nexus inintelligibile est, ergo implicat quod in signo anteriori ad quantitatem dentur in substantia partes substantiales entitative inter se distinctae. Maior videtur certa. Minor probatur quia ideo in sententia asserente dari partes substantiae, dantur tales partes ut in signo anteriori ad ipsam quantitatem praeintelligantur subiectum capax receptivum partium substantiae. Sed etiam punctum quantitativum quod est vinculum unionis et connectionis ipsarum partium quantitatis exigit subiectum capax receptivum ipsius. Ergo debet praesupponi in substantia in signo anteriori ad quantitatem aliquod vinculum seu nexus ipsarum partium substantiae unionis, et connectionis. Consequentia patet. Quia subiectum capax receptivum puncti quantitativi, requirit esse aliquid praeter substantiae partes intentionales ... debet dari proportio, atque talis proportio videtur inter partes substantiae, et punctum quantitatis ergo hoc est omnino indivisibile illa vero divisibilis est. Ergo. 32

Probatur secundo ulterius maior. Implicat quod intelligantur partes non unitae et quod alias non sint disparatae et segregatae, sed positio maioris primus quae in signo anteriori ad quantitatem praeintelligitur est quod sunt partes materiae sive ut formalius loquar est quaedam pars substantialis constans ex pluribus partialibus materiis seu constans ex pluribus partibus materiae ordinatis ad receptionem formae substantialis, et mediante ipsa ipsius quantitatis; ergo signum est quod illae partes materiales sunt inter se unitae. Minor vero nempe quod tale vinculum substantiale unionis partium substantialium materiae, sit intelligibile et chymericum probatur.

Primo quia 33 si tale vinculum substantiale datur inter partes substantiales ergo inter partem A et partem B. tale vinculum constituet partem A. extra partem B. Sed hoc est contra omnes nostrae sententiae ingenium licet asseramus dari partes substantialiter inter se distinctas negamus tamen esse partem extra partem. alias illas essent ordinatae. Ergo tale vinculum substantiale inintelligibile est.

Secundo 34 quia si tale vinculum substantiale datur inter partes substantiales sequitur quod additionem substantiae etiam sequatur media quantitate

destruatur et dirumpatur illud vinculum substantiale quod probatur. Quia sicut ad divisionem quantitatis destruitur vinculum quantitativum partes quantitatis uniens, ita similiter ad divisionem substantiae etiam destruatur vinculum substantiale partes substantiales conectens. Nunc sic. Sed implicat quod tale vinculum substantiale destruatur; ergo signum est quod non datur. Probatur minor subsumpta: quia iuxta philosophos, et iuxta communem philosophorum axioma substantia est ingenerabilis et incorruptibilis; ergo implicat quod tale vinculum seu nexus substantiale destruatur.

35 Quidam Recencior Sapientissimus nebulis praemaxime obiectionibus renuit concedere vinculum substantiale uniens et conectens partes substantiales integrantes v.g. partem A cum parte B. et asserit quod licet verum sit quod partes substantiales integrantes magis debeant esse inter se unitae, caeterum uniuntur non medio supradicto vinculo sed uniuntur intentio nempe in existentia, quia sic existunt coniunctim unitae. Unde asserit quod partes substantiales non sunt inter se unitae immediate, sed mediate et intentio. Unde asserit quod partes substantiales comparatione ad quantitatem nec sunt unitae se totis, nec sunt unitae per extremitates, (qualis unio quae esset unio qua haberent medio vinculo seu nexo illas nectente) omnes tamen (inquit) sunt unitae uni, et eidem existentiae et apponit exemplum in quantitate: quod sufficit (prosequitur idem D. Recentior) ut ex eis resultet unum per se. Sicut ex partibus quantitatis resultat unum per se, et etiam si pes, et caput non uniantur immediate, quia videlicet uniuntur mediate, et intentio, id est media alia parte, cui pes et caput univuntur.

36 Sed valde difficilis mihi videtur haec solutio, et a veritate aliena. Nam imprimis etiam si partes substantiales intelligerentur unitae in tentio, et uni et eidem existentiae existentia non esset vinculum illas uniens et nectens, sed ad summum extremum cui essent unitae, quod probatur quia existentia ex suis intrinsecis non vinculum unionis, seu unio sed solum est ultimus actus et ultima actualitas cuiuscumque rei. Ergo praedicta solutio subsistere nequit.

37 Secundo si existentia substantiae esset sufficiens vinculum ut secluso quolibet alio medio partes

Subst. essent inter se unitæ, sequeretur quod etiam exist.tia quantitatis esset sufficiens vinculum ut ipsæ partes quantitatis unirentur inter se, sed est contra Doctores Philosophorum dicentes quod etiam exist.tia subst.æ nequit esse vinculum medio quo uniantur partes subst., min. constat quia alias superflueret punctum uniens partes lineæ et similiter linea superflueret ad uniendas partes superficiei, et superficies superflueret ad uniendas partes corporis. Probatur sequella quia eodem modo exist.tia quantitatis comparatur ad quantitatem ac comparatur exist.tia subst.æ ad subst.am; ergo si exist.tia illius pot. esse medium ad ipsas subst.æ partes uniendas, similiter exist.tia quantitatis esset sufficiens ad uniendas partes ipsius quantitatis.

Tertio et urgentius quia in signo in quo intelliguntur partes subst.æ inter se unitæ non intelligitur exist.tia subst.æ, ergo implicat quod exist.tia subst.æ sit medium cum partes ipsius subst.æ sunt unitæ. ans est certum etiam in sententia huius recentioris. Contra quam agimus in hoc puncto. quia in signo materiæ primæ intelliguntur partes materiæ primæ inter se unitæ integrantes ipsam materiam &c. Sed in signo materiæ primæ non intelligitur exist.tia materiæ primæ, cum sit vera et non compositiva; sed exist.tat materia prima sit per se suam existentiam. &c. exist.tiæ suæ substantialis; ergo in illo signo non intelligitur exist.tia materiæ primæ, ergo si in illo signo intelliguntur partes materiæ primæ inter se unitæ nequeunt uniri exist.tia ut tertio. Probatur: ergo ans. principale quia in signo materiæ primæ intelligitur materia prima cum partibus essentialibus suis. sed de quidditate et essentia materiæ primæ est habere partes integrantes, ergo in signo in quo intelliguntur partes subst.æ inter se unitæ non intelligitur exist.tia materiæ primæ. minor est evidens. et minor certa etiam in sententia huius recentioris alias subst.a materialis (qualis utique est materia) non haberet partes distinctas, quod est contradictoria sua et &c.

Ad argumentum respondetur quod verum est quod partes integrantes subst.æ uniuntur medio aliquo, non vero indivisibili quod constat tum quia ut recte dicit auctor punctum quantitativum etiam exigit supponere subiectum receptivum sui, videlicet sicut

q. pars quantitatis exigit quod supponatur subiectum necessarium sui ipsius, ideo arguimus partium distinctionem in substantia. Similiter ut supponatur subiectum necessarium puncti quantitativi, quod est indivisibile omnino debet supponi aliquod vinculum substantiale uniens partes substantiales inter se, quod vinculum sit etiam omnino indivisibile.

40 Et ad 2um replicam respondetur quod etiam si tale vinculum substantiale mediet inter partem A, et partem B illas uniendo non facit quod positive pars A sit extra partem B nam hic effectus ponendi positive partem extra partem est effectus proprius quantitatis; solum ergo facit quod pars A non sit pars B sive quod pars A sit negative extra partem B quod est proprium ipsarum partium substantiae.

41 Ad 3um dicimus quod nullo modo est inconveniens quod ad divisionem partium substantiae (quae fit media divisione quantitatis) destruatur illud commune vinculum substantiale uniens illas partes substantiae. [illegible] Philosophus ait quod substantia est ingenerabilis et incorruptibilis loquitur de substantia completa totaliter, non vero de substantia incompleta qualis est illud vinculum quod utique nec pars est ut neque completa est sed solum incompleta.

§ V.
Aliud argumentum proponitur et solvitur.

42 Ex alio capite arguunt adversarii quod si substantia materialis habet partes substantialiter entitative distinctas, sequeretur quod illas habeat ordinatas et unam positive extra aliam; sed hoc non concedimus: ergo signum est quod substantia non habet partes entitative distinctas. Sequela probatur quia si Deus (cum inspecto divino et absoluto posse) auferret, ut potest, ab equo, v.g. quantitatem, ita taliter quod solum destrueret seu anihilaret quantitatem ipsius servando substantiam ipsius equi, in hoc casu substantia equi absque quantitate manens haberet partes extra partes,

habeat

habent utiq pedes extra caput. ergo signum est quod substantia illa habet partes extra partes. Probatur. tunc substantia illa aqua a sufficiente quantitate non effluxerit ad punctum, ergo manerent partes extra partes. ant. constat, quia aliás etiam si effluerent ad punctum stat intentum argumenti quia probatur quod effluxus ille requirit esse instantaneum, quia cum caput esset distans a pede, ut vinceretur per motum illa distantia erat necessarium quod pro aliquo tempore intelligeretur pars capitis extra partem pedis.

Respondetur quod in casu illo substantia illa non maneret in loco quia esset absque ratione formali essendi in loco, scilicet absque quantitate. Vel 2º nego suppositum, motus non moveretur vel non esse inquirendum quomodo moverentur omnes partes ad idem punctum quia omnes illae solum cum mutatione instantanea manerent modo indivisibili, taliter quod una pars non esset alia, non vero ita taliter quod una pars esset extra aliam positive= 43

§ VI.

Corollaria ex dictis.

Ex dictis infertur substantiam distingui realiter entitative a quantitate, quod probatur. Ideo quia tam substantia quam quantitas habent diversos effectus formales, realiter ad invicem separabiles.= 44

Deus signum evidens distinctionis realis est realis separatio, sed quantitas separatur a substantia ergo distinguuntur. maior constat. Et minor est de fide in admirabili conversione substantiae panis in corpus Christi et substantiae vini in sanguinem Christi, separatur enim quantitas panis, et quantitas vini a substantia panis, et substantia vini= 45

QVÆSTIO TERTIA

Quotuplex sit Quantitas?

§. I

Post decisionem quidditatis quantitatis optime disquirimus de eius divisione, nam ut alibi diximus primo cognoscitur res per definitionem, ideo prius egimus de quidditate quantitatis; secundo per ~~divi~~ divisionem, ut nunc facimus, et tertio per argumentationem ~~[illegible]~~ dignoscendo a posteriori eius effectus, et proprietates 1

ipsa postea disquiremus de proprietatibus quantitatis, neque de causa et effectu non pertinet ad præsens indagare.

2 quantitas ut sic primo dividitur in quantitatem continuam, et in quantitatem discretam, et hæc divisio quæ primo assignatur a philosopho in hoc cap. et ait quod quantitas continua est illa cuius partes copulantur termino communi. discreta vero cuius partes non copulantur termino communi. et ut diximus exemplis quantitatis continuæ apposuit in linea, superficie, et corpore. quæ terminis communibus habent unitas suas partes, linea punctis, superficies, lineis, et corpus superficiebus. exemplis quantitatis discretæ apposuit in numero et oratione, quæ constant ex partibus disiunctis, nempe ex unitatibus, et ex sillabis.

3 hæc divisio est generis in species subalternas, quæ est essentialis. totus enim conceptus essentialis quantitatis consistat in extensione partium in ordine ad se, ut diximus, implicat quod quantitas habens partes unitas termino communi non habeat diversam extensionem partium in ordine ad se, quam quantitas nullam unionem habens in ter suas partes;

§. II.

explicatur alia quantitatis divisio.

4 Quantitas continua subdividitur in quantitatem continuam permanentem, et in quantitatem successivam: quantitas continua permanens, ut linea, superficies, et corpus. quantitas continua successiva ut tempus, et motus. definitur quantitas continua permanens, cuius partes simul existunt. quantitas continua successiva cuius partes non simul, sed una prius et posterius existunt.

5 hæc divisio non est essentialis sed accidentalis, subiecti scilicet in accidentia quod enim tempus et motus non habent diversam extensionem quam quantitas continua, sed eandem, ergo signum est quod quantitati continuæ accidit habere partes permanentes vel successivas, deinde si enim tempus, et motus haberent diversam extensionem partium ac habet quantitas continua permanens tempus et motus essent species essentiales quantitatis sed species

5. species essentialis quantitatis non sunt, ergo non habent diversam extensionem partium. Maior est certa. Probatur minor. Quia si essent species quantitatis motus et tempus enumerarentur a Philosopho 5. Metaph. cap. 13. ubi agit de quantitate quoad essentialia. 6

Quia D. Th. 5. Metaph. lect. 5. loquendo de motu et tempore ait quod non sunt quanta per se, sed per accidens, ait n. D. Th. Et ideo illa quae non sunt esse quantitatis nisi ex alio non ponit (Philosophus scilicet) hic species quantitatis, sed quantitates per accidens ut motum, et tempus.

Quia quod quantum per se, est quod ratione 7 sui, et non ratione alterius est quantum, sed tempus non habet aliquam extensionem, nisi extensionem motus, (motus scilicet primi mobilis) et motus non habet aliquam extensionem nisi extensionem spacii supra quod, seu per quod fit motus, ergo motus et tempus non sunt quanta per se, sed per accidens et inde non sunt propriae species quantitatis. 8

Nec valet dicere quod partes temporis et partes motus habent diversa continuativa quam partes spacii; ergo signum est quod etiam partes distinguantur in sua extensione. Non valet: certa ideo neque partes lineae habent diversam extensionem a partibus superficiei et corporis, quae habent diversa continuativa. Probatur a paritate: quia partes temporis uniuntur instantibus, motus vero mutatis esse, et spacium, sicut linea, punctis, et si superficies lineis; ergo etc.

Non iamque id valet quia solum probatur quod continuativa distinguantur materialiter non vero formaliter quia omnia illa conveniunt in esse omnino indivisibilia quae sunt continuativa suarum partium. 9

Relinquitur quod haec praedicta divisio sit 10 subiecti in accidentia et inde non essentialis sed accidentalis.

§ III.

Alia quantitatis divisio.

Quantitas continua permanens dividitur in Lineam, Superficiem, et Corpus. Linea est divisibilis secundum Longitudinem, Superficies, secundum Latitudinem, et corpus secundum profunditatem. 11 Partes Lineae, punctis continuantur, superficiei Lineis, et

Corporis superficiebus, v.^c superficies includit lineam et corpus, lineam, et superficiem, ex inde superficies per formali e divisibilis sm latitudine, et per materiali sm longitudine, corpus a. e divisibile per formali sm profunditate, et per maali sm longitudine, et latitudine. v. communiter dicit quod corpus e divisibile sm trine dimensione.

12 ... Atque divisio e essentialis et generis in species infimas; probr: 1º ex Philos. 5. Metaph. cap. 13 ubi ait: Magnitudo que quidem ad unum continua, e longitudo; que vero ad duo latitudo; que a. ad tria profunditas. et ratione

13 probr: qa quoties reperit diversa extensio partium in ordine ad se, reperit perinde diversa rao formalis constitutiva quantitatis; s. linea, superficies, et corpus, habent diversa extensione partium in ordine ad se, gº in illis multiplicat rao formalis quantitatis; perinde erunt diverse species essentiales quantitatis. mai e certa, secunda sequela infert ex 1º et 2º ex pmissis v.^c solum restat probandi min. gº ut vidimus linea e divisibilis sm longitudine, superficies sm latitudine, et corpus sm profunditate, s. longitudo, latitudo, et profunditas sortiunt diversa extensione partium: gº et linea, superficies, et corpus.

14 . dices quod linea et superficies n. posi ee species essentiales quantitatis, assumptus probr: qa una species in alia includi nequit, s. linea in superficie, et superficies in corpore continent et includunt; gº n. ss species essentiales quantitatis. mai videt certa, nam cum species essentiales includant diffas oppositas nequit una in alia contineri, quo pacto homo in equo l. leone, neque e contra contineri nequit.

15 Resp. n. ca qd. qd dicit quod una species essentialis in alia contineri nequit solum verificat in speciebus substantialibus, que cum sint entia perse componi nequeunt ex pluribus entibus perse, neque ex pluribus entibus in actu; ceterum species accidentales posi ad invicem componi una ex alia, per maali, n. vero per formali: quo pacto numerus ternarius sponit ex unitate, et ex dualitate et numerus

Et numerus quaternarius ex quatuor unitatibus. et ex duobus dualitatibus, l. ex ternitate, et terneitate; ergo similiter superficies poterit per modum componi ex lineis, et corpus ex superficiebus: et ratio a priori est quia cum species accidentalis non sint entia per se, sed per accidens possunt componi ex pluribus entibus in actu. 16

quod autem superficies componatur ex lineis, non per formam, sed per modum, et similiter corpus ex superficiebus per modum et non vero per formam constat. quia superficies non componitur ex lineis ut divisibiles sunt, sed quatenus sunt indivisibiles penes latitudinem, quae est extensio formalis superficiei, similiter corpus componitur ex superficiebus secundum quod sunt indivisibiles penes profunditatem, quae est formalis extensio corporis. 17

Si dices superficies componitur ex lineis prius divisibiles sunt, et corpus componitur similiter ex superficiebus divisibilibus. assumptum probatur quia ut vidimus ex Philosopho. magnitudo quaequidem ad duo, est latitudo, (idest superficies), et quae ad tria, profunditas, (scilicet corpus) et superficies est divisibilis secundum longitudinem, et latitudinem, et corpus secundum longitudinem latitudinem, et profunditatem. quo pacto dicitur corpus esse divisibile secundum trinam dimensionem. 18

R. negando quia ut iam diximus superficies non componitur ex lineis formaliter ut divisibilibus, sed solum ut indivisibilibus, et materialiter divisibilibus, et idem dicimus de corpore relative ad superficiem. quod constat per quia ideo Philosophus distinguit has tres species, per quia quaelibet illarum solum continet aliam ad modum quo numerus superior continet inferiorem. inde ergo solum de modo 19

§. IV.

Quod autem praedicta divisio sit generis in species atomas probatur: quod sit generis: nam quantitas continua praedicatur in quid de linea superficie, et corpore, alias linea superficies et corpus distinguuntur specie ut vidimus. ergo praedicta divisio est generis in species; 20

Quod vero sint species atomae, probatur: linea, superficies, et corpus non dividuntur in alias species essentiales, sed solum in quaedam accidentia, v.g. linea in rectam, et

~~Curvas~~ obliquas, superficies inquadratas, et circulares. Et corpus in pyramidale et curvas. quae omnes diff.ae solum sunt accidentales quantitati convenientes ei ratione figurae.

§. V

Solvitur quoddam argumentum.

21 Obiicies adversando superficiem non esse speciem quantitatis, et inde neque lineam. quia si superficies esset species quantitatis condistincta a qualibet alia specie quantitatis, haberet formaliter diversam extensionem partium; sed nullam extensionem partium; ergo non est distincta species quantitatis. min. prob: nam cetera patent. Si superficies haberet diversam extensionem partium a qualibet alia specie quantitatis, haberet etiam impenetrabilitatem, quantitas ~~enim~~ omnis impenetrabilis utique est; sed superficies non est impenetrabilis; ergo signum est quod non habet diversam extensionem partium. min. prob: quia superficies aquae v.g. penetratur cum superficie aeris ambientis. quod probatur quia si superficies convexa aquae non penetratur cum superficie concava aeris ambientis sequeretur quod in corpore essent duae superficies immediate et inde quod corpus componeretur ex superficiebus quatenus sunt indivisibilibus et inde quod continuum componeretur ex solis indivisibilibus. quod est omnino Thomistarum communi consensu cum suis Principibus Arist. et Ang.o Mag. sequella prob: quia si in aqua introducimus vacuum tunc cavus superficies convexa aquae, et concava aeris vel correspondent uni soli superficiei vaculi, vel duplici; si duplici ergo in vacuo dantur duae superficies immediate et inde quantitas componeretur ex solis indivisibilibus. Nam 1.a prob: quantitas superficies convexa aquae, et concava aeris 2.a ex 1.a infertur. quia superficies convexa aquae, et concava aeris sunt immediate ut constat alias inter elementum aquae et aeris mediaret aliud corpus quod est chymericum, ergo si in vacuo correspondent duae superficies signum est quod illae sunt immediate. Si solum correspondent uni superficiei vaculi ergo superficies aquae, et aeris correspondent eidem loco, et inde efficiunt penetratae; ergo de primo ad ultimum sequitur quod superficies non habet diversam extensionem partium a qualibet alia quantitate.

22 Resp. D.o a.m quia illae duae superficies aquae et aeris verum

verum est quod corpus correspondent unius superficiei vacui, et ceterum exinde solum sequitur quod illae duae superficies sint penetratae quoad profunditatem quod non est inconveniens nam superficies secundum profunditatem non est extensa nec quanta, sed indivisibilis, vel formaliter loquendo nec proprie dicuntur penetratae nam penetratio proprie sumpta est secundum extensionem et divisibilitatem imo supponit extensionem in ordine ad locum, ac cum itaque illae superficies solum tangantur ad quid et secundum se tota secundum profunditatem quaratione non sunt extensae nec divisibiles, inde est quod proprie non dicuntur penetrari, sed ad summum improprie. 23

Vel ad argumentum in forma Respondeo vel nego minorem primi syllogismi, et minorem secundi; et nego antecedens quod ponitur ad probationem vel distinguatur, et concedatur de penetratione impropria, et negetur de penetratione propria et ad probationem quae huic solutioni obstare potest nego sequelam et ad eius probationem concedatur antecedens quoad 1am partem, et negetur quoad 2am; et distinguo maiorem quae subintelligitur ad eius probationem, et concedatur de penetratione impropria, et negetur de penetratione propria.

§. VI.

Sit ne praedicta divisio adaequata, ubi de Loco videbitur sitne species propria quantitatis?

Praebuit fundamentum huic difficultati Aristoteles in Cap. nam post definitionem quantitatis continuae apposuit exemplum in Linea, Superficie, corpore, et loco, sed linea, superficies, et corpus, sunt verae species quantitatis, et distinctae essentialiter una ab alia, ergo et locus est vera species quantitatis. 24

Ex alia parte videtur quod non Aristoteles 5 Metaphysicae c. 13 (ubi agit de quantitate quoad essentialia) locus non est species quantitatis condistincta a qualibet alia; quia ibi solum enumerat lineam superficiem, et corpus; sed non. ergo est Locus species quantitatis. 25

Pro resolutione veritatis, notandum est quod locus est superficies corporis ambientis, immobilis, prima, ut dicitur in Libris Physicorum. ex qua definitione constat quod locus est mensura extrinseca corporis locati. quo posito facile solvitur dubium, et concordatur textus Aristotelis. 26

27 Sit Cl. 1o. Locus non est vera species quantitatis condistincta a Superficie. Probatur 1o ex ipsa definitione Loci ex qua constat quod superficies est praedicatum genericum respectu Loci, sed nulla res non est suum praedicatum genericum, sive quaelibet res est et includit suum praedicatum genericum; ergo Locus est superficies, sive non est distincta species quantitatis a Superficie. Si dices

28 quod Locus addit superficiei differentiam infimam qua constituitur in esse Loci, ergo ratione illius differentiae infimae includet locus aliquid per quod constituatur diversa species quantitatis. Contra. 2o

29 quia Locus solum addit supra superficiem ut sic quod sit prima superficies concava, et immobilis, non autem convexa, et mobilis, et secunda vel alia. quae differentiae non sunt essentiales respectu quantitatis, sed ad summum in linea qualitatis scilicet in specie formae, et figurae.
Secundo et etiam a priori

30 probatur: quia ubi non reperitur diversa extensio partium in ordine ad se, non datur diversa species quantitatis; sed locus non habet diversam extensionem partium, ac habet superficies, ergo locus non est diversa species quantitatis a superficie. Respondeo ad rationem du-

31 bitandi dicimus quod quando Locus distinguitur a superficie contra vera corporis in eo quod haec est mensura intrinseca corporis ille vero extrinseca ideo in hoc cap. contradistinxit Arist. Locum a superficie; secus autem in 5. Metaph. quia ibi egit de quantitate quoad essentialia qua ratione Locus non distinguitur a superficie.

§. VII.

Alia quantitatis divisio.

32 Quantitas Continua Successiva subdividitur in motum et tempus. motus est actus entis in potentia secundum quod in potentia = tempus est numerus motus secundum prius et posterius distinguuntur motus et tempus in eo quod motus est mensura intrinseca actionis successivae. tempus autem mensura extrinseca.

38 Respondeo haec divisio est subiecti in accidentia. Probatur inde quia tempus et motus non sunt species quantitatis ut diximus supra §. 2. n. 5.

§. VIII

§. VIII

Inferes quantitatem Continuam non componi ex solis indivisibilibus. quod manifeste deducitur ex definitione quantitatis continuae tradita ab Arist. in hoc cap. ait enim quantitas continua est illa cuius partes copulantur termino communi. Si enim quantitas constat ex partibus ergo si per impossibile resolveretur in indivisibilia non esset quantitas Patet quia implicat stare rem aliquam absque praedicatis ingredientibus suae definitionis, sed ex definitione quantitatis continuae constat quod habet partes, ergo implicat quod resolvatur in indivisibilia et quod alias sit quantitas. 39

Affirmatur si per impossibile numerus non constaret ex pluribus unitatibus numerus non esset, nulla alia ratione nisi quia numerus essentialiter includit saltim duas unitates; ergo similiter si quantitas continua esset absque partibus, quantitas non esset quod est chymera: 40

§. IX
De Sua quantitatis divisio.

Quantitas discreta, id est illa cuius partes non copulantur termino communi, dividitur in numerum et orationem = ad cuius intelligentiam nota quod numerus bifariam accipitur, et est numerus numerans et numerus numeratus, numerus numerans est intellectus. Numerus numerans, non est membrum dividens in hac divisione; numerus numeratus. definitur sic est multitudo mensurata per unum. ita Arist. et Angelicus Mag. 41.

Numerus numeratus qui et pro nunc solus est numerus alius est praedicamentalis alius transcendentalis, transcendentalis est multitudo resultans ex unitatibus transcendentalibus, id est ex rebus pertinentibus ad alia praedicamenta. ut decem angeli, decem qualitates. & relationes &. numerus autem praedicamentalis est multitudo resultans ex unitatibus praedicamentalibus id est ex divisione continui, unde ortum habuit illud hoc axioma: ex divisione continui fit numerus. 42

Oratio in praesenti non sumitur ut apud misticos, apud quos est elevatio mentis in deum, neque ut apud Rhetoricos apud quos est ad persuadendum, neque ut apud Grammaticos, apud quos constat ex nominibus, et verbo, neque ut apud dialecticos apud quos est verus 43

vel falsus significans. Sumitur ergo in praesenti oratio
qui est mensura quorumcumque motuum ordinate sibi succeden-
2 tium id est sumitur oratio mathematice. v.g. sive motus or-
dinati sint saltus, ut in arte saltatrice, sive ~~[illegible]~~ sono-
rum quorumlibet qui auribus percipiuntur, ~~[illegible]~~ ut praecipue
accidit in musica, sive in mensuris carminum, et sylla-
barum, tales motus ordinati si qui proprie constituunt orationem
pro ut in praesenti.

2 44 Ex quo facile percipies quod dum oratio de-
finitur quod est mensura vocis prolatae in multitudinem
vocum ordinate sibi succedentium, in hac definitione solum
definitur oratio vocalis, sive musicae, vel carminis, vel alterius
2 simplicis vocis, quia talis oratio est magis nota, at in
definitione superius assignata definitur oratio matema-
tice in tota sua latitudine

§. X.

45 Utrum numerus praedicamentalis sit vera
species quantitatis?

Sit Conclusio: numerus praedicamentalis est ens reale, ens per se,
et vera species quantitatis condistincta a qualibet alia specie.

46 Quo ad primam partem probatur: quia numerus est obiectum arithmeticae
quae est scientia realis, ergo est ens reale, quia etsi verum sit quod
scientia realis potest versari circa ens rationis, at talis scientia
solum est Logica, quae proinde dicitur rationalis, ceterum aliae scientiae
ideo dicuntur reales quia versantur circa ens reale.

Item quia nu-
47 merus est sensibile commune ut dicitur in libris de anima, et
traditur de sensu et sensato. Sed sensibile commune est aliquid
reale ut percipiatur a sensibus externis, qui solum ver-
santur circa ens reale, ergo numerus est ens reale.

Secunda pars
48 probatur ex philosopho tam in hoc cap. quam 5. Metaph. cap. 13
ubi enumerando species quantitatis posuit et enumeravit in-
ter illas numerum; ergo est ens reale. Probatur 2a quia in praedicamento
quantitatis solum collocantur directe species reales.

Sed dices quod
49 numerus si esset ens reale non dependeret in sui existentia ab intellectu
~~reale~~; Sed numerus dependet in sui existentia ab intellectu ergo
non est ens reale. maior constat et minor probatur: quia Aristoteles 5. Metaph.
c. 13

c. 13. numerus n. e sine numerante; S. numerans e intellectus; g. numerus existit dependenter ab intellectu; proinde est erit ens rationis. 50

S. d. g. ex dependentia numeri ab intellectu n. probatur g. numerus sit ens rationis, q. n. dependet ab illo ut ab illo accipiat suum ee obiectivum; s. solum dependet ab illo ut determinante ultimam unitatem, quae tribuit numero formam. 51

Universalis dependentia quam habet intelligibile ab intellectu n. probat quod intelligibile n. sit aliquid reale, s. solum probat quod dependet tamquam a pota denominante 52

Secunda .a. pars Concl. probatur. q. quoties aliqua res habet unitatem ordinis, e ens per se opposite ad ens per accidens, in quo nullus ordo reperitur, S. numerus habet unitatem ordinis; g. e ens perse. 53

S. dices. q. ex pluribus entibus in actu n. fit unum ens perse, S. numerus constat ex pluribus entibus in actu, scilicet ex pluribus quantitatibus, g. numerus n. e ens perse. 54

S. d. g. maior solum e vera q. illa plura entia in actu n. ordinantur sub aliqua forma determinata, secus a. e contra et cum illa plura entia in actu ordinentur ad formam determinatam, scilicet ad ultimam unitatem inde e quod numerus e unus perse, perseitate ordinis, n. vero perseitate simplicitatis.

Explicatur Cons. probatur: ulterius haec secunda Concl. pars. q. quoties aliqua res constat ex parte determinabili, et parte determinante e ens perse, S. numerus constat ex parte determinabili, et parte determinante; g. e ens perse. maior videtur certa g. hunc casum constat ex partibus ordinatis. probatur: g. minor q. omnes unitates praeter ultimam ordinantur ad ultimam ut ad formam determinantem et constituentem in specie determinatam, g. omnes illae comparantur ut quid determinabile per ultimam unitatem. probatur: ans. g. illa e forma alicuius rei quae tribuit speciem talis rei, et qua variata variatur species, S. ultima unitas, scilicet terneitas, constituit numerum ternarium, et illa ablata destruitur numerus ternarius. g. ultima unitas e forma numeri, ac g. ceterae omnes unitates ad ultimam ordinantur 55

inde ē quod compararetur respectu illius ut quid determinatum, ac determinantis.

56 Sed dices quod constat ex pluribus entibus completis non potest esse unum perse, sed numerus constat ex pluribus entibus completis (scilicet numerus ternarius ex tribus hominibus) ergo non ē ens perse.

57 Sed dato quod maior ēvera si completa sunt, in linea in qua sunt unum perse, secus ergo, verbi gratia, licet tres homines soli sint quid completum in predicamento substantiae, et in linea quantitatis continuae, non vero in linea quantitatis discretae, ergo in hac linea potius sunt quid incompletum inde ē quod possunt constituere unum ens perse.

58 Sed dices quod numerus quaternarius v.g. componitur ex quatuor hominibus, etiam componitur ex pluribus entibus completis in linea quantitatis discretae, ergo nulla ē solutio. ante probatur: numerus quaternarius compositus ex duplici numero binario, sed quilibet numerus binarius ē quid completum in linea quantitatis discretae, ergo etc.

59 Sed dato quod numerus quaternarius non componitur ex duplici binario performali, quomodo ē quid completum, sed permateriali, quomodo ē quid incompletum, qua ratione dixit philosophus quod bis tria non sunt sex. et ratio ē quia alias in numero quaternario inexcederent duae ultimae unitates, scilicet duae dualitates, sed hoc ē impossibile alias, quaelibet esset et non esset ultima, ut patet, verbi gratia, licet in numero quaternario sit, et in quolibet alio non sit nisi ultima unitas, scilicet, quaternitas inde ē quod non componitur hic numerus ex duplici binario performali, sed permateriali.

60 Tertia renitur conclusio. probatur: quia ut vidimus numerus ē ens reale et ens perse, ergo ē ponibilis in aliquo predicamento non alio quam in hoc; ergo ponitur directe in hoc predicamento. Consequentia; quia quod directe ponitur in illo predicamento vel ponitur ut genus vel species, vel ut individuum, quod ē fundamentum predicamenti. ergo numerus licet non sit genus neque individuum erit species quantitatis.

61 Ulterius probatur: quia illa ē vera species quantitatis quae distincta a qualibet alia quae habet diversa extrinseca

extensionem partium. Sed numerus habet diversam extensi-
onem partium a quolibet alia specie quantitatis, ergo est vera
species quantitatis distincta a qualibet alia. maior est
certa, et min. probatur: quia partes numeri non uniuntur
aliquo termino communi, ut ex eius definitione vidimus. ergo
habet extensionem diversionem ab aliis speciebus.

§. XI.

Quid de Oratione.

62

Oratio probat in praesenti non est species quantitatis distincta
a numero. Probatur: quia ex definitione orationis ex qua con-
stat quod oratio est numerus motus seu mensura motus
Sed quaelibet res est sui generis ut superius dicebamus de
Loco, relative ad superficiem ergo etc.

quod autem non distinguatur 63
a numero constat quia habet eamdem extensionem partium discreta-
rum, et non unitarum aliquo termino communi. Solum ergo distin-
guitur oratio a numero in eo quod numerus est quid
permanens, et oratio quid successivum, et inde est oratio
mensura longitudinis, aut brevitatis vocum, seu silabarum
quae non attendit numerum, quia numerus solum mensu-
rat multitudinem. Inde est temporis, et sermonis in nu-
mero syllabarum conveniunt ceterum in ratione mensurae dis-
-tinguuntur quia primus est pes dactilus secundus antibachus.
Verum sicut ut iam antea diximus permanentia et succesio non
distinguat species quantitatis continuae quia habent partes
eodem modo unitas; ita similiter permanentia et succesio
discreta non debent distinguere species quantitatis di-
scretae.

Sed dices quod Arist. in hoc cap. numeravit orationem 64
ut speciem quantitatis distinctam a numero.

S. a. ad id. 65
Arist. c. 13. ex 5. Metaphys. orationem non enumeravit. Ut ad ipsum
conciliandum, et neglectis aliis recedendum dicimus quod ideo in hoc
cap. enumeravit orationem inter species quantitatis quia in ratione
mensurae distinguitur oratio a numero, ceterum in 5. Metaphys.
orationem non enumeravit quia cum ibi agebat de quantitate quoad
essentialia et oratio non habet diversam extensionem partium ideo
infert quod oratio non est species quantitatis distincta a qualibet alia.

66. InfInferes hanc divisionem qua dividimus quantitatem discretam in numerum et orationem, non esse essentialem, et generis in species, sed accidentalem subiecti sit in accidentia.

67 2° infers quod in ratione mensurae est divisio generis in species subalternas. nam numerus, subdividitur in binarium, ternarium etc. et oratio ratione diversitatis carminum, pedum, vocum et aliorum motuum ordinate sibi succedentium.

§. XII.

De unitate praedicamentali.

68 Pro coronide inquiris utrum unitas praedicamentalis addat aliquid positivum supra res enumeratas?

69 R. loquimur in praesenti de unitate transcendentali quae utique ad metaphysicam expectat. Supponimus enim quod unitas transcendentalis nihil positivum addit supra ens, sed potius identificatur cum ente ita ut sit inter ipsa mutua ratio, et unum ergo ens, et ens ergo unum quod constat ex Philosopho 4. Met. et ex D. Tho. ibi lect. 2. et 1. p. q. 11. ar. 1.

70 Est ergo quaestio praesens de unitate praedicamentali. et cum unitas praedicamentalis numerare possit et substantias, et quantitates, et qualitates, et alias res aliorum praedicamentorum difficultas est de omnibus utrum addat aliquid supra res enumeratas.

71 Unitas praedicamentalis nihil positivum addit supra quantitatem continuam quam enumerat. probatur primo ex illo dicto philosophorum proloquio: quod ex divisione continui fit numerus; sed divisio nihil positivum ponit supra quantitatem continuam, sed potius tollit unitatem, ergo unitas praedicamentalis nihil addit supra quantitatem continuam. probatur ratione quia cum numerus resultet ex unitatibus, si sola divisione ponit numerum sola divisione constituerit plures unitates absque eo quod aliquid super addat.

72 Ulterius probatur: quia si unitas adderet aliquid supra quantitatem continuam maxime aliquid ratione cuius redderetur indivisibilis ut esset principium numeri de praedicamento quantitatis; sed quantitas

Continua

continua. Et intra proprium genus quantitatis, illiusque sit divisibilis. In intra lineam quantitatis dicitur esse quid indivisibile, ergo unitas praedicamentalis nihil addit supra quantitatem illiusque quam enumerat. 73

Sed dices quod haec conclusio videtur esse contraria D. Thom. quodlib. 10. ar. 1. ubi sic ait Angelicus Mag. Respondeo dicendum quod unum quod est principium numeri, de necessitate aliquid positive dicit in eo cui attribuitur, quia ex unitatibus numerus constituatur, nisi unitas res aliqua esset numerus res esse non posset, et sic non posset poni in aliquo genere tamquam species. = Similiter dicit 1. p. q. 11. ar. 1. ad 1. ait enim: Sic igitur dicendum est quod unum quod convertitur cum ente non addit aliquam rem supra ens. Sed unum quod est principium numeri addit aliquid supra ens ad genus quantitatis pertinens. Hunc sic S. D. Th. absolute dicit quod addit aliquid unum quod est principium numeri, ergo et supra quantitatem addit aliquid. Quia loquitur D. Th. sine restrictione. 74

Sed confirmatur ex his autoritatibus solum sequitur secunda conclusio quae sic se habet: Unumquodque est principium numeri addit aliquid positivum ad genus quantitatis pertinens, supra substantiam et supra reliqua praedicamenta excepto praedicamento quantitatis. 75

Et probatur conclusio quoad id quod excludit et sequentem solvit instantiam. Quia D. Th. consulto dixit quod unum addit aliquid supra ens, non supra quantitatem. Unde cum additum sit ad genus quantitatis pertinens, et ipsa quantitas pertineat ad huius praedicamentum, videlicet quod supra quantitatem nihil addit unum dicimus quod in quantitate coincidit unitas transcendentalis et unitas praedicamentalis, quia seipsa est ens et seipsa est principium numeri. 76

Probatur conclusio quoad id quod positive dicit. Et in primis manat expresse D. Thom. his locis. Alteriusque probatur ratione. Quia substantia, qualitas et relatio, sive quodlibet aliud praedicamentum habentur denominative ad praedicamentum quantitatis media unitate praedicamentali, sed tali denominative ad hoc praedicamentum nequeunt nisi habeant quantitatem illiusque, ergo unitas praedicamentalis addit aliquid positivum

supra subst.m et reliqua octo predicam.ta mai. stat q.m
numerus predicamentalis e. diversa predicam.to quanti
tatis q.a res ab illo enumeratas stituunt denominative
in hoc predicam.to. Pbr: q.a min. hz q.r numerus cons
tat ex unitatibus, q.a unitates componentes numerum mul
tiplicantur ad multiplicationem numeri, s.t numerus
multiplicatur multiplicata divisione continui, q.a magnus
e. quod si multiplicantur subst.m et alia octo predicam.
ta multiplicatur continuum seu quantitas diversa
q.a habent quantitatem continuam ut stituant nume
res predicamentales. q.a unitas predicamentalis ponit et
addit aliquid positivum supra res enumeratas.

77 Iz ulterius pbr:
eadem minor. q.a ut subst.a quantitas etc. ponantur denomi
native in predicamento qualitatis. v.g. requiritur quod ipsis
superaddatur aliqua qualitas. et similiter ut reliqua no-
vem predicamenta praeter relationem habeantur denominative
sive ponantur denominative in predicam.to relationis requiritur
quod ipsis superaddatur relatio; ergo similiter ut subst.a qualitas
relatio etc. habeantur denominative ad predicam.tum quantita
tis erit necess.m quod ipsis superaddatur aliqua quantitas.
Pba. st. q.a ideo alia predicam.ta ut habeant res ad sua
predicam.ta addunt aliquid de novo predicato q.a alias non
possent denominare res aliorum predicamentorum: q.a similiter
e. philosophandum de predicam.to quantitatis.

78 Circa proprieta-
tes quantitatis nihil speciale restat dm. praeter ea quae
diximus explicando litteram textus Arist. = aliae proprie
tates quantitatis, scilicet extensio in ordine ad locum impenetra
bilitas divisibilitas pr.a mensura, longa, lata, profunda finita
l. infinita, n. expectant ad phys., s. ad Metaphys. v. omittuntur.



CAPUT DE RELATI-
ONE

SUMMA TEXTUS ARIST.

Trifariã secuit Arist. in hoc cap.º primo pponit quam-
dã definitionẽ ab alijs se antiquioribus traditã. Secundo quas-
dã proprietates ipsorũ refert: tertio. occasione cuiusdã argũti
aliã exactiorẽ definitionẽ tradit, & ex illa aliã relativorũ pro-
prietatẽ infert.

circa 1.ũ ait quod definitio relativorũ suo
tempore recepta ẽ huiusmodi, relativa st̃, quæ illud ipsũ quod
st̃, dicuntr ẽẽ aliorũ; seu quod idẽ ẽ, relativus ẽ cuius
quidditas dicitr ẽẽ alterius, in genitivo casu, ut si ẽ Pater
alicuius filij ẽ Pater, & Filius alicuius Patris ẽ Filius, &
similiter si ẽ simile alicuius similis ẽ simile, sicut scien-
tia alicuius scibilis ẽ scientia.

circa 2.ũ asserit proprietatẽ
primã quã alij tribuunt relativis ẽsse. habere contrariũ
& notat quod ñ omnia relativa habebit ɔtrariũ, sed
tm̃ modo aliqua, ut scientia errorẽ, virtus vitiũ. 2.a ex
hac deducta est quod suscipit magis vel minus. tertia
quod conversim dicantr, ita ut si unus dicitr ẽẽ alterius, ita
e ɔverso alterũ dicatr ẽẽ unius, ut si ẽ dñs servi, ita
servus ẽ dñi. si ẽ Pater alicuius filij ita sit Filius alicu-
ius Patris. Ubi notatr 1.º circa hanc proprietatẽ quod hu-
iusmodi ɔvertententia aliqñdo ẽ in eodẽ casu ut pt insupra
dictis, aliqñ in diverso ut pt in sensu & sensibili, intel-
lectus, & intelligibili, scientia & scibili, dicitr .n. sensus
alicuius sensibilis, intellectus alicuius intelligibilis, scientia
alicuius scibilis, aut e ɔ.ª dicitr sensibile a sensu, intelligibile
ab intellectu scibile a scientia. = 2.º notatr quod ut huiusmodi
ɔvertentia asignetr optime debet ẽẽ in relativo in ordine ad
suũ verũ correlativũ ñ. v. in ordine ad aliud. v.g. & si dicatr
ala, est avis alá, & caput est hominis caput, ñ. dicitr avis
est alæ avis, homo ẽ capitis homo, v.g. debet dici: ala est

alati ala Caput est capitati caput, p inde q poterit dici alatu e ab ala alatu, caput est a capite capitatu. = Vlt° obiter nota quod ut facile dignoscas proprium correlativum hanc observabis regulam illud erit correlativum quo intellecto secluso quolibet alio predicato sit convertentia, et quo ablato licet cetera omnia predicata intelligantur, aufertur convertentia ut si intelligis dominum, eo quod intelligas servum, etiam si non intelligas hominem, neque animal, neque aliud predicatum intelligas correlativum est si vis invenire correlativum ad dominum, et intelligas animal, hominem, album, etc. et non intelligas servum, correlativum non invenies. Circa

textum infert Arist. quod si predicta relativorum definitio esset bona sequeretur quod subst.a et quantitas, et qualitas et alia predicamenta essent relativa, v. g. substantia secunda, v. g. manus alicuius est subst.a forma substantialis alicuius materie est forma, et materia alicuius forme est materia. et quantitas est quantitas quantitas et alia huiusmodi. Vlt° infert quod melius definiuntur relativa, per hoc quod est esse ad aliud, unde relativa quorum totum suum esse est ad aliud se habere. ex qua definitione colligit Arist. aliquas relativorum proprietates. nimirum, quod relativa sunt simul natura, et cognitione. et instandum venit quod ut aliqua sint simul natura et cognitione duo requiruntur 1um quod mutuo se inferant. et mutuo se interimant, hoc est quod si affirmatur unum affirmetur et alterum. et si negatur unum, negetur et alterum. 2um est quod unum non sit causa alterius neque causa naturaliter est prior suo effectu; ubi obiter nota quod hoc intelligendum est formaliter in esse relativi non aliàs, sive ut clarius loquar, fundamentum relationis potest esse causa et effectus entitatis termini, i. e. 2do ut stat in patre et filio et in omni causa et effectu. Sic ergo intellecta definitione non invenitur aliis definitio ut considaranti patebit unde ut optima est amplectenda et haec sufficiant circa litteram textus Arist.

QVAESTIO PRIMA.

Quid et quotuplex sit Relatio.

Ex dictis explicando litteram textus Arist. constat quod nomine relationis intelligimus quendam ordinem seu respectum, sive tendentiam purum ad aliud, ut ad purum terminum quia ratione hoc predicamentum vocatur ad aliquid. qui respectus differt essentialiter a conceptu rei

absoluti

absolute, q. res absoluta intelligitur habere esse in se, et sine dependentia alterius ut ad terminum, sed ad summum cum dependentia alterius ut ab illo, non vero ut ad illud. relatio autem tota consistit formaliter in ordine ad aliud; unde ut ordinarie communiter definitur quod sit cuius totum suum esse sit in ordine ad aliud. unde his positis inquiremus quotuplex sit relatio.

§. 1

Statuitur prima relationis divisio. 2

Primo dividitur relatio in tota sua latitudine, in in relationem realem, et in relationem rationis. prima est quae ante omnem operationem intellectus versatur inter extrema realiter distincta. ut inter duo extrema similia, v.g. duo alba, vel inter Patrem et Filium. Secunda vero quae solum existit per operationem intellectus ut inter rationem generis et speciei etc.

§. II

Secunda relationis divisio. 3

Rursus relatio in tota sua latitudine dividitur in relationem secundum dici, et relationem secundum esse, prior est illa quae solum est relatio quo ad explicari, (qua ratione dicitur secundum dici) seu relatio secundum dici est quae in se est quid absolutum, ceterum explicatur per ordinem ad aliud, v.g. per ordinem ad suum principium, vel ad suum terminum vel ad suum obiectum. ut v.g. quaelibet creatura (substantia v.g. habet in se suum esse explicatum tamen per ordinem ad Deum, ut ad suum terminum actio per ordinem ad suum principium, scientia vel quilibet alius habitus et similiter intellectus vel quaelibet alia potentia per ordinem ad suum obiectum. Relativa vero secundum esse sunt illa quae in se ut habeant esse habent illud in ordine ad aliud ut ad purum terminum. ut v.g. Paternitas, filiatio etc.

Dixi quod relatio in tota sua latitudine dividitur in relationem secundum dici, et secundum esse, quia haec divisio non est subdivisio neque relationis realis, neque relationis rationis. dantur enim plures relationes secundum dici, quae sunt entia realia, et alia quae sunt entia rationis, similiter plures relationes secundum esse sunt entia realia quaedam vero sunt entia rationis. = 4

Et notandum venit quod relativa secundum dici, coincidunt cum Relativis transcendentalibus, omnia enim relativa transcendentalia sunt etiam relativa secundum dici, et similiter omnia relativa secundum dici sunt relativa transcendentalia quia omnia illa sunt quid absolutum ex- 5

plicatur per ordinem ad aliud. Et inde transcendentalia dicuntur quae omnia genera transcendunt omnia n. illa dicunt ordinem ad suas causas, et ad sua principia. Vel relativa secundum esse illa dicuntur quae significantur mediis nominibus significantibus purum respectum et consequenter relativa transcendentalia seu secundum dici illa dicuntur quae significantur mediis nominibus primo significantibus rem absolutam et in se.

6 quae doctrina sumitur ex D. Tho. 1. p. q. 13. ar. 7. ad 1. ubi sic ait: quod relativa quaedam sunt imposita ad significandas ipsas habitudines relativas, ut dominus, servus, pater, filius, et huiusmodi, et haec dicuntur relativa secundum esse; quaedam vero sunt imposita ad significandas res, quas consequuntur quaedam habitudines, ut movens, et motum, caput, et capitatum, et alia huiusmodi quae dicuntur relativa secundum dici.

§. III.

Alia relationis divisio.

7. Tertio subdividitur relatio rationis, in relationem secundum dici, et secundum esse. Et relatio secundum esse subdividitur in relationem habentem fundamentum in re, et in non habentem fundamentum in re. Rursus relatio non habens fundamentum in re, subdividitur in solum relationes chymericas. Et relatio habens fundamentum in re subdividitur in quinque relationes praedicabilitatis quinque constituentia praedicabilia, et in quinque relationes subiicibilitatis terminantes illas.

§. IV

Alia divisio.

8. Rursus relatio realis secundum esse (quae etiam est proprie relatio) subdividitur in increatam, et in increatam, relationes increatae sunt quatuor, scilicet Paternitas, Filiatio, Spiratio activa, et spiratio passiva. Creata subdividitur in realem et rationis. De relatione rationis secundum esse iam diximus. Et obiter nota quod haec divisio coincidit cum divisione relationis realis secundum esse in praedicamentalem, et super praedicamentalem. Super praedicamentalis est quaelibet relatio divina et increata praedicamentalis aliae, categoricae relationes reales secundum esse.

§. V

alia divisio.

9 Rursus relatio praedicamentalis, seu secundum esse, creata subdividitur ratione fundamenti, supra quod fundatur et ratione termini ad quem respicit, ratione fundamenti subdividitur in tria genera relationes

relationis. primum genus est earum quae fundantur in unitate et numero. in unitate fundantur omnes illae quae dicunt Convenientiam et uniformitatem; in numero a. illae quae dicunt diversitatem. = secundum genus est earum quae fundantur in actione, et passione, seu supra pot. activam determinatam media actione, et supra pot. passivam determinatam media passione. ut relationes paternitatis, filiationis, domini et servitutis, magisterii et discipulati, et cuiuslibet cae. ad effm. = tertium genus est relationes quae fundantur supra mensuram et mensurabile

Ubi no 10

tandum venit quod mensura est duplex alia n. est quantitativa seu mathematica, alia metaphysica seu perfectionis, in praesenti ergo n. loquimur de mensura quantitativa, haec n. mensura potius fundat relationes primi generis. loquimur ergo de mensura metaphysica seu perfectionis v.g. sub hoc genere veniunt relationes habituum et potentiarum ad obiecta, et exemplati ad exemplar. ut v.g. ordo sensus ad sensibile scientiae, ad scibile, creaturaeque ad Deum.

§. VI

alia divisio

Ratione comparationis ad invicem dividitur relatio tam realis, quam 11
mentalis, in mutuam, et n. mutuam, sive in reciprocam, et n. reciprocam. mutua, est quaelibet relatio primi, et secundi generis, quia in utroque extremo est relatio realis, si enim unum album refertur ad aliud relatione similitudinis etiam e contra. et si pater refertur ad filium, filius etiam refertur ad patrem. n. mutua est quaelibet relatio tertii generis. ut n. mensurabile refertur ad mensuram, n. tamen e contra creatura n. ad Deum referri, ceterum Deus n. refertur ad creaturas.

§. VII.

alia divisio.

Rursus relatio mutua subdividitur in relationem mutuam 12
aequiparantiae, et relationem mutuam disquiparantiae. = aequiparantiae sunt illae quae denominant eodem modo utrumque extremum. ut omnes relationes primi generis, si n. unum album dicitur simile relative ad aliud album, etiam e contra hoc dicitur simile alteri, et si idem album dicitur dissimile relative ad nigrum: ita similiter nigrum dicitur dissimile albo. = relationes mutuae disquiparantiae

is, omnes illę quę pertinent ad 2um genus. Ergo illę omnes n. denominant eodem modo utrumque extremum, nam paternitatis relatio denominat Patrem, et ex parte termini correlativi n. est similis denominatio sed denominatur Filius.

§. VIII.

Præmittuntur quędam principia doctrinalia.

13 Licet ex dictis facile quis dignoscere possit in quo relatio prædicamentalis discriminetur a relatione transcendentali, tamen sic dici. Ut utraque exigat subiectum fundamentum et terminum in alia, et alia, ergo aliqua relatio transcendentalis non exigit terminum realiter existentem ut patet in scientia quæ datur de Cicero non existente.

14 Relatio ergo prædicamentalis exigit subiectum, fundamentum proximum, et terminum = exigit utique subiectum, quia accidens est, et omne accidens exigit subiectum inhæsionis, exigit fundamentum quia cum relatio sit minimæ entitatis ad quam proinde non datur per se motus ut docet Philosophus exigit fundamentum proximum a quo resultet. Ut vero ut subiectum possit fundare requiritur quod habeat rationem fundandi, et inde fundamentum proximum addit ad subiectum rationem fundandi. Et nota quod aliquando ratio fundandi distinguitur realiter a subiecto ut patet in relatione quæ fundatur supra album, nam subiectum n. est corpus, et ratio fundandi relationem similitudinis est albedo quæ utique realiter distinguitur a corpore, aliquando a. solum distinguitur per rationem ut patet in relatione similitudinis quæ fundatur immediate supra substantiam ad aliam substantiam.

15 Similiter ad relationem prædicamentalem requiritur terminus, quia cum relatio prædicamentalis sit ordo et respicientia ad aliquid necessario requiritur terminus, et nota quod talis terminus debet esse realis, et realiter existens alias [...] darentur de facto in quolibet fundamento prædicamentali v.g. in uno subiecto albo infinitæ relationes in actu. Quia termini possibiles sunt infiniti in actu. = Et valde observandum venit quod in termino etiam requiritur ratio terminandi, quæ utique debet esse realiter distincta a ratione terminandi in fundamento

in fundamento. Et n. fundamentis ex parte alicuius relationis realiter distinguantur, si in illis similiter n. distinguitur realiter ratio fundandi a ratione terminandi n. utique habebunt distinctas relationes. quod constat in divinis, Et n. Persona Patris realiter distinguitur a Persona Filii, et inter ipsos est aequalitas, et similitudo, talis aequalitas et similitudo n. est relatio realis, quia ratio fundandi et ratio terminandi similitudinis in utroque n. est distincta realiter sed eadem omnino scilicet natura sive essentia divina. 16

infertur quod in relatione praedicamentali reperitur duplex inadaequatus conceptus scilicet conceptus, in, et conceptus, ad, ratio est quia cum relatio exigat subiectum quia accidens est, et accidens necessario includat in cum sit ens in alio inde est quod relatio etiam includit conceptum, in. similiter cum relatio non quomodocumque sit accidens sed ad aliud quaeratione exigit terminum ad quem sit et ad quem ordinetur inde est quod relatio includit etiam conceptum ad. 17

ubi observandum venit quod licet relatio praedicamentalis sit aliquid reale n. tamen explicat realitatem secundum ad sed solum secundum conceptum in, quia cum relatio secundum conceptum in dicat ordinem ad subiectum in quo habet esse, et hic modus respiciendi subiectum sit communis in omni accidente reali inde est quod relatio cum secundum conceptum in dicit realitatem; e contra secundum conceptum ad n. explicat relatio realitatem, sed solum puram respicientiam, quae utique praescindit a reali, et rationis, a creata, et increata ut diximus in lib. 2. de ente rationis, q. 2. n. 6. quod ens rationis dividitur adaequate in relationem, privationem, et negationem datur utique relatio rationis formaliter relatio quia cum formalissimus conceptus relationis sit conceptus ad, et conceptus ad n. explicet realitatem inde est quod in entibus rationis reperitur conceptus ad quaerit formaliter relatio rationis cum fundamento. 18

D. Thomas 1. p. q. 28. ar. 1. in corpore ait quod: Solum in his quae dicuntur ad aliquid inveniuntur aliqua secundum rationem tantum

quod non est in alijs generibus, quia alia genera, ut quantitas, et qualitas secundum proprium rationem significant aliquid alicui inhaerens, ea vero quae dicuntur ad aliquid significant secundum propriam rationem solum respectum ad aliquid. Ergo constat quod relatio secundum conceptum proprium ipsius scilicet secundum conceptum ad non explicet realitatem.

19 Nec valet dicere hoc dicere quod etiam in praedicamento actionis invenitur aliquid secundum rationem suam. Ergo doctrina tradita non subsistit assumptum probatur quia etiam in actione reperitur et conceptus in et conceptus ab, ergo etsi secundum conceptum in dicat realitatem, quia dicit inhaerentiam ad subiectum, quod est commune omnibus accidentibus, tamen secundum conceptum ab non dicit realitatem quia secundum hunc conceptum non respicit subiectum in quo habet realitatem, sed solum respicit principium seu egressum ab agente.

20 Sed contra quia actio etiam conceptus ab in actione dicit realitatem quia etiam actio secundum hunc conceptum dicit ordinem ordinis ad principium a quo (licet non in quo) habet realitatem. unde talis egressus cum sit egressus per modum motus, inde est quod dicit realitatem unde manet quod in solo praedicamento relationis inveniatur hoc speciale scilicet quod relatio secundum proprium conceptum non explicet realitatem.

§. IX.

Dantur relationes Reales.

21 Licet ex dictis facile quis dignoscere possit quod dantur relationes reales tamen ut clarius haec veritas percipiatur statuitur praesens dubitatio. igitur aliqui Aristotele antiquiores existentiam relationis realis negarunt quos refert Averroes lib. 12 Metap. commen. 19. = et nominales, ut ocham. 1. dist. 3. q. 2. ut concedat existentiam relationum divinarum negat tamen dari relationes creatas, et et similiter Durandus in 1. dist. 3. q. 2 et 3. licet non videatur negare existentiam omnium, sed solum aliquarum relationum realium.

22 Sententia affirmativa est communior inter philosophos unde sit nostra conclusio

dantur

dantur relationes reales creatae existentes in rerum 23
natura ante omnem operationem intellectus. Colligitur ex Philo-
sophis qui relationem inter praedicamenta realia censuerunt, sed praedicamenta non
sunt entitates reales, ergo relatio est aliquid reale, et inde datur
in rerum natura relatio realis: maior constat et minor probatur: quia omne
reale est sic est quod dividitur in decem praedicamenta. Sed infertur quod
divisio alicuius divisionis sit aliquid reale, et quod membra di-
videntia non sint aliquid reale. Ergo etc.

Ratione probatur quia relatio 24
Paternitatis et filiationis nequit non esse aliquid reale in
rerum natura existens, ergo dantur relationes reales realiter existentes
in rerum natura. ans. probatur: quia in divinis illae relationes sunt
aliquid reale, ergo et in creatis; consequentia probatur quia ideo in divinis sunt
aliquid reale quia Pater vere genuit filium et filius est vere geni-
tus a Patre. Sed idem accidit in creatis ergo etc.

Confirmatur quia an- 25
te omnem operationem intellectus unum simile v.g. album respective
ad alterum album, est vere simile, ~~[illegible]~~ ergo ante
omnem operationem intellectus datur relatio similitudinis. Sed di- 26
ces quod ad hoc ut unum album sit simile respectu alterius v.g.
ad hoc ut unus paries albus sit similis alteri parieti
albo sufficit albedo utriusque absque eo quod superaddatur
relatio realis, ergo non datur talis relatio ut potius quid superfluum.
ans. constat nam data hypothesi quod non sit in rerum natura
illa forma relativa, eo ipso quod existat albedo datur simi-
litudo. Ergo etc. 27

Contra quia in casu quo non esset relatio similitudi-
nis inter illa duo alba seu inter illos parietes albos solum
essent similes fundamentaliter non formaliter, quia deesset forma consti-
tuens illos similes formaliter. quod constat quia alias etiam
si solus existeret in rerum natura unus paries albus ille esset si-
milis formaliter quod est impossibile, cum similitudo exigat exer-
ceri inter duo extrema realiter distincta. Impediatur quia stan-
te forma constituente subiectum nequit non stare subiectum constitutum
ut v.g. stante albedine constituente album, nequit non stare album
constitutum. ergo si ipsa albedo est forma constituens relatum formaliter
et simile formaliter. etiam si nihil aliud existat stabit ille paries
constitutus similis formaliter.

28 S.[a] dices quod etiā si ipsa albedo sit forma constitutiva similitudinis, m. exigit quod existat aliud subiectum album, ut prestet huiusmodi effectum formalem, et ratio est quia stat quod forma dependeat ab aliquo extrinseco connotato, ut prestet aliquem effectum formalem, quem non prestaret si non induceret illum terminum extrinsecum. Et huiusmodi est effectus similitudinis, licet non albedo ipsa sit forma constitutiva formaliter similitudinis, exigit necessario ad illum prestandum coexistentiam alterius subiecti albi, quod non accidit ad constituendum subiectum album, quia ad hunc effectum prestandum non est dependentia ab aliquo extrinseco.

29 S.[a] 3.º quia etsi semel albedo est forma constitutiva formalis similitudinis, seu constituens subiectum simile et relatum, etiā etsi nullum aliud subiectum album existat, prestabit eundem effectum. [illegible] quod etiam aliqualiter potest instari in relationibus non mutuis, in quibus etiā si non existat relatio in altero extremo existit fundamentum relationis. Ergo similiter in uno casu. Et ratio oppositi est efficacissima, quia stante forma communicante nequit non stare effectus formalis, cum effectus formalis sit ipsa forma communicata. Ergo si albedo est relatio, stante albedine stabit relatio. Dependentia non quam a termino extrinseco habet est in ratione terminandi, non autem in ratione referendi.

30 Denique prob.

quia implicat quod perfectio maxima quae resplendet in universo sit ens rationis, ergo debet esse aliquid reale, cum independenter ab omni consideratione intellectus universum sit maxime perfectum. Tunc sic: sed ultima perfectio universi est relatio, ergo datur in rerum natura relatio realis. Prob. min. perfectio universi maxime resplendet in ordine, sed ordo est relatio, ergo perfectio universi consistit in relatione. Prob. min. quia ordo qui resplendet in universo est dependentia unius partis ab altera, et talis dependentia exigit causam ad effectum, et est prorsus respectus. Ergo talis ordo est relatio. Dantur ergo relationes reales existentes in rerum natura ante operationem intellectus.

quaestio

QUAESTIO SECUNDA.

Utrum relationes prædicam: distinguantur realiter a fundam.?

Dividitur est de relatione prædicamentali non de transcendentali, quia relatio transcendentalis inter non sit relatio, ... identificatur cum suo fundam. tota difficultas devolvitur ad relationem prædicamentalem quæ ut diximus consistit in puro ordine seu respicientia ad terminum, seu est cuius totum suum esse est in ordine ad aliud se habere. 2

Ad cuius intelligentiam ... venit ... quæstione præcedenti ... diximus scilicet quod fundamentum ... aliquando coincidit cum subiecto relationis, ut patet in relationibus quæ immediate fundantur supra subiectum. aliquando vero distinguitur fundamentum a subiecto ut patet in relationibus quæ fundantur supra aliquod accidens scilicet supra quantitatem vel qualitatem v.g. sicuti enim ipsa quantitas et qualitas distinguuntur realiter a subiecto similiter relatio supra ipsam quantitatem vel qualitatem fundata distinguitur realiter a subiecto ... difficultas stat de distinctione relationis a fundamento. 3

in qua difficultate enodanda valde diversificantur autores quilibet ... sententiam refert Aristot. et D. Thom. inquibus ut verum fatear, difficillimum est investigare ... qua sit sententia ... ... vero ... videatur affirmativæ suffragare sententiæ, ... vero negativæ videatur præstare subsidium. Et ... cum relatio sit ita minimæ entitatis est valde difficilla etiam a ratione investigare veritatem, ... quæ maiore claritate ... ... cum ... auctoritate et ratione ... ... Et ... cum clarite procedemus ... in hac ... circumferuntur sententiæ) 4

Prima sententia identificat relationem cum fundamento ... unde nulla distinctionem inter relationem et fundamentum agnovit. hæc sententia videtur esse conformis aliquibus Antiquioribus Thomistis ita Lanzinas 3. Metaphys. q. 18. Zumel

1. p. q. 28. ar. 2. Sabellus 3. Metaph. q. 22. et ex Recentioribus Dominicus Lince, licet alibi lib. 3. log. q. 4. ar. 4. n. 13 eidem sententiae suffragantur quamplurimi ex Schola Societ. ita Suarez in Metaph. disp. 47. sect. 7. Conimbric. in log. hoc cap. q. 1. ar. 4. Ricardus Lince. lib. 3. Metaph. tract. 9. c. 19. et alij quamplurimi ex eadem familia.

5 Secunda sententia distinguit relationem a fundamento et termino, asserit hanc distinctionem esse includentis et inclusi, seu partis a toto, unde haec sententia affirmat relationem praedicamentalem esse conflatam resultans ex fundamento et termino, vel ab ipsis indistinctum, quamvis haec sententia tenet relationem non esse formam simplicem sed complexam ex fundamento et termino, unde denominatio qua fundamentum denominatur relatum est iuxta hanc dicendi modum quod partim intrinsecum ipsi fundamento et partim extrinsecum, denominatio scilicet generica a forma constituente fundamentum, specifica a forma constituente terminum in esse talis: hanc sententiam expresse tenuit P. Petrus Hurtado de Mendoza in Metaph. disp. XV de relat. sect. 2. § 7. et sect. 3. § 31. quam sententiam attribuit Suario, loco supra citato. ut alias asserunt meritis varijs videri stare pro prima relatorum sententia. eam esse de mente D. Thomae et Arist. adeo manifestum iudicat ut, ut § 8. ex sect. 2. in haec prorumpat verba: quae tam clare est sententia D. Thomae ut merito possit dicere Caietano, quod ab ipso multis Thomistis, nempe ab eo non intellectum sanctum Thomam, nec video in re tam aperta quo animo Thomistae se tueantur autoritate S. Thomae cum illis aperto Marte pugnantibus.

6 Sed quam frivola sit haec decantatio et innanibus verbis plena postea videbimus, sed de autoritate D. Thomae et de ipsius mentis indigatione disquiramus.

7 Vero tertia sententia asserit relationem praedicamentalem esse formam simplicem distinctam realiter a fundamento et termino constituens fundamentum relatum ad hunc terminum. ita iam fere omnes Thomistae et plures antiquorum ex nostris P. P. Complut. in log. disp. 14. q. 5. M. Mag. Ioan. a S. Thom. M. Prado. Lerma. Ioann. ab Annuntiatione hic. et Mag. M. Aguirre disp. 12 Metaph. sect. 2. et 3. et novissime

vissime. Ceterum consulat. 3. legij S. Thom. a. 33. & M. Baiona. q. 8. in log. ar. 9. §. 1. & 2. unde hec sic merito e. eddicit communi Thomistarum. cum Angelico Mag. loci infra referendis.

§. II.

8.

Statuitur prima Concl.

Prima relata sic non est vera: quia in ea relatio predicamentalis distinguitur realiter a fundamento proximo. in hac Concl. conveniunt autores secundi sic C. longe sentit ac nos, nam distinguit relationem a fundamento sicut quaelibet pars distinguitur a suo toto. quia sicut quod relatio e quid resultans ex fundamento: et nos; ceterum nos asserimus in hac nra Concl. quod relatio est quid simplex in se, per se intrinsece fundato in ipso subiectatur, unde realiter distinguitur a fundamento; in hac Concl. sic standi asserit conveniunt oes Ad tertij sic et ut eius claritate procedamus prius illa statuemus de relationibus quae immediate fundantur in subst. deinde de relationibus quae immediate fundatur supra accidentia ceterorum predicamentorum.

9

Probatur 1°

ex Philosopho in hoc cap. de subst. in quo refellit refutat definitionem relativorum ex eo quod sequeretur illa convenire substantijs: definitio enim quae antiquiores Aristotele assignabant relativis ut vidimus erat huiusmodi: relativa sunt quae quocunque modo aliorum esse dicuntur. quae definitio integre convenit substantijs nam manus est alicuius manus, et ramus, est differentia alicuius generis, et animal est genus alicuius speciei et sic de alijs substantijs praesertim incompletis: tunc sic ergo ideo refutat Phil. hanc definit. quia alias subst. esset in genere relativorum quod alienum a veritate indicat Arist. unde tex. 29. aliam relativorum definitionem ex propria sui assignat ex qua definitione

prob: 1°. nra Concl.

Si relatio identificaretur cum subst. quae est

fundamentum prox. relationis sequeretur quod definitio relativorum deberet convenire substantijs: sed implicat quod definitio relativorum conveniat substantijs. ergo implicat quod relatio identificetur cum subst. quae est relationis prox. fundamentum: explicatur maior probaturque postea minor. nam universim quoties aliqua duo inter se

identificantur definitio unius verificatur de altero secum identificato, saltim in sensu identico et formali, et ratio suadet, nam quaelibet res est sua entitas seu quaelibet res est id ipsum cum quo est identificata: ergo si relatio identificatur cum substantia quae est fundamentum ejus ipsius definitio relationis verificaretur de substantia. Porro ergo minor principalis syllogismi probatur definitio tradita ab Aristotele et communiter recepta inter philosophos est haec, cujus totum suum esse est in ordine ad aliud se habere; sed haec definitio nequit convenire substantiae quia substantia habet suum esse absolutum et prorsus absque ullo ordine ad aliquid extrinsecum, alias nihil absolutum daretur in rerum natura et contra: ergo implicat quod definitio ~~[illegible]~~ relationis conveniat substantiae, et inde repugnat quod relatio identificetur cum fundamento.

11 Ratio probatur: Divus Thomas noster in 1. dist. 33 q. 1. ait: relationibus in creaturis ~~[illegible]~~ existentibus est aliud esse esse relationis et substantiae, et ideo dicuntur in esse, et non quod insunt compositionem faciunt accidentis ad subjectum, quod non convenit divinis relationibus. quae verba adeo clara sunt ut nullam egeant explicatione. etenim ex illis stat esse relationis esse accidentale et inhaerens, et inde repugnans identificari cum substantia.

12 Similiter in 1. dist. 4. q. 6. ar. 1 ad 3 ait: relationes divinae non differunt ab essentia realiter sed solum ratione ut dictum est et ideo non sequitur ibi compositio (et consequitur) quod in aliis esse non ~~[illegible]~~ est (scilicet in relationibus creatis) quia nulla relatio est substantia: non ergo in creaturis, quod esset falsum si relatio identificaretur cum substantia quae esset fundamentum ejus in iis, et non ergo relatio esset substantia.

13 Idem docet Divus Thomas 4. 7. contra gentes c. 19. ad ubi expresse ait quod relationes in nobis habent esse dependens, quia earum esse est aliud ab esse substantiae, unde habent proprium modum essendi secundum propriam rationem sicut et in aliis accidentibus contingit. ubi manifeste docet relationes non identificari cum substantia.

§. III

14 Objectiones ab Adversariis proponuntur et diluuntur.

Dices quod si relatio distingueretur a fundamento compositionem faceret cum fundamento, v. g. relatio diversitatis substantialis fundata

fundata in subst.ª hominis adequs faceret compositionem
cum subst.ª sed 2.º D. Thom. q. 7. de pot. ar. 8. in corpore, hoc
est falsum: ergo relatio quae fundatur in subst.ª non distinguitur a subst.ª
mat. ... neque quodlibet accidens superadditum subst. ipsi
et superveniens tamquam quid ab ipsa realiter distinctum facit compo-
sitionem cum subst.ª prob. min.: ... D. Th. loco citato ait
ex philosopho 5. Physic. quod in ad aliquid non pot.ᵉ esse motus et
sine aliqua mutatione eius quod ad aliud refertur pot.ᵉ re-
latio desinere ex sola mutatione alterius, quod non esset si re-
latio significaret aliquid in subiecto manens. ex qua au-
toritate sic efformo rationem. si relatio faceret compo-
sitionem cum fundamento, vel cum subst.ª, relatio significaret aliq.
in fundamento manens; sed D. Th. docet quod relatio non signi-
ficat aliquid in subiecto manens, ergo non facit compositionem cum funda-
mento et neque distinguitur ab illo. 15
Sic in thomistas inve-
hitur quidam recentior Jesuita dicens se non videre in textu
aperta quo animo thomistae se tueantur auctoritate D. Th.
eis illis aperto Marte pugnanti. 16
Sed quis non videat hunc
auctorem inaniter vociferari illudendo potius D. Thom. quae ex
eodem veritatis indagando, et si ipse fatetur se non videre non
est quod Sol D. Thomae non illuminet sua doctrina omnes
homines venientes animo addiscendi veritatem, quin potius si
videt est quod nicticorax, et ut quidam avis lucis inimica cons
picit articulos immediantes ... Si enim integre
legeret semel et iterum articulum integrum D. Tho. in sua fonte
et origine videret clare sententiam D. Tho. quae absdubio est ex-
presse in toto illo ar. 8. et 9. in favorem nostrae sententiae, ait non
D. Th. quod relatio creaturae ad Deum est aliquid reale. Unde
in titulo articuli 8. interrogat utrum sit aliqua relatio inter
Deum et creaturam. Et in responsione ait Respondeo dicendum quod
relatio in hoc differt a quantitate et qualitate, quia quantitas et
qualitas sunt quaedam accidentia in subiecto manentia, relatio autem
non significat ut Boetius dicit in lib. de trin. ut in subiecto ma-
nens in quibus verbis D. Th. solum dicit quod relatio ex-
plicito, id est secundum conceptum proprium ipsius, ... quod non significat

adæquationem dist. mai. consistit in perfectione fig. relatæ ad mag. & in imperfectione mag. relat. ad fig. relatæ transcendentaliter concedo mai. prædicamentaliter neg. mai. & dist. min. 1.° fig. seipsa superat formaliter mag. & mãa formaliter separata a fig. sive forma seipsa est nobilior formaliter, & mãa formaliter est nobilior, nobilitate absoluta entitativa transcendentali, secundum dici seu fundamentali concedo min. nobilitate comparativa, relativa proprie, seu prædicamentaliter nego min. & dist. neg. cons. & ad probationem, quæ solutioni traditæ obstare pot. dist. ant. diversitas in perfectione est quædam species relationis prædicamentalis, diversitas imperfectione absoluta nego in perfectione relativa, subdist. imperfectione relativa vere & proprie relativa concedo in perfectione improprie seu secundum dici relativa neg. ant.

24 Replicabis quod si mãa 1.° seipsa quolibet alio secluso est imperfectior prædicamentaliter & inæqualis formaliter relative ad fig., sequitur quod in priori ad fig. resultet in mãa accidens verum & reale receptum in mãa unde mãa 1.° erit subiectum immediatum receptivum accidentium, sequella prob.: quia in illo priori ex 1.° solutione traditæ est fundamentum inæqualitatis formalis, 1.° posito fundam.to & termino immed.te resultat relatio, ergo pro illo priori erit relatio, quæ ex 2.° nostro modo dicendi est verum accidens.

25 Sol. & nego sequellam quia prioritas illa cum non sit prioritas in re, sed intelligentiæ non est prioritas potens determinare existentiam relationis quæ exigit admi existentiam instans physicum & reale, solum ergo est illa prioritas, prioritas receptionis. Unde sequitur quod in isto illo instanti reali datur relatio mag. ad fig. eoferum cum in isto illo instanti detur compositum substantiale unde est quod in dato ubi recipiatur illud accidens.

§ V.

De omni Relatione prædic.

26 Igitur non solum relatio prædicamentalis quæ immediate fundatur in substantia, distinguitur realiter sed omnis relatio prædicamentalis sive fundetur supra quantitatem, vel qualitatem, vel supra aliquod aliud prædicamentum distinguitur realiter a fundamento prox.°

27 Deducitur manifeste ex Arist. in hoc cap. ubi ut iam vidimus ait quod relatio est cuius totum suum esse est in ordine ad aliud, ex qua definitione sic efformo rationem: quodlibet fun...

fundamentum, quia habet suum esse absque dependentia alterius et praeterminis ad quem, sed omnis relatio habet suum esse in ordine ad aliud et respectu termini, ergo universim loquendo esse relationis est diversum ab esse fundamenti supra quod fundatur: minor est definitio relationis tradita ab Arist. Maior etiam est certa alias quantitas et qualitas et omnia alia praedicamenta pertinerent ad praedicamentum ad aliquid, seu quod idem est omnia praedicamenta coinciderent in uno, essetque solum unum praedicamentum. 28

Probatur insuper ex D. Thoma 1. p. q. 28. ar. 2. ubi sic ait: Sicut in creaturis in eo quod dicitur relative non solum invenitur respectus ad aliquid alterum; sed aliquid absolutum, ita in Deo, sed aliter, nam id quod invenitur in creatura praeter id quod continetur sub significatione nominis relativi est alia res, in Deo autem non est alia res: ex quo sequitur id quod invenitur praeter relationem, est fundamentum, sed hoc est alia res a relatione ergo relatio creata distinguitur realiter a fundamento nam aliud et aliud dicit diversitatem in natura, et entitate. 29

Praeterea nam D. Thomas q. 2. de pot. 14. expresse affirmat non solum relationes praedicamentales distingui ab absoluto scilicet a quantitate, qualitate, vel a quolibet alio fundamento supra quod fundatur. ait enim: Propter quod, et relatio realiter substantiae adveniens, et postremum, et imperfectissimum esse habet: postremum quidem quia non solum praeexigit esse substantiae sed etiam esse aliorum accidentium ex quibus causatur relatio, sicut unum in quantitate causat aequalitatem, et unum in qualitate similitudinem. = ergo esse relationis non solum praesupponit esse substantiae sed esse aliorum accidentium, et distinguitur ab illis.

§. VI.

Argumenta ab Aversariis proponuntur. 30

Si dices quod si relatio esset realiter a fundamento distincta sequeretur quod ad positionem seu ad productionem relationis daretur mutatio, sed non mutaretur fundamentum, in sententia communi Arist. et D. Thomae, quia relatio non distinguitur realiter a fundamento. Sequela probatur: probando postea minorem. nam intelligibile est quod adveniat de novo aliqua entitas alicui rei, et quod illa res non mutetur per illam novam entitatem, nam mutatio realis consistit in eo quod res modo aliter se habeat quam prius, sed per adventum novae entitatis res aliter se habet ac prius. ergo mutatur, tum quia ideo relegantur

§. VII.

Alia ratione probatur Thesis

40\. Mitto rationem qua hanc nostram Thesim nonnulli probare student, exeo quod relatio praedicamentalis differt praedicamento a suo fundamento, quae inde arguunt distinctionem entitativam relationis a fundamento; mitto inquam hanc rationem quia patitur instantiam in actione et passione, quae licet entitative non distinguantur in probabiliori sententia, tamen duo diversa praedicamenta constituunt quia habent metaphysica diversa essentias; unde cum ad praedicamenta constituenda sufficiat diversitas metaphysica essentiarum in quibus possint fundari diversae intentiones logicae, inde est quod ideo relinquo in sua probabilitate hanc rationem.

41\. Unde illam pro ratione omnino familiarem. Cum sic adstruo: nam ex Arist. 7. topicorum c. 1.* quae realiter separantur realiter distinguuntur, quia nihil potest a se ipso separari; sed relatio realis separabilis est a suo fundamento; plures quando de facto separantur, ut patet in relatione similitudinis deficiente uno extremo, in relatione paternitatis, deficiente v.g. mortuo filio, ergo omnis relatio distinguitur realiter a suo fundamento. Nota est in recto modo et omnium paene patent.

42\. Caeterum dicere quod numquam separatur relatio quoad entitatem a suo fundamento, sed illam quoad denominationem, quae deficit non ex defectu recti, sed ex defectu notati, unde negant minorem. Si illam distinguunt et concedunt de separatione quoad denominationem, et negant de separatione quoad entitatem. Quod aliqualiter potest instari cum doctrina satis communi constituente actum liberum Dei in entitate actus necessarii connotando existentiam creaturarum, in qua doctrina deficere potest actus liber Dei non quoad rectum entitatis sed quoad [redacted] denominationem libere volentis, quae denominatio solum deficit ex defectu obliqui seu ex defectu creaturarum.

43\. Sed contra: quia implicat quod deficiat relatio quoad denominationem, et quod non deficiat quoad entitatem, ergo ruit solutio antecedens probatio: quia relatio ex terminis est formaliter objective et metaphysice distincta a fundamento; sed si est formaliter objective distincta a fundamento nequit deficere quoad denominationem quin deficiat quoad entitatem, ergo si relatio deficit quoad denominationem deficit

*Arist.: 7. Ethic. c. 1. tex. 17. ait: Disposita alterius sine altero non entis

deficit quoad entitatem. Mi. videtur certa quia formalitas
relationis est formaliter constituens diversum praedicamentum, ut apud
omnes est certum praesertim apud ipsos contrariorum agionum in-
praesenti, et qui praedicta solutione stantur; s. formalitas con-
stituens praedicamentum diversum, requirit non esse formalitas metaphy-
sice obiectivè distincta ab alia quacumque formalitate;
ergo formalitas relationis est formalitas obiectivè et metaphy-
sice distincta a fundamento. Pbatur ergo min. 44

Quia effectus for-
malis primarius correspondens formalitati relativae est
constituere fundamentum ad relatum, s. nulli rei potest deficere
re effectus primarius correspondens ipsi ex sua ratione;
ergo formalitas illa relativa requirit non communicare fundamento
denominationem relati: primi et requirit talis formalitas de-
ficere quoad denominationem non deficiente ipsa quoad sibi
intrinseca, seu praecise entitatis. Mai videtur evidens cum
aliquis effectus formalis primus et primarius debeat corres-
pondere praedictae formalitati et alius excogitari non possit. Et 45

V. praedicta
solutione stantes ansa et occasione praebent ad praecipuas meta-
physicas difficultates obnubilandas doctrina inutili nota-
torum, neque vix vel ne vix poterit investigari quae aliqua
duo realiter distinguantur. neque regula ab Aristotele tradita
praedicto loco topicorum 7. c. 1. facile poterit velli distin-
guendo in quaelibet re; separantur quoad realitatem, nego
quoad denominationem quae deficit ex defectu obliqui et mo-
di, concedo. quod est abundans valde in Metaphysica et Filosofia

V. obiter 46
notandum duxi licitum non esse ad quaestiones filosoficas, vel me-
taphysicas parvi momenti exempla et paritates adducere ex
rebus teologicis, praesertim de trinitatis mysterio, vel de liberis
decretis divinae voluntatis, quae omnia ita oculta sunt nobis, et aliis
ut vix fiat ea possimus investigare, quae obsinere eminen-
tem veritatem mysteria sunt, et ut talia venerantur.

Proinde 47
nostraliter videtur neglecta notatorum doctrina, requiramus
illam amplectendam religionis explicandae, neque cum necesse
sit veritati conforme aliquid ponere, vel adstruere ...

praeter positionem vel effectus alicujus denominati ex hinc et
ideo hoc selegimus explicandum.

§. VIII.

De
Quando sit utile denotationem unius apponere.

48 Recentior quidam Salmanticensis SS qui dem. regulam instituit ad cognoscendum quando in creatis expositione alicujus novae denominationis, inferre debeamus additionem novae et indistinctae entitatis, et quando non. Et ait quod solum licet in duobus casibus novae entitatem addere.

49 Primo quando denominatio seu forma denominans constituit subjectum denominatum in alio genere praedicamento in quo ante adventum talis denominationis non erat. =

50 Secundo quando subjectum ob talem denominationem terminat novam actionem productivam quam antea non terminabat. in quibus duobus casibus optime debemus inferre dari aliquam novam entitatem a qua petitur illa nova denominatio. Et

51 Videmus Pater ob generationem secundi et tertii filii non recipit aliquam novam paternitatis relationem quam prima relatione paternitatis in eodem est in praedicamento relationis. ut docet D. Thom. 3. p. q. 35. ar. 5. ut. similiter eadem relatione respicit Magister omnes discipulos ut successive illos habeat, et similiter eadem relatione similitudinis respicit unum simile omnibus aliis subjectis similibus, et sic de omnibus aliis relativis; econtra vero in quantitate arguitur quod forma sphaerica, aut quadrata distinguitur realiter a quantitate et talis quantitas, et forma sphaerica a subjecto. Quia quantitas denominatur sphaerica denominatione pertinente ad praedicamentum qualitatis, quae separatur a quantitate, et similiter subjectum denominatur quanta, et qualificata quae sunt denominationes quae pertinent ad alia praedicamenta. quae separabilia sunt saltem absolute a subjecto. Et

52 Sed venia tanti Magistri, mihi non placet illa universalis regula, quoad omnes partes quas continet, ut n. verum contineat quoad 1.am partem. ut patet est illa doctrina conformis ei quod diximus lib. 5. de ante praedicamentis q. 1. §. de denominationis. n. 20.

Ast.

Est quoad id quod asserit de actione productiva verus non tenet neque illud iudico esse dictum prius ad stabiliendum modum unionis inter materiam et formam realiter distinctum ab ipsis quod non est omnino certum, imo mihi est certius oppositum neque mihi est persuasum materiam et formam se ipsis immediate uniri absque aliquo medio realiter ab ipsis distincto, ut ex ipso praecipimus redarguente in 2o lib. Physicorum. 53

54

Ratio est breviter insinuata quod eius locus proprius dicet, quod ut verificetur quod data nova actio productiva sufficit quod detur novus terminus totalis et ut quod productus, ut patet in generatione humana, in qua non producitur materia, nec anima, et etiam si detur modus unionis ille non est terminus actionis productivae, neque est quod intenditur produci, solus nam homo intenditur produci terminus, unde ex eo quod detur nova actio productiva non ex inde colliget inferri quod detur in rerum natura aliqua nova entitas noviter producta per ipsam.

55

Et quod manifeste deducitur ex Philosopho et ex D. Thoma qui asserunt dari in rerum natura novas actiones sine detur novus terminus productus. D. Thomas q. 2 de potentia art. 2. in corpore ait: non enim omnis potentia activa semper praesupponit actionem aliquam quae producat quae sit terminus actionis cum sint multae operationes quae non habent aliquid operatum ut Philosophus dicit 1. Ethicorum et 9. metaphysicorum. quae verba adeo clara sunt ut illis inspectis dubitatur regula supra assignata a praedicto n. M.

Similiter 56

Philosophus 9 Met. ait non fit sphaera, non fit aes, et fit sphaera aerea: quod est ipsum quod nos asserimus quando unde solum admittimus regulam ad cognoscendam novam entitatem ex eo quod detur nova denominatio, quando per illam denominationem res constituitur in alio praedicamento.

§. IX.

Statuitur secunda ratio.

Secunda relata sit: quaesita distinctione relationis a fundamento esse tamquam includentis et excludentis, seu modo quo una pars distinguitur a toto cuius est pars, vera non est. Unde assero quod 57

Relatio predicamentalis est forma simplex realiter adæquate distincta a fundamento et termino.

58 Probatur: 1° ratione supra insinuata deducta ex definitione relationis tradita ab Arist. Nam relatio est cuius totum suum esse est in ordine ad aliud se habere. Sed coniunctum ex fundamento et termino non est ad aliud, ergo relatio adæquate distinguitur a fundamento et termino mai. constat et vox videtur solum restat probanda minor. quæ sic probo. quia terminus ut constat ex suo conceptu non est ad aliud.

59 Nec valet dicere quod relatio inadæquate seu sumpta cum fundamento est quæ est ad aliud. — Non inquam id valet quia relatio adæquate sumpta nullam aliam definitionem habet neque aliud esse nisi hoc quod est se habere in ordine ad aliud. ut constat. ergo si relatio est quid conflatum ex fundamento et termino terminus deberet esse ad aliud, quod est falsum, nam terminus solum significatur ex suo conceptu ut finis ponens habitudini.

60 Si dices quod relatio nequit non conflari ex fundamento simul et termino. arcum probas, quia in illo consistit quo intellecto intelligitur relatio, et quo ablato, et non intellecto deficit relatio, seu non intelligitur talis relatio. Sed non intellectis fundamento et termino nequit intelligi relatio, ergo et vice versa illis intellectis intelligitur relatio ergo relatio consistit in fundamento et termino quandoquidem cum illis identificatur.

61 Sed contra 1° quia etiam si nequeat intelligi relatio non intellectis fundamento et termino. non tamen exinde infertur quod relatio consistat in agregato ex utroque. quod et instatur tum in actione cognoscitiva, cuiuslibet potentiæ, quæ nequit intelligi non intellecto obiecto, et tamen constat quod obiectum non est de eius essentia. tum instatur quia si doctrina quæ in replica innuitur esset vera etiam in divinis relatio paternitatis consisteret in agregato fundamenti et termini, seu Patris et Filii quod est omnino falsum. sequella probatur: tum quia in conceptu relationis æque et eodem modo constituitur relatio creata ac increata, sed creata consistit ex solutione in agregato ex utroque scilicet fundamenti et termini; ergo similiter relatio increata. tum quia similiter nequit intelligi

indivinis

indivinis Paternitas non intellecta filiatione: ergo ex eo quod rela-
tio creata nequeat intelligi fundamento et termino non intellectis non ex
inde infertur quod relatio consistit in agregato ex utroque. 62

Et ratio a priori-
ribus est quia quando aliqua habent dependentiam ab aliquo extrinse-
co nequeunt intelligi non intellecto illo extrinseco respectu-
ius dicunt dependentiam, ut patet, in motu, qui non potest intelli-
gi sine ordine ad terminum ad quem, imo et a termino a quo, et patet
etiam in actionibus sensitivis et cognoscitivis quae non possunt in-
telligi sine ordine ad obiectum. Et in creatura cuius esse non
potest intelligi quin intelligatur ut ex nihilo. Et alia quae omnia
quid extrinsecum important et sunt relative ad supradicta, ut
cum dependentia nequeat intelligi non intellectis principio et
termino dependentiae, et aliis dependentia de conceptu intrin-
seco rerum enumeratarum. inde est quod etsi nequeant intelli-
gi sine ordine ad extrinsecum non ex inde infertur quod illud
extrinsecum sit de quidditate intrinseca illorum, et inde neque
terminus erit de intrinseca essentia relationis. 63

§ X
Diluitur quoddam argumentum ex D. Thoma

Si dices quod secundum D. Thomam relatio consistit in agregato ex
fundamento et termino. assumptum probatur. quia si relatio esset forma
simplex distincta a fundamento et termino esset aliquid in subiecto
manens; sed secundum D. Thomam non est relatio aliquid in subiecto manens;
ergo relatio non est forma simplex distincta a fundamento et termino. maior
constat et probatur minor ex opusc. 48. tract. 5. de praedicamento ad aliquid
cap. 2. ubi expresse docet relationem non facere compositionem
cum subiecto 2º docet relationem non mutari subiectum. 3º relationem esse
ipsum fundamentum. quarto relationem addere supra fundamentum, termi-
num. 5º terminum esse partem relationis modo quo anima est pars
hominis. Et denique in hoc opusc. 48 expresse docet secundum
relationem esse. ait enim: 64

* Cum autem dico, quod similitudo Sortis
habet albedinem eius ut fundamentum: non est intelligendum quod simili-
tudo Sortis, sit aliqua res in Sorte, alia ab ipsa albe-
dine, sed solummodo ipsa albedo, ut se habet ad albedinem

Platonis ut ad terminum. Si enim similitudo adderet supra albedinem Socratis aliquam rem, nullomodo posset aliquis alicui fieri similis, sine sui mutatione ut patet. nam siquis in India fieret modo albus, fieret similis mihi et ego sibi, nulla in me facta mutatione: similitudo enim in me nullam rem addit supra albedinem, quae realiter sit in me ut patet. *

65 Quae verba adeo clara sunt ut nulla tergiversatione possint interpretari in favorem nostrae Relationis, cum in illis videatur expressa secunda relata sententia, quae ut clarius appareat placet, ut fecit quidam Recentior Iesuita adducere similia verba D. Thomae quae in cap. 3. eiusdem opusculi continentur in quibus cum D. Thomas videret ex identificatione relationis cum fundamento sequi praedicamenta non bene distingui opposuit sibi quoddam argumentum ~~[illegible]~~ in cuius solutione expressa est secunda relata sententia ait enim D. Thomas.

66 * Sed hic oritur dubium: cum enim decem praedicamenta sint decem genera inter se realiter differentia. Si relatio nullam rem addit supra fundamentum: ergo non erit alia res a fundamento, et sic non erit in alio genere similitudo, quam albedo, quod omnino falsum est. * Cui argumento respondet D. Thomas. * dicendum quod divisio entis in decem praedicamenta, est divisio in decem res, vel quoniam ad hoc quod dicunt diversas res intrinsece et realiter, ut substantia, quantitas et qualitas, quae comparata adinvicem sunt diversae res: vel in quantum dicunt diversas res extrinsece, quia unum importat aliquam rem diversam, quam non importat reliquum; et sic relatio differt a suo fundamento, quoniam importat oppositum relationis, ut enim dicimus quod totum differt a sua parte non sicut res a re, sed ut illud quod importat plus, quam pars. Homo enim differt ab anima, quoniam importat magis, quam non importat anima. Sic relatio differt a suo fundamento. quia relatio dicit rem sui fundamenti, et oppositum terminum. quam non dicit fundamentum

67 ingenue fator hoc argumentum desumptum ex D. Thoma esse valde difficile, etenim D. Thomas videtur stare pro ss. Sententia: quearatione aliqui Thomistae difficultate oppressi asserunt D. Thomam in hoc loco

loco. hanc tenuisse s[ancti] T[homae], cæterumque cum in summa quæ est altera eius testamentum expresse teneat relationem distingui a fundamento ~~inde quod~~ ut patet ex locis in favorem nostrum (?) allatis, ex quibus clare constat hanc distinctionem relationis a fundamento esse de mente D. Thomae. 68

Alij respondent hoc opusculum 48 esse ipsatum inter opera spuria ~~D~~ D. Thomae. etenim asserunt aliqui esse illegitime insertum inter eius opera, ab ipso quod D. Thomae non fuisse compositum. Unde cum de eius auctoritate, et legitimitate dubitetur non est opponendum alijs quaestionibus et articulis de quibus constat absque dubietate esse legitime ex D. Thoma. 69

Alij Lerma asserit quod dato quod illud opusculum 48 sit D. Thomae posset exponi ita ut quando dicit quod relatio non est alia res a suo fundamento intelligatur, scilicet non alia res producta per diversam actionem. concedo per eandem actionem, nego. unde cum relatio non producatur per actionem primario, ad ipsam terminatam, quae ad illam non datur per se primum inde est quod hoc modo intellecta verba D. Thomae non Marianistae [illegible] 70

Sed mihi non placet haec solutio quae videtur ex parte illa D. Thomae quod alias in argumento quod sibi opponit D. Thomas in c. 3. et quod nos exposuimus n. 66. non recurreret D. Thomas ad solutionem quam ibi apponit sed diceret quod cum relatio sit alia res producta per eandem actionem, ideo sibi tribuit praedicatum diversum a fundamento. Item quod alias non diceret quod nullo modo mutatur fundamentum per relationem, quae cum quae producuntur per resultantiam vere faciunt mutationem in subiecto. Item quod alias diceret quod nihil advenit mihi de novo. nam et si sit producta per eandem actionem ac fundamentum vere est aliquid. 71

Unde intelligendum venit D. Thomas ut postea explicabimus, vel cogamur dicere D. Thomam fuisse sibi contrarium, nam quando D. Thomas expresse non retractavit sed quod semel docuit non est bonum dicere quod D. Thomas hinc fuisse in illa sententia. 72

Ut vero respondeamus et exponamus praedicta verba et illa concordemus cum veritate D. Thomae in qua distinguitur

relatio a fundamento notandum venit id quod D. Ths. docet q. 7. de Potentia ar. 9. ad 7. quae verba iam adduximus supra §. 9. n. 35. in quibus quod relatio ex suo proprio et explicito conceptu solum dicit ad et cuius conceptu non est mutationis inferri: qua doctrina supposita facile concordantur omnia verba D. Ths: quando enim dicit quod similitudo Sortis non est alia res in Sorte ab ipsa albedine, intelligendum est cum dist. non est alia res, per explicito ad seu sm quod relatio dicit suum primarium conceptum, scilicet ad secundo per implicito, vel sm quod dicit in nego. quando dicit quod similitudo est ipsa albedo, dicit etiam quod est ipsa albedo ut se habet ad albedinem Platonis, conced. dist. est ipsa albedo sm quod consideratur ut dicens ad secundo, ut solum dicens in nego. quando dicit quod si esset alia res similitudo et albedo deberet mutatio, dist. si similitudo esset alia res sm conceptum ad secundo, si solum est sm conceptum in nego, nam ut diximus relatio sm proprium conceptum ad non est res, sed quid abstrahens a reali et rationis, a creato et increato. v.g. possum esse similis alicui nascenti in India absque mutatione mea quia solum mihi addit per explicito, conceptum ad qui non dicit mutationem. Et secundo dico quod in me ideo non dat alia res, quia iam suppono me esse similem alteri homini, et eadem relatione qua ego sum similis Petro sum similis omnibus ut diximus ex D. Ths. 3. p. q. 35. ar. 5. &c.

73 quando a. D. Ths. dicit in c. 3. insolut. ad arg. quod relatio includit terminum, dicimus est quod includit terminum, non ut quid intrinsecum relationi sed ut quid inspectum terminative, v.g. exemplum de anima inclusione in homine non tenet in omnibus quia anima est pars intrinseca, quae solutio admittenda est etiam ab obiicientibus quia ipse docet quod relatio est quid compositum ex aliquo intrinseco scilicet fundamento, et ex aliquo extrinseco scilicet termino. v.g. semper terminus consideratur ut quid extrinsecum relationi. Et per hoc patet ad argumentum in forma. respon. quando negando ans. et ad probat. dist. mai. esset aliquid in subiecto manens sm explicitum ad nego. sm implicitum in secundo. et dist. min. eodem modo. et nego conseq. et ad probationem iam constat ex dictis.

§. XI.

Dilecitur.

diluitr argtum sumptum a ratione.

Arguunt ad probandum relationem consistere in aggregato ex fundamento et termino. quia si relatio distingueretur realiter a fundamento et termino maxe ob rationem assignatam supra §. 1. n. 41. scilicet maxe quia relatio det separabilis a fundamento; sed hoc e falsum. ergo relatio non distinguitur realiter a fundamento. mai. constat. et min. probatur: relatio praedicamentalis non pot. nec divinitus separari a fundamento et termino. ergo vera e min. ant. probatur: quia existentibus Petro, et Paulo cum albedine in eodem gradu, sunt necess. similes; ergo similitudinis relatio non e separabilis ab illis nec divinitus. ant. probatur: quia Petrus et Paulus per duas albedines omni alio conceptu secluso sunt similes, ergo stante albedine in illis in eodem gradu sunt necess. similes. ant. probatur ex definitione similitudinis desumpta ex Aristote. nam similia sunt quorum qualitas e una, scilicet unitate specifica. ergo illae duae albedines habent definitionem similium. ergo secluso omni alio concepto sunt similes per suas albedines. 74.

S. 3o. et 75

concessa mai. nego min. et ad probationem nego ant. et ad probationem dist. ant. sunt similes formaliter nego fundamentaliter concedo. et ad probationem dist. ant. eodem modo. et ad probationem explico definitionem, et dico quod illa definitio non e quidditativa sed causalis et fundamentalis nam albedines sunt fundamentum et causa ex qua resultat et ex quibus sequitur relatio similitudinis quod constat ex D. Th. 4. 1o. g. c. 14. ad 9. ubi S. Dr. ait quod relatio realiter habet advenientis et posterius et imperfectius esse habet, posterius quidem quia non solum praeexigit esse substantiae sed etiam esse aliorum accidentium, ex quibus causatur relatio. notate ultima verba in quibus clare docet D. Th. quod esse relationis causatur ab esse aliorum accidentium, ergo similitudo erit quid causatum ab albedinibus existentibus in subiecto.

76. Si dices quod illae duae albedines omni alio secluso et solum sunt similes fundamentaliter, sed formaliter ergo resolutio. ant. probatur: et ut clarius innotescat apponamus exemplum in relatione inaequalitatis, quae immediate fundatur in duabus quantitatibus inaequalibus. v.g. summamus unam quantitatem cubitalem, et aliam semicubitalem. in hoc casu non distinguitur inaequalitas fundamentalis ab inaequalitate formali, sed inaequalitas formalis e quaedam species relationis; ergo relatio non distinguitur a fundamento.

pbr. mai. nq quantitas cubita se ipsa et residuo alio sup addito e maior quantitate semi cubita. quod vide in evident. nq illa includit plures partes.

77 § 2º et neg ant. et ad pba tionem nego similiter maiorem, et ad pbat. dist ant: quantitas cubita e maior semicubita, maioritate absoluta, concedo comparative seu relative neg.

§. XII.

Corollarium quod de.

78 Pro coronide inquires an relatio distinguatur a suo fundamento ut res quaedam, vel ut modus quidam.

79 Ex unaque videtur quod relatio n. e res s. modus, qa quando ex separatione aliquorum interse arguitur distinctio inter ipsa, attendendus utrum illa separatio sit mutua, utrum scilicet quodlibet illorum possint adinvicem existere separata. et non, et si unus pot separatum existere, et aliud n. e distinctio modalis inter ipsa etenim modus n. pot. existere separatus a re modificata, si a. utrumque pot. ad invicem separatum existere utrumque habet rationem entitatis. = Et cum relatio n. posit existere absque fundamento et hoc ut ipsa posint ad invicem separata existere inde e. quod videtur quod relatio e quidam modus

80 Ceterum mihi probabilius e quod relatio n. e modus sed entitas quaedam sed minima omnium. qa inde dicitur minimum entitatis qa moveor hac pbter rationem a priori nq divisio entis in decem praedicamenta mihi e probabilius quod e entis in entitates, non in modos, seu in entitates et modos, vide modi intra poit praedicamenta computantur. =

81 Hic et praecipue pbter autoritatem Divi Thom nq quaties affirmat distinctionem relationis a fundamento ait relationem ee aliud ab fundamento. quod n ect si relatio esset modus et n. res. constat ex locis supra citatis ex q. 7 de pot. ar. 9. ut diximus n. 17. et 1. p. q. 28. ar. 2. = ut diximus n. 28. et 4. [illegible] cap. 14 = ut diximus n. 75. = v. ideo relatio n pot. existere separata a fundamento qa e minimum entitatis. =

QVAESTIO TERTIA.

Utrum Relatio prædicamentalis terminetur ad respectivum, vel ad absolutum?

§.I.

Aperitur sensus quæst. et referuntur sententiæ

Sensus quæstionis an sicut fundamentum referatur ad terminum requiritur in fundamento relatio, quæ ut vidimus q. præcedenti realiter distinguitur a fundamento, quæque relatio est ratio formalis referendi, an scilicet ita similiter in termino requiratur alia relatio quæ sit ratio formalis terminandi, an vero terminus taliter respiciatur a relatione quæ aperitur in fundamento. quod formaliter sit inspectus secundum suam entitatem absolutam, quæ convenit omnem respectum excludit subiectum. e.g. an scilicet unum simile, v.g. album A, taliter respiciat aliud simile, scilicet album B quod album B inspectum, sit terminus ratione suæ entitatis absolutæ, an vero sit terminus media alia relatione quæ respicit e contrario album A.? Sic an scilicet Pater respiciat filium secundum entitatem absolutam filii 1. an ratione relationis filiationis, qua e regione opponitur Patri? 1

Et notandum venit quod præsens quæstio non solum instituitur ad terminum relationis mutuæ æquiparantiæ, vel disquiparantiæ, dignoscendum; sed et ad naturam terminorum in relationibus non mutuis inveniendam: ut in præsenti non solum inquirimus utrum prædictæ relationes mutuæ æquiparantiæ ut sunt relationes primi generis, vel mutuæ disquiparantiæ, ut sunt relationes secundi generis, sed etiam utrum relationes non mutuæ, ut sunt relationes tertii generis, v.g. scientiæ ad scibile, mensuræ ad mensurabile, terminentur ad terminum quem respectivum, vel ipsum inspiciant quem respectivum? 2

In qua difficultate enodanda valde inter se dividuntur Autores; etiam Thomistæ. Triplex enim communiter in præsenti circumfertur sententia. 1a. Sententia docet Nullam relationem prædicamentalem terminari ad respectivum, sed universim omnem relationem inspicere terminum absolutum. Pro hac 1o. referuntur ex Thomistis Capreolus, in 1. dist. 30. q. 1. ar. 2. ad 3. et Soncin. q. 6. Metaph. q. 30. ad. 2. et 3. = ex Scotistis eam sequuntur fere omnes cum doctore subtili, in 1. dist. 30. q. 1. = Ex Societate cum Generali Suarez. in Metaphys. disp. 47. sect. 16. Hurt. Metap. disp. 15. sect. 7. et alii. 3

4 Secunda sententia docet omnem relationem sive mutuam, sive non-mutuam terminari formaliter ad respectivum. hanc tenent plures ex Thomistis. illam docent. Caiet. 1. p. q. 13. ar. 7. Banez ibidem dubio unic. ad 2. Nazarius ibidem unic. PP. Complut. disp. 19. q. 6. Mag. Lerma in log. q. lis. N. Aguirre. in Metaphs. c. ad aliquid disp. 11. sect. 3. et alij

5 Tertia sententia distinguit inter relationes mutuas, et non mutuas, et asserit relationes mutuas terminari ad respectivum, caeteras relationes non mutuas terminari ad absolutum. hanc sententiam docent Ferrara 2. contra g. c. 12. Joann. a Sancto Thoma. in log. q. 17. Dominicus Sinceri in log. lib. 3. q. 4. ar. 5. SS. M. fr. Castius et Baiona in suo cursu Philos. qui cum titulus Collegij Sancti Thomae q. 8. log. ar. 10. §. 2. et alij Thomistae.

6 Possumus addere 4am sententiam quae asserit relationem non mutuam terminari ad respectivum rationis, non vero ad respectivum reale, asseritque hic modus dicendi quod relatio creaturae ad Deum v.g. exigit ex parte Dei relationem rationis ad sui existentiam, unde intellectu non fingente illam relationem rationis, deficit relatio realis creaturae ad Deum, ex defectu termini, et intellectu considerante, et fingente illam relationem rationis, resultare similiter in creatura per resultantiam realem relationem realem. hanc sententiam defensam deinde vidi Complutenses in publicis disputationibus habitis in nostro D. Josephi Collegio.

§. II.

Statuitur prima Conclusio

7 Sit Prima Conclusio: relationes mutuae, sive aequiparantiae sive disquiparantiae, terminantur formaliter ad respectivum. est Doctoris Angelici et primae sententiae, atque est expressa Arist. et D. Thomae. probatur ergo 1o. ex Philosopho in cap. tex. 14. ubi sic ait Logicus de termino relationis: Quod si apte traditum sit id ad quod refertur, caeteris omnibus quae sunt accidentia demptis, ac solo hoc relicto ad quod apte adhibitum est, semper ad id referetur. Ut servus si referatur ad Dominum, demptis omnibus alijs, quae accidunt Domino (veluti bipedem, et aptum ad discendum, et hominem esse) hoc tantum relicto eum esse dominum semper servus ad ipsum referetur, servus enim domini servus dicitur. quo nihil clarius ad nostram conclusionem stabiliendam.

sic

Vᵗ. sic expendo p̃dicta Arist. verba: 1.º Arist. ille ē terminus formalis relationis, quo intellecto intelligit. id ad quod refert., et alia, quæ in termino inveniunt. sit talia, sint quod illis seclusis et n. intellectis, intelligit. id ad quod refert., mere p. accidens et ℓ maali se habent; sed secluso omni p̃dicato absoluto, et solo intellecto p̃dicato relativo in termino, intelligit. id ad quod refert., ergo nullus p̃dicatus absolutus, s. solus illud quod ē respectivus ē terminus formalis relationis. Istud q. videt. recte dispositus, et mai videtur ex ipsis his dicta, min. ē Arist. Vᵗ. restat ut evidens ſ. 8

Hseq.

S. dices quod Arist. solus dicit quod manet terminus seu id ad quod refert. demptis cæteris omnibus quæ st. accidentia; tunc sic, ergo in termino ut sit terminus debet manere subst.ª termini, s. subst.ª n. ē quid relativus, s. absolutus, g.º terminus ē quid absolutus, et n. respectivus. 9

Rᵈ. n. a. c. q. 10

Philosophus q. dixit quod manet id ad quod refert., demptis omnibus quæ st. accidentia, per ly accidentia, n. intelligit solus accidentia physica; s. omne p̃dicatus quod p. accidens invenit in termino, etsi alias sit substantia quod pt ex eod. Philosopho. n.q dixit quod servus intelligit. servus intellecto in domino. hoc quod ē ēē dominus, etsi sin. intelligatur ēē homines, s. ēē homo ē p̃dicatus substantiale. g.º p. ly accidentia intellexit re p̃dicatus p. accidens inventus in tho.

Secundo prob. ex D. Tho. 11

1. p. q. 40. ar. 2. ad 4. ubi loq., de relativis ait: cus dicit. quod relativi ēē ē ad aliud se habere per ly aliud intelligit. correlativus, quod n. ē prius s. simul natura, et cognit. tunc sic: s. correlativus n. ē absolutus s. relativus, ut pt ex ipso termino, n.q correlativus ē relativus cus alio, g.º relatio terminatur ad relativum.

Idq. docet 12

2. c. g. c. 11. ubi ait: n. pot. aliquid intelligi ad alterius, nisi ē converso illud relative dicatur ad ipsus = similit. docet 1. ad Anib. dist. 30. q. 1. ar. 2. ad 3. ubi sic ait: terminus n. pot. intelligi nisi sub opposita habitudine.

13. Tertio probatur ratione deducta ex Philosopho et D. Thoma quia ipsos relativa mutua, sunt simul natura et cognitione; sed hoc non potest verificari absque eo quod relatio terminetur ad respectivum, ergo terminatur ad respectivum. maior constat. Et probatur minor. implicat quod intelligatur unum relativum absque eo quod intelligatur in termino id quod est ratio formalis terminandi, sed nullo absoluto intellecto in termino, et praecise intellecto praedicato relativo intelligitur terminus formalis ut talis, ergo non potest verificari quod sint simul natura et cognitione si non terminatur ad respectivum.

14. Ulterius probatur ratione quia extrema opposita mutuo relative, formaliter importarent aliquid relativum, sed in relationibus mutuis fundamentum et terminus sunt extrema mutuo relative opposita, ergo importarent formaliter aliquid relativum. maior videtur evidens quia extrema opposita relative debent esse intra genus relativum, sed genus relativum importat formaliter aliquid relativum, seu est quid necessario relativum, ergo omnia extrema oposita relative debent importare aliquid relativum; unde fit si sunt mutuo oposita relative ex parte utriusque extremi debent importare quid relativum: minor etiam videtur constare alias relationes mutuae non darentur sine fundamentum et terminum in ipsis non sunt extrema relative opposita.

15. Si dicas quod si haec ratio vincit vinceret etiam in relationibus non mutuis sed ibi non vincit; ergo neque in mutuis probatur. assumptum probatur quia in relationibus non mutuis etiam datur oppositio relativa, inter fundamentum et terminum ut patet, exercitione enim opponuntur, etenim creatura, non est creator, neque creator creatura, mensura non mensuratur a mensurabile, neque mensurabile est mensura, sicut nec pater qua talis est filius. neque c. [illegible] opponuntur ergo extrema inter quae versatur relatio non mutua; sed non alia oppositione ut patet nisi relative ergo inter fundamentum et terminum relationis non mutuae datur oppositio relativa, ergo vel debet versari inter extrema formaliter relativa sed praedicta ratio non vincit in relationibus mutuis.

16. Si. neg. in relationibus non mutuis non datur oppositio adaequate relativa, sed solum inadaequata ex parte unius extremi.

quia nempe

q. nempe in relationibus n. mutuis solus unus extremum illt fundamentum respicit, et aliud respicitur ab illo: tunc qui praedicata ex natura sua sunt incompossibilia super eiusdem. v.g. ut mensura n. sit mensurabile ab, neque creator creatura sufficit quod creatura referatur ad Deum et mensurabile ad mensuram, absque eo quod e contra mensura et Deus referantur ad ipsa.

S. dices quod in alijs oppositis nempe contradictoria, contraria, et privativa n. datur oppositio quin sit talis inadaequate, ergo neque relativa poterit esse oppositio inadaequata; consequenter in relationibus n. mutuis erit etiam oppositio adaequate relativa. 47

S. 2do q. aliae oppositiones sunt necessario mutuae ex suis conceptibus unde necessario versantur inter extrema contradictoria, vel privativa, vel contraria, at oppositio relativa potest esse, et de facto est aliquando n. mutua, quin inde n. tenet paritas. 48

S. dices quod etiam oppositio quae versatur inter fundamentum et terminum in relationibus n. mutuis est adaequate relativa, ergo si ideo terminus n. erat relativus q. n. erat adaequate oppositio relativa, ratio supradicta non urget. arg. suadetur. q. terminus, et fundamentum praedictarum relationum, sunt incompossibilia a se ipsis ut patet. ergo opponuntur adaequate: q. omnis incompossibilitas fundatur in oppositione, vel est ipsamet oppositio: tunc sic sunt opponuntur alio modo nisi relative, ergo est oppositio adaequate relativa. 49

S. 2do q. oppositio quae versatur inter fundamentum et terminum in relationibus non mutuis solus est inadaequate relativa et ex parte unius extremi, et incompossibilitas adaequata quae inter ipsa invenitur oritur ex eo quod unus necessario respicit, et aliud necessario respicitur ad quod sufficit relatio seu respectus ex parte unius extremi ut videtur est manifestum.

§. III.

Argumenta sumpta a ratione diluuntur.

obijcies. Si relatio mutua terminaretur ad respectivum, nullo modo intelligeretur terminus formalis relationis n. intellecta relatione ex parte termini ipsius constituente in esse termini formalis; sed signo anteriori ad relationem intelligitur terminus constitutus in esse termini formalis. ergo relatio mutua. 50

n. terminatur ad respectivum, cōa ex terminis cstat. et maior e certa si solum restat probanda min: et pbr: 1.º q̄ omnis relatio resultat posito fundamento et tño, et n resultat nisi posito fundamento formaliter in eē fundam̄ti, ergo similiter n resultabit nisi posito termino in eē termini formalis. ergo p signo anteriori ad relationem intelligitur tñum in eē termini formalis, s. quod intelligitur p signo anteriori ad relationem ē quid absolutum, ergo tñus cstituitur in eē tñi formalis per aliquid absolutum.

21 2.º pbr: eadem min. q̄ si terminus eēt formaliter quid respectivum, relatio n posset definiri in ordine ad terminum; s. relatio definitur per ordinem ad tñum, ergo terminus n pot. eē quid respectivum: min. cstat unde pbr. sequella: q̄ ea p quæ aliquid definitur debent eē priora cognitione definito, sed si terminus ē quid respectivum n ē prius relatione, ut cstat, nam relativa sunt simul natura et cognitione. ergo si terminus ē quid respectivum relatio n pot definiri p ordinem ad tñum.

22 3.º q̄ sequeretur quod si terminus eēt respectivum definiretur relatio per aliquid ignotum vel saltem æque ignotum ac ipsa relatio, quod ē cōtra regulam bonæ definitionis; ergo terminus n pot. eē quid respectivum. sequella pbr. q̄ cum terminus in ordine ad quem definitur relativum sit etiam relativum eēt æque ignotum tali definitio.

23 4.º si terminus eēt respectivus n specificaretur relatio a termino; s. relatio specificatur a tño; ergo tñus n ē respectivus. sequella pbr. q̄ si terminus ē respectivus n eēt quid prius relatione fundam̄ti. q̄ relativa sunt simul natura. s. si relatio specificatur a tño terminus debet eē prior relatione ergo si relatio specificatur a tño tñus n pot eē respectivum. mai intt exponendum cstabit, ut pbo min. q̄ si terminus specificat relationem ē cāa relationis cum specificare sit idem ac speciem dare sed quod dat speciem ē cāa, ergo si terminus specificat relationem ē cāa relationis: tunc sic s. omnis cāa ē prior effectu, ergo terminus debet eē prior relatione, ergo dicit quid absolutum: 1ª ergo sña ꝑt. tñus solum ē ~~principaliter~~ absolutum ~~illud~~ quod intelligitur p signo anteriori ad relationem.

24 5.º si terminus eēt relativum in definitione relationis daretur circulus, nam definiretur fundamentum p tñum, et tñus p fundamentum, quod ē chimera.

Sed dices.

C.^d Q.^{ae} q. erg. sinus sit formaliter quid respectivus, nulus seu inveniens excedit; unde ad argum. nego. secunda mai. et nego min. et ad 1^{am} probationem concessa mai. et min. nego seq. et ratio e. q. ad hoc ut posito fundamento et termino resultet relatio n. requiritur quod terminus praesupponatur formaliter in esse termini, sed fundamentaliter, et ratio eq. cum fundamentum et terminus sint causa relationis prius ipsa conveniunt et solum ipsa conveni- unt quatenus dicunt suas entitates absolutas inde e. q. cum funda- mentum formaliter in esse fundamenti sit quid absolutum, n. requiritur quod si ad relationem supponitur fundamentum formaliter debeat supponi terminus formaliter, sed solum fundamentaliter. ceterum cum terminus formaliter in esse termini dicat oppositionem mutuam, inde e. quod in esse termini debet esse quid respectivum. 25

Ad 2^{am} nego mai. et ad probationem nego similiter mai. n. in solum in definitione causali requiritur quod definitio sit prior definito, at in definitione quidditativa n. requiritur quod definitio sit prior definito, v. relatio ipsa definitur per hoc quod esse ad aliquid, et esse ad aliquid n. e. prius relatione. 26

Ad 3^{am} dist. 27

mai. definitur relatio per aliquid ignotius, ingrediente illo in recto, nego, mai, in obliquo et de notato. concedo. dicimus q. quod solum partes ingredientes in recto debent esse notiores defi- nito at si solum ingreditur aliquid de notato n. requiritur q. absolute sit quid notius.

Ad 4^{am} dist. mai. claritatis gra. relatio n. specificatur a termino, concedo, ad terminum nego. specificatur q. illa termino ad terminum, v. d. sequitur quod terminus debeat esse causa, et prior re- latione, d. dist. mai. n. specificatur a termino formaliter in esse termini concedo fundamentaliter nego. specificatur q. relatio a termino fundamentaliter sumpto, proinde solum fundamentaliter e. causa v.^d solum fundamentaliter praecedit quod n. negamus. 28

Ad 5^{am} nego 29

sequellam. n. ut daretur circulus erat necessarium quod idem quod in de- finitione sumitur in recto, ~~...~~ esset ipsum definitum. v. cum definitur fundamentum per terminum fundamentum sumitur in recto, et terminus in obliquo et q. definitur terminus, sumitur terminus in recto, et fundamentum in obliquo v.^d pater definitur quod e. ille qui refertur ad filium; et filius in obliquo

alt q. definiti filius, filius incedit in recto & Pater in obliquo, ut sit. nq. filius e ille qui refertur ad Patrem, en ly ille id e filius, in recto, & Pater in obliquo =
Secundo
30 obiicies fundamentum cuiusdam desiit. si aliqua relatio terminatur ad respectivum, max. relatio Paternitatis, s. hęc n. g. nulla probatur min. q. relatio Paternitatis terminatur ad filium quus filius e effectus Patris, s. quus e effus Patris e filius quid absolutus, g. relatio Paternitatis terminatur ad absolutum. mai. videtur constare q. eatenus relatio Paternitatis terminatur ad Filium, quus refert Patrem ad filium, s. Pater refert quus e caa filij, g. eatenus terminatur ad filium quus filius effus Patris. tum q. hę causalis is verum ideo Pater refertur q. e caa filij seu q. genuit filium, & ideo filius refertur q. e genitus a Patre, vel quia e effectus Patris. Min. g. probatur q. filius e effectus Patris, praeter entitatem quę absolutio e quid absolutum. tum q. effus e posterior caa, et caa e prior effectu, s. relatio Paternitatis n e prior naa filiatione s. simultaneaa, g. e quia relatio Paternitatis terminatur ad absolutum seu ad entitatem absolutam filij, quę e posterior relatione.
31 Resp. s. q. hoc argumentum videtur laborare in aequivoco nq. videtur supponere quod eadem rao formalis referendi & terminandi e rao formalis caę & effectus quod e falsum. unde ad argumentum in forma concesa mai. nego min. & ad probationem nego mai. vel dist. relatio Paternitatis terminatur ad filium quus e effectus Patris, ly quus dicente fundamentum terminandi. secundo mai. dicente raonem formalem nego. & omissa min. nego conseq. vel ad illas causales quę in probatione adducuntur resp. dist. ly q. Pater e caa, dicente fundamentum secundo dicente raonem formalem referendi nego. & similiter ad secundam, terminat q. effus ly q. dicente fundamentum secundo dicente raonem formalem terminandi nego.
32 Tertio obiicies relatio dissimilitudinis inter albus & nigrum, terminatur ad absolutum. g. assumptum probatur. q. relatio dissimilitudinis quę e in subiecto albo, terminatur ad nigrum, quus nigrum e dissimile, s. nigrum solum e dissimile
Albo

albo in nigredine, non vero in relatione disimilitudinis quae est in nigro ad album, cum haec sit similis alteri relationi dissimilitudinis quae est in albo ad nigrum, ergo relatio disimilitudinis inter album et nigrum terminatur ad absolutum. 33

Resp. neg. ant. et ad probationem dist. mai. id quod disimile, formaliter sumptum, concedo, id quod disimile fundamentaliter sumptum nego mai. et dist. nigrum solum est disimile albo per nigredinem, est disimile fundamentaliter concedo formaliter nego. et ad probationem quae est subintellecta resp. quod relatio disimilitudinis quae est in nigro ad album est similis relationi disimilitudinis quae est in albo ad nigrum, ut quod concedo ut quo nego, etenim illa relatio ut quo est disimilis, sive constituit subiectum disimile. 34

Quarto obiicies. si relatio mutua terminaretur ad respectivum, relatio mutua ut sic terminaretur ad respectivum, sed hoc est impossibile, ergo relatio non terminatur ad respectivum, mai. constat nam conceptum qui est essentialis omnibus relationibus seorsim sumptis requirit non convenire relationi in communi; probatur min. quia alias daretur duplex genus supremum in praedicamento relationis scilicet fundamenti et huius, proinde esset et non esset unum praedicamentum, quod est chymera. 35

Resp. quod relatio ut sic cum non sit relatio exercita sed signata inde est quod non exigit terminum exercitum sed signatum, in exercicio enim solum dantur relationes in particulari quae omnes terminantur ad respectivum. unde non sequitur quod dentur duo genera suprema in hoc praedicamento.

§ IV

Statuitur vera conclusio

Sit vera conclusio. Relationes non mutuae non terminantur ad respectivum. 36 indico hanc esse expressam in Arist. et D. Thoma proinde illam ut veram amplector. Probatur ergo 1° Ex Philosopho in hoc cap. tex 18. ubi cum in textu 17 assignasset quartam scilicet relativorum proprietatem, scilicet esse simul natura et cognitione, asserit postea in tex. 18. quod haec proprietas in omnibus non verificatur; sic enim ait: ~~[illegible]~~ Scibile non in omnibus iis quae sunt ad aliquid videtur hoc verum esse, ea simul esse

naa. nq scibile videri possit prius ēē quā scientia. quo nihil clarius. S. si relationes non mutuç terminarent ad respectivus ēent simul naa et cognitione; ḡo n. terminant ad respectivus.

37 S. dices Philosophus potius asserit omnia relativa ēē simul naa, nq qd ait quod ēē simul naa non verificatr in omnibus intelligendus ē et ipse se explicat tex. 13. vbi dicit: quęcuq reità sī ad aliquid, si convenientr adsribeantr ad ea referuntr quę secum reciprocantr. Et vbi Philosophus ait qd si relativa recte assignentr semper reciprocantr proinde sī, simul naa et cognitione. vᵒ cludit Mag. Ferra. quod ex mente Philosophi omnia sī simul naa et cognitione, proinde relativa n. mutua etiā terminant ad respectivum

38 S. dᵒ qd Philosophus solus asserit quod si relativa mutua seu reciproca convenienter assignantr sī simul naa. vt Pater ad filius, servus ad dnus nq in pręallegato tex. 13. exprese asserit quod relativa si convenientr assignantr semper dicuntr et referuntr ad ea quę reciprocantr; S. relativa n. mutua n. reciprocantr vt patet. ḡo ex Philosopho solus infertr quod relativa mutua sī simul naa et cognitione.

39 Secundo pbr: Dᵒ ex D. Th. nq 1. p. q. 13. ar. 7. ad 6. ait quod si vnus in sui intellectu claudat aliud et n. e converso tunc n. simul naa, et hoc modo se habent scientia et scibile. =

40. Similiter in q. 7. de Poa. ar. 8. a 1. ait dnus quod illa relativa sī simul naa quę pari ratione mutuo referuntr vt Pater ad filius, dnus ad servus duplum ad dimidium. illa vero relativa in quibus n. ē eadē rao referendi ex [illegible] pte n. sī simul naa. sed alterum ē prius naalitr, vt etiā Philosophus dicit de sensu et sensibili, et de scientia, et scibili. ḡo x.ᵃ Dᵒ D. Thoę relativa n. mutua n. sī simul naa. tunc sic sᵒ si relativa n. mutua terminarentr ad respectivus ēent simul naa. vt fatentr Auctores Thomistæ, et constat qd correlativum ē simul cognitione et naa cū suo relativo

41 S. dices quod D. Th. ait q. 40. ex 1. p. ar. 2. ad 4. quod cū dicitr quod ēē relativi ē ad aliud se habere, qd per aliud intelligitr correlativus, quod n. ē prius sᵒ simul naa, S. relativa n. mutua

n. mutua etiã si ad aliquid. quae respiciunt terminos ut correlativos, et inde quae n. simul nãa. 42

S. 3.º nã D. Tho. in hoc loco constat loqui de relativis mutuis, ut explico autoritatis concordando praedicta verba cum illis quae dixit q. 8. de poa. praxi. citata. et ly ad aliud intelligit correlativos in illis in quibus ē eadem rao referendi, secus, in quibus n. ē eadem rao referendi omnino. 43

Tertio probatur:

Ex 1.º a raone, nã relationes non mutuae inspiciunt terminos sm suae entitatis absolutae; ergo terminantur ad absolutum, an probatur: quia si n. inspicerent hunc sm suae entitatis absoluta, maxime quia in termino ēet aliquis respectus quo mediante terminaret relationes, sed ut constat n. ē talis respectus, alias n. distinguerentur a relationibus mutuis, ergo inspiciunt hunc sm suae entitatis absolutae. 44

Confirmatur nã terminus in relationibus n. mutuis in illis formalitatis terminat relationes de cuius verificatur quod ē inspectus a relatione, sed raone suae entitatis ē inspectus ut constat cum nihil aliud sit in termino, et cuius entitas nisi quae inspicitur; ergo relationes n. mutuae terminantur ad absolutum. 45

S. dices primo etiã si in relationibus non mutuis n. reperiatur in termino aliquis respectus intrinsecus, alias n. ēet aliqua distinctio a relationibus mutuis, n. ē in termino aliquid relativus, extrinsece, scilicet denominatio extrinseca proveniens a relatione quae ē in fundamento, v.g. Deus, cum terminat relationes creaturae ad ipsum quamvis denominatur extrinsece relativus. 46

S. 3.º nã denominatio extrinseca quae habet hunc desumpta a relatione existente in fundamento ē ipsa met relatio ut extrinsece communicata termino; sed implicat quod relatio terminetur ad se ipsam, ergo hunc n. terminat raone denominationis. 47

S. dices relationes n. terminari ad se ipsam, sed ad terminum formaliter extrinsece per ipsam. 48 S. 3.º quia ex hac solutione n. vitatur absurdum nã terminus n. terminat sm se, sed ut formaliter extrinsece per relationes, vovet quod formaliter terminat

e ipsa met relatio extrinsece comunicata. Et huius fundam. se terminet realiter, et fundamentum e quod refertur realiter et formaliter relatio e ratio formalis referendi.

49 Dico secundo: ergo ratio formalis terminandi visionem non e ipsa visio extrinsece comunicata parieti v.g. sed color qui e in pariete e ratio formalis terminandi visionem. ergo similiter ratio terminandi relationem non e ipsa relatio extrinsece comunicata termino.

50 Urgentius arguitur sic contra predictam solutionem: ideo relationes non mutuae terminarent formaliter ad terminum quia e formalicatus extrinsece per relationem quae e in fundamento, ideo terminaret ratione illius denominationis extrinsecae, ut salvaretur oppositio relativa inter fundamentum et terminum. atqui ad hoc e quid impertinens talis denominatio extrinseca, ergo terminus non terminat ratione illius denominationis extrinsecae. maior e potissimum fundamentum illorum qui asserunt relationem non mutuam terminari ad respectivum. probatur ergo minor. Quia terminus solum potest opponi relative fundamento quia in illo resplendet conceptus ad, sed relatio quae e in fundamento nullo modo potest denominare terminum per conceptum ad ut docet D. Tho. [illegible] c.13 ubi dicit quod a relatione non invenitur aliquid denominari quasi exterius assistente sed inhaerente; ergo ut terminus opponatur relative fundamento e quid impertinens denominatio desumpta a relatione fundamenti.

51 Ad hoc dicimus quod in relationibus non mutuis e oppositio relativa solum inadaequata, ad quam sufficit relatio ex parte unius extremi cum incompossibilitate alterius ut supra diximus. n. 19.

52 Secundo dices contra predictam nostram rationem. Quia infra [illegible] quaestione 1. n. 6. non relationes non mutuae opponuntur relative termino sed implicat quod opponantur relative termino quin in termino sit aliqua relatio, ut videtur certum ex [illegible] aliarum oppositionum; ergo debemus assignare in termino relationem; et tunc sic sed non datur relatio realis ergo e relatio rationis. Ad hoc relatio vera et realis quae e ex parte fundamenti tunc dabitur quando datur terminus potens illam terminare, et universim accidit in relationibus etiam mutuis, quae tunc dantur quando datur fundamentum et terminus et ex defectu utriusque vel cuiusque alterius deficit relatio

Aliter

Et iterum ad illorum novam positionem novite ponendo.

Cl. 2da. 9. 53

haec existimatio videtur elegantior, nam imprimis ponit existentiam entis realis dependentem ab ente rationis, quod ex ipsis terminis videtur absurdum.

54

S. dices quod non est inconveniens quod aliquod ens reale dependeat ab ente rationis ut a termino denotato ut potest instari in demonstratione quae producat scientiam, quae scientia est habitus realis dependet ut a conditione ab ente rationis constituente demonstrationem in sua natura.

55

S. 2o. Resp. in demonstratione quod causat scientiam est dispositio vera et realis ipsius intellectus quibus coordinari conceptus formalis et obiectivi quae dispositio est quid verum et reale nam sunt actus intellectus, et ex ipsis convincitur intellectus ad alios actus scientificos efformandos.

56

Dico secundo nam ad salvandam oppositionem relativam in relationibus non mentalis non conducit ens rationis efformatum ex parte termini, probatur quia praecipuum oppositum sit fundamentum. ans. probatur: nam oppositio est non solum relativa, sed realis sed oppositio realis exigit extrema realia inter quae exerceatur, ergo ad illam oppositionem salvandam non conducit ens rationis.

57

S. dices quod oppositio relativa per suo explicito non est realis, nec explicat realitatem, nam oppositio relativa exercetur inter conceptum ad fundamenti, et conceptum ad termini, sed conceptus ad non dicit nec explicat realitatem, ut constat alias non daretur relatio rationis cum fundamento in re. ergo potest salvari oppositio relativa inter ad entitative reale, et inter ad entitative rationis.

58

S. 2o. nam et si verum sit quod relatio sub conceptu ad non explicat realitatem, tamen ad relationis realis identice est quid reale videlicet nequit opponi nisi cum altero ad quod entitative seu identice sit quid reale ut constat. videlicet ad hanc oppositionem salvandam non conducit relatio rationis quae potest fingi interminitio.

59 Qua tertio. nam si sufficeret conceptus ad rationis ad salvandam oppositionem relativam realem, quia conceptus ad etiam in relationibus realibus non explicat realitatem, non daremus relationes non mutuas. quod est falsum, etiam in sententia quam impugnamus. assumptum patet quia oppositio relativa etiam in relationibus mutuis exercetur penes conceptus ad; sed hi conceptus realitatem non explicant sed ... de materiali et per accidens se habet quod uterque conceptus sit indistincte et de materiali quid reale, vel quod utrumque sit quid rationis, vel alter sit quid reale et alter quid rationis, et inde non dabitur distinctio inter relationes mutuas, et non mutuas imo neque inter relationem realem et rationis.

§. V.

De proprietatibus relativorum.

60 Praeter dicta in expositione literae textus Arist. pauca addenda circa proprietates invenimus. at ut constet de omnibus eorum proprietatibus dicimus quod 1a. proprietas eorum, est habere contrarium, et nota quod haec proprietas non assignata est ab Aristotele ex sua sententia sed ex mente aliorum et ex definitione antiqua quam tribuebant relativis, quae definitio comprehendebat etiam relationes transcendentalia, nempe vitium, et virtutem, scientiam et errorem, unde potius ex mente Arist. haec 1a. non est relativorum proprietas, nec convenit ipsis ratione sui sed ratione fundamenti.

61 Secunda etiam ex mente aliorum ab Arist. est suscipere magis et minus quae etiam non convenit ipsis ratione definitionis ab Arist. traditae, sed ratione antiquae et ratione fundamenti.

62 Tertia est quod dicantur ad convertentiam, quae proprietas debet intelligi, vel in munere referendi ut in mutuis ut sic est Pater, et Filius. vel etiam in munere terminandi et, coexistendi, ut sic est relatio mensurabilis, data mensura, et sic mensura mensurans, et terminans relationem datur mensurabile.

63. Quarta proprietas est quod sint simul natura et cognitione. id est quod mutuo se inferant et mutuo se interimant. quae proprietas debet intelligi ut sit talis 4o. modo, in mutuis penes conceptus ad fundamentalem et hi. et in non mutuis in munere referendi et terminandi, sine quibus muneribus unum non potest esse causa vel effectus, alterius vel e contra.

Caput

CAPUT DE QUALITATE & QUALI

SUMMA TEXTUS ARIST.

Duplici titulo inscripsit Arist. hoc cap. de qualit. scilicet et de quali cum alijs praedicam.tis unicum titulum solum adhiberet. Cur a. generatim epigrafum huic praedicam. alijs adhiberet varie opinantur inter peripateticos, ait in re tam parvi ponderis non refert immorari cum omnes rationes quas adhibent interpretes omnibus alijs possint adaptari: vel scilicet vel quia idem apud graecos significat concretum et abstractum. vel quia maiori claritatis gratia.

Divisit ergo Arist. cap. hoc in tres partes, in quarum prima describit qualitatem; in 2a enumerat quatuor eius species, in tertia denique quasdam illius proprietates assignat.

Circa 1um ait quod qualitas est ex qua aliqui dicuntur esse quales, quae definitio non est stricta ut pote generis supremi definiri nequit, sed potius est descriptio.

Circa 2um ait quod qualitas dividitur in quatuor species, 1a est habitus et dispositio. secunda potentia (naturalis scilicet) et impotentia (etiam naturalis). tertia passio et passibilis qualitas; 4a forma, et figura.

Circa 3um assignat tres qualitati proprietates, 1a est habere contrarium, secunda, suscipere magis, et minus. 3a est quod secundum qualitatem omnia dicuntur similia vel dissimilia.

QUAESTIO Prima.

Utrum definitio qualitatis tradita ab Arist. sit bona?

§. 1.

Dico 1o est affirmativa quia Arist. nobis descripsit qualitatem per concretum, quod nobis notius est quoad sensum. 1

Si dices quod si concretum esset notius quoad nos, non definisset philosophus 2

concretum per abstractum, dicit enim quod qualia sunt quae denominantur ab his (scilicet qualitatibus) dicuntur. 3

Respondeo 2a quia q.

Arist. definivit qualitatem per abstractum fuit post explicationem specierum qualitatum in particulari unde ex methodo praescripta ab Arist. potius infertur quod concretum est notius quoad nos, et abstractum sit notius simpliciter.

4 Si dices quod in hac definitione commisit vitium circulus definiendo qualia, per qualitatem, et qualitatem per quale.

5 Respondeo negando quod circulus tunc est vitiosus quando in definitionibus reponuntur partes eodem modo, utraque scilicet in recto, vel utraque in obliquo, at quando una ponitur in recto et alia in obliquo non est vitiosus circulus ut fit in definitione relativorum.

6 Notaque quod D. Tho. 1. p. q. 78. ar. 2. describit qualitatem per hoc quod sit dispositio substantiae, et nota quod haec dispositio sumitur in communi, et non prout est quaedam species qualitatis aliam non conveniret haec definitio omni qualitati. Secundo dispositio est ordo habentis partes ad cuius intelligentiam nota quod partes vel sunt tales quantitative, vel virtualiter, partes quantitativae sunt partes quae pertinent ad praedicamentum quantitatis, partes virtuales, idem sunt ac perfectiones partiales subiecti, dicitur ergo qualitas dispositio seu ordo habentis partes quia per qualitatem bene vel male disponuntur partes quantitatis vel perfectiones substantiae.

QVÆSTIO Secunda.

Utrum divisio qualitatis in praedictas quatuor species enumeratas ab Arist. sit adaequata?

§.

1 Respondeo est affirmativa, et praeter autoritatem philosophi probatur ratione desumpta ex D. Tho. 1.2. q. 49. ar. 2. quia ut vidimus qualitas est dispositio substantiae. sed solum per quatuor praedictas species potest disponi substantia ergo species qualitatis solum sunt quatuor ~~species~~ probatur minor: nam substantia solum potest disponi in ordine ad suam naturam, vel in ordine ad operationem vel passionem, vel in ordine ad quantitatem, si in ordine ad naturam disponitur per primam speciem, nempe per habitum, vel dispositionem si in ordine ad actionem vel passionem, hoc est dupliciter, scilicet vel in ordine ad principium actionis, et sic disponitur per 2 speciem, scilicet per naturalem potentiam, vel naturalem impotentiam. si in ordine

ad fin

ad hu, sic dispositio per 3ª speciẽ, sit per passiones vel passibiles qualitates. si a. dispositio ordine ad quantitatẽ sic dispositio ẽ 4ª speciẽ sit per formã, ł figurã.

s. dices q̃ scientia ẽ habitus et tñ hẽt activitatẽ seu ẽ pōa ad eliciendos actus scientificos, ergo una species coincidit cũ alia.

s. dñ q̃ nõ ẽ inconveniens quod eadẽ res sub diversis considerationibus pertineat ad diversas species, v.g. in illis consideratis rao [illegible], et sub illa collocatur in una determinata specie ... scientia cũ ratione illius bene se habeat subiectum ... immobiliter, inde ẽ quod ẽ habitus. Ut sub aliqua secundarie consideratione sit pōa ł quasi pōa.

§. II.

Explicantur quidam principia doctrinalia seu scitu digna praeponuntur nonnulla.

Et primo

De habitu et dispositione.

Notandus quod in praesenti habitus, nõ ẽ idẽ ac participius desumptus ab habeo, unde nõ significat rem habitam seu tentam, neq ẽ idẽ ac indumentus, sub prima enim consideratione constituit unũ postpraedicamentus, et sub secunda a. constituit ultimũ praedicamentũ modo quo postea explicabimus. iste habitus in praesenti sumitur pro affectione vel dispositione qua bene vel male se habet subiectũ stabiliter, seu sub quod talis dispositio ẽ difficile mobilis a sub.º

Dispositio etiã in praesenti nõ sumitur pro dispositione communi omni qualitati sed specialiter sub quod ẽ affectio seu forma qua bene vel male se habet subiectũ transeunter, seu sub quod talis affectio ẽ facile mobilis a subiecto.

Et notandũ venit quod habitus et dispositio sũ species inter se essentialiter distinctae, et nõ solũ accidentaliter nã. habitus exigit per se permanentiã, ~~habitus~~ ut quamvis possit ẽẽ facile mobilis a sub.º e cõ. dispositio exigit per se statũ viale. ita D. Th. 1. 2. q. 49. ar. 2. ut quamvis possit hẽre diuturnitatẽ et perseverantiã in sub.º

7 Similiter notandum est quod habitus et dispositio sunt genera subalterna, nam sub habitu continentur habitus pertinentes ad animam et habitus pertinentes ad corpus, hi sunt sanitas et egritudo; habitus pertinentes ad animam, alij intellectuales alij sensibiles, hi omnes habitus residentes in potentijs sensibiles, illi vero spectantes ad intellectum et voluntatem. rursus habitus intellectuales subdividuntur in diversas scientias, et virtutes, et habitus voluntatis, alij sunt boni et mali alterius [illegible].

8 Similiter dispositio plures sub se continet dispositiones scilicet physicas vel morales. que omnes iterum divisibiles sunt in alias dispositiones.

Dices an visio beatifica sit habitus? 9 respondeo quod si in illa consideretur permanentia ingtenus est habitus, ut etiam habet rationem qualitatis activae, seu actionis. [illegible] has qualitates continet eminenter.

§. III.

De potentia et impotentia.

10 Potentia in presenti sumitur physice quatenus est vis seu potestas ad aliquid agendum, si vero sumitur logice et obiective nam sic omnes creaturae possibiles habent potentiam. similiter impotentia non sumitur pro carentia seu negatione potentiae, sed pro virtute debili et parum potente. potentia ergo sic considerata est qualitas per se primo ordinata ad agendum, vel ad patiendum, unde potentia alia est activa, alia passiva. [illegible] notabis quod character Baptismalis continetur sub potentia passiva nam ordinatur ad valide recipienda cetera sacramenta. character vero confirmationis et ordinis continentur sub potentia activa nam ordinantur ad exercendas operationes sui ordinis. sic D. Tho. 3. p. q. 63. ar. 2.

11 Potentia alia immanens alia transiens. immanens est illa que ordinatur ad operationes immanentes. et transiens est illa que ordinatur ad operationem que transit ad extraneam materiam.

§. IV.

De Passione et passibili qualitate.

12 Passio in presenti non sumitur pro termino causato ex actione et recepto in passo, nam sic constituit aliud predicamentum,

nec sumitur

nec sumitur pro proprietate orta a natura, sic n. quantitas et alia accidentia sunt proprietates dimanantes a natura. 3° sumitur passio in praesenti sumitur pro passione quae fit cum transmutatione subiecti media alteratione, ut D. Tho. 1. 2. q. 50. ar. 1 et 5. Metaphs. lect. 16. docet quod passio 1. passibilis qualitas est quae causat alterationem in aliquo, vel quia causatur talis qualitas ab alteratione. ut dulce et amarus, et oes sapores mediis sunt passibiles qualitates quia gustus alterant, calidus et frigidus, humidus et siccus similiter quia alterant tactus. fragrantia et foetor quia odoratus. acutus et grave quia alterant auditus, albus et nigrus, et oes alii colores medii quia alterant visus. 13

Et nota quod passio dicitur qualitas ex brevi et cito transeunte alteratione causata, ut palor ex metu vel rubor ex verecundia. Et observa quod si rubor sit permanens vel palor transit ad passibiles qualitates, ut hae duae species non distinguuntur essentialiter sed accidentaliter, neque genus variatur causa.

§. V.

De forma et figura.

Non loquitur in praesenti de forma substantiali necne quolibet actu informante, sed quae sunt affectiones terminantes quantitatem. ut forma et figura definiuntur sic sunt qualitates resultantes ex terminatione quantitatis. 14

Forma et figura ideo distinguuntur accidentaliter et forma proprie invenitur in artificialibus ut dicimus ad terminationem domus vel cathedrae est forma domus vel cathedrae. figura autem proprie invenitur in rebus naturalibus, unde dispositionem hominis vocamus eius figuram. 15

Vel alio modo possumus distinguere formam et figuram. nam forma est terminatio quantitatis physice inspectae, et figura terminatio eiusdem mathematice sumptae. quod colligitur ex D. Tho. 7. Physic. lect. 5. 16

§. VI.

De proprietatibus qualitatis.

Dicitur quod 1ª proprietas scilicet habere contrarium sumitur stricte

qª et contradistinguitur ab oppositione contradictoria privativa et relativa; 3.º contrarietas stricta versatur inter ea quae sub eodem genere maxime distant et ab eodem subiecto mutuo se expellunt. et sic sumpta contrarietate solis qualitatibus convenit hoc contrarium, sed non omnibus, quia non convenit qualitatibus mediis, nec quartae speciei.

Similiter suscipere magis et minus convenit solis sed non omnibus illis sed quibus competit habere contrarium.

Tertia proprietas est talis quarto modo, unde notandum quod similitudo quae consistat qualitas est fundamentalis, non formalis; est quid relativus; dices quod duo homines dicuntur similes in natura; quaratione dicitur quod generat sibi simile.

Respondeo 1.º quod haec similitudo quae reperitur in praedicamento substantiae est solum per analogiam talis, unde propria similitudo solum reperitur in hoc praedicamento, qua ratione definivit philosophus similia dicendo esse illa quorum qualitas est una.



CAPUT DE SEX ULTIMIS PRÆDICAMENTIS

SUMMA TEX. ARIST.

Summa brevitate circumeavit Arist. sex ultimas Cathegorias, seu sex postrema prædicamenta unde unico cap. hæc prædicata absolvit unde nos eandem methodum insequentes, ea in hoc capite perstringemus. Constitutionem cuiusque facile quisque dignoscet si eorum naturam intelligat parvi pendentis, atque ad eorum explanationem etiam doctrinam Gilberti Porretani insequemur qui Autor sex prædicamentorum merito acceptus est ob librum quem in eorum suppl... adiecit.

§. 1.

De Actione, et Passione.

Sic describit Gilbertus actionem dicens quod actio est forma secundum quam in id quod subiicitur agere denominamur. Ad cuius intelligentiam nota quod ad productionem alicuius effectus concurrit natura, quæ operatur ut quo radicaliter, et suppositum quod operatur ut quod, unde dicitur communiter quod actiones sunt suppositorum et insuper adest potentia proxime operativa quæ ut docetur in lib. 2 Physic. et de Anima etc. distinguitur realiter a natura unde talis potentia ex principiis quæ proxime ad operationem, et ulterius ab hac potentia proxima causaliter oritur actio, quæ ex suo conceptu idem dicit quod comparatio ad agens, ab quo est causalitas agentis, et talis actio egrediens ab agente tendit ad passum immutandum, unde dicitur etiam conceptus in illo seu in passo, unde dicitur communiter a Physicis actionem recipi in passo. Et inde communiter dicitur quod actio prædicamentalis (transiens scilicet) non est perfectio agentis sed passi, atque universim quæ sunt formalia illud subiectum perficit in quo est et in quo recipitur. Unde cognosces quod forma illa quæ mediat in agens et passum, et insuper est egressio ab agente dicitur actio prædicamentalis et inde est quod solet definiri dicendo quod actio est actualitas agentis

2 Ex his facile dignosces quid sit passio. est n. passio forma qua passum denominatur a se recipiens. intelligitur receptio haec cum transeunte mutatione physica subiecti seu passi.

3 unde receptio specierum intelligibilium non est passio praedicamentalis, quia non fit medio motu physico.

4 An autem actio et passio realiter distinguantur, res est valde controversa, mihi probabilius est quod physice non distinguuntur, quia Arist. 3. phys. c. 3. tex. 21 ait: Pati et agere idem est, non ut ea quae rationes eiusdem sunt ut vestimentum et tunica, sed ut via, quae ex Thebis Athenas, et ex Athenis Thebas petuntur.

5 Similiter D. Tho. ibidem lect. 5 ait agere et pati, est idem actus secundum rem et duorum secundum diversas rationes, agentis quidem secundum quod est ab eo, passionis autem secundum quod est in passo &c.

6 V. actio et passio solum distinguuntur metaphysice, quia habent diversas definitiones diversa constituentia praedicamenta; caeterum physice identificantur cum motu ut dicitur 3. physicorum.

7 § Dividitur actio in permanentem et transeuntem, haec est quae transit ad externam materiam, quam transfert motus, illa vero manet in agente, unde cum haec actio immanens physicam mutationem non inferat, non pertinet ad hoc praedicamentum sed ad praedicamentum qualitatis.

8 § Proprietates actionis et passionis = 1a est habere contrarium, 2a suscipere magis et minus, sed nota quod haec conveniunt ipsis ratione termini productivi non vero in se. et hoc non omnibus sed illis tantum quae terminantur ad qualitatem, quae habent contrarium, et suscipiunt magis et minus.

§ II

quid sit Quando.

9 Definitur a Gilberto quod sit id quod ex adiacentia temporis relinquitur, ut ex eo quod Roma fuerit condita tali tempore, ut tempore Romuli, praesenti quando fuit condita Roma dicimus tali anno. et ex eo quod Christus natus est tali tempore praesenti quo anno natus est nobis Christus, respondemus anno ante omnes praesentes 1674. v. 8 = Species huius praedicamenti sunt tres scilicet

10 praeteritum, praesens, et futurum. prima et 3a sunt subalternalia infra

§. III. quid sit Ubi.

Ubi definitur a Gilberto sic: est circumscriptio passiva corporis locati a circumscriptione activa loci proveniens. unde ubi praedicamentale solum potest convenire rebus corporeis, nam Angeli dicuntur esse alicubi cum sunt ibi non contenti a loco sed potius ipsum locum continendo ut dixi supra p. 950. 12 13.

IV

Species huius praedicamenti sunt, sursum, deorsum, ante, retro, sinistrorsum, dextrorsum, &c.

§. IV. De Situ.

Situs est ex Gilberto: dispositio partium in ordine ad locum. 14 ubi nota quod ut quantitas solum ordinat partes subiecti ut sint in toto, ut sit caput sursum, et pedes deorsum. ita situs solum disponit eas in ordine ad locum, ut scilicet sint cum hac positione vel cum illa, ut homo sit in loco v.g. sedens, vel stans, vel alio modo.

Et nota quod 15 ubi, et situs distinguuntur realiter, nam potest variari situs invariato ubi, et econtra potest variari ubi invariato situ. ut v.g. si homo deambulet mutat ubi, non vero situm. e contra vero si stet in eodem loco, et modo moveat manum, modo non, mutat situm, et non locum. 16.

Hinc quod Ubi detur per se motus, non vero ad situm ut dicitur a physicorum. 17.

Species huius praedicamenti sunt stare, sedere, cubare, et alia huiusmodi.

§. V. De Habitu.

Habitus definitur a Gilberto, quod sit corporum, vel eorum quae circa corpus sunt adiacentia. 18 id est nam quemadmodum ex adiacentia temporis resultat quando, et ex adiacentia loci, ubi, sic ex adiacentia vestis, resultat habitus. ubi observandum venit quod habitus non est pura denominatio extrinseca a veste, sed est quid medium inter vestem, et corpus ut docet D. Tho. 5. Metaph. lect. 20. Unde requiritur quod vestis distinguatur realiter a corpore et inter ipsa possit mediare habitus, unde animalia capillis induta non dicuntur vestita, nec denominantur cum denominatione huius praedicamenti.

19 Species huius praedicamenti ex D. Th. opus. 48. sunt, esse armatum, et esse vestitum, in quas uti species subalternas, nam esse armatum subdividitur in esse armatum diversis generibus armorum tum offensivorum, tum deffensivorum. Et esse vestitum similiter subdividitur in diversa genera vestium, quae introduxit tum necessitas, tum curiositas.

§. VI.

De oppositis.

20 Post tractationem Cathegoriarum agit Arist. de oppositis, quae nunc primum postpraedicamentorum dicuntur, unde hoc modo sunt postpraedicamentorum nullum praedicamentum determinate habentem, ideo post cathegoriarum disquisitionem merito de illis instituitur sermo.

21 Est igitur oppositio repugnantia determinata aliquorum, et sunt quatuor species oppositionum. 1.a est contradictoria, secunda privativa, tertia contraria, quarta relativa, ratio divisionis est, quia oppositio vel est inter ens, et non ens, vel inter ens, et ens, si primum ~~est oppositio contradictoria, si inter ens, et ens~~ tunc, vel determinant subjectum vel non, si non determinant, contradictoria, si determinant, est privativa, si 2.um vel mutuo se expellunt vel mutuo se respiciunt, si primum est contraria, si secundum relativa.

§. VII.

De alijs quatuor postpraedicamentis.

22 Primum est praedicamentum est oppositio, iam explicata. Secundum est prioritas. Definit sic. est antecedentia unius rei ad aliquid et distingit quinque modis; tempore = natura = subsistendi consequentia ordine = et dignitate = primo modo dicitur prior senex, puero = secundo, sol, luce, et natura suis proprietatibus = 3.o est prius quodlibet praedicatum superius, ut animal est prius homine = 4.o ut numerus binarius ternario etc. 5.o ut Rex plebeio, Abbas Monacho praeter has quinque prioritates adinvenerunt Theologi aliam ad explicandam natibilitatem eternam Filij seu secundae Personae et Trinitatis, et eam vocant originis prioritatem, qua sic Pater est prior Filio = tot modis dicitur posterioritas =

23 Tertium postpraedicamentum est simultas, quae triplicitur accidit scilicet tempore, natura, et ordine = 1.o modo sunt quae simul incipiunt generantur, ut natura et propria ... 2.o m.o

2.º modo si relativa, 3.º m.º, si simul species dividentes genus =

Quantus 24

post praedicam.tum est motus. cuius species sunt sex scilicet generatio, corruptio, accretio, diminutio, alteratio, latio, seu motus localis. de quibus late in lib. de Generat.

25

Ultimus post praedicam.tum est habitus

Et nota quod in praesenti habere, significat, quomodolibet aliquid possidere, ut dicimur habere quantitatem, ut magnitudinem, qualitatem ut virtutem. habere partes ut manus, habere possesiones, ut vineas. habere ad cohabitandum, ut uxorem, habere adornatum. ut annulus. habere ut in vase, ut aquam, vel vinum. habere quae circumstant ut vestes

§

Haec sufficiant de praedicamentis, et post praedicamentis, imo et de Logica, nam et si deficiat tractatus de posteribus tamen eorum ~~cognitio~~ ~~esse~~ explicatio est parum ositate in scholis de illis, habes doctissimum tractatus apud M. Ioan. a S.to Thoma et apud Mag. Lerma. et alios.

§


Omnia huc usque dicta cedant in laudem, et gloriam omnipotentis Dei Patris et Filij, et Spiritus sancti, et Beatiss. virgin. Mariae genitricis Dei et Domini nostri, absque peccati labe concepta, necnon et S. Thomae Aquinatis, et omnium caelicolarum.



INDEX

Q. 3.

§ 1


FINIS HUIUS OPERIS

INDEX
alphabeticus aliquarum dictionum, quæ esunt [redacted] conscriptæ breviatæ.

G.

gra.	gratia.
g°	ergo
g^a	erga.
g	

H.

hec es.	habeo es.
hitus	habitus
hoo	homo.

I

ʒ	in.
intus	intrinsecus.
intell^s	intellectus
imm^te	immediate

L.

l.	vel.
lz	licet
log^a	logica.

M.

M.	Magister.
ʒ	m.
mai	maior
min.	minor
maa.	materia
maalit^r	materialiter

N.

n.	punct.	numerus 1.
.n.	duobus punctis	enim.
n̄.		non.
neg		nego
naa		natura.
naalit^r		naturaliter
necess^s		necessarius
nrs		nostrus

O

ois, Ooe	omnis et omne.
oino	omnino

P.

p. vel pars.	pars.
p	per.
p	prus
p	pro
px^e	proxime.
P	Pater
PP	Patres
pt.	patet
pot^t	potest
pba^r	probatur
prin^pus	principius.
§	paragrafus

Q

q.	questio
qd	quod
quodlt	quodlibet
qnus	quatenus.
q^{a}.	quia
qq	quibus

R.

RR	Recentiores
rao	ratio
respus	respectus.

S.

s^{a}.	Sententia
sm	secundus
scl	scilicet
s^{d}.	sed
st	sicut
ss.	Sapientissimus

T.

tn.	tamen
tm	tantus
tmus	terminus.

V.

v. c.	verbi causa
v. g.	verbi gratia
vbis	verbis
v^{r}.	videtur
v^{de}.	unde
vtus	virtus

X

x^{a}.	iuxta
Xps.	Christus ~~xpus~~

Cax. 4

Logica de Carden.s